


LIBRARY OF CONGRESS.


[SMITHSONIAN DEPOSIT.]


Chap. PA 6304

Shelf 106

UNITED STATES OF AMERICA.







M. TULLII CICERONIS

ORATOR BRUTUS TOPICA

DE OPTIMO GENERE ORATORUM.



M. TULLII CICERONIS
ORATOR BRUTUS TOPICA

DE OPTIMO GENERE ORATORUM

CUM ANNOTATIONIBUS

CAROLI BEIERI
ET EDITORIS.

OPÉ

CODD. SANGALL. EINSIEDL. REG. ERLANG. VITEBERG.
EDD. VETT.

DENUO RECENSUIT

IO. GASP. ORELLIUS.

PRAEMITTITUR

EPISTOLA CRITICA

AD

IO. NIC. MADVIGIUM, v. c.

TURICI

TYPIS ORELLII, FUSSLINI ET SOGG.

MDCCCXXX.

PA6304
106
1830

EPISTOLA CRITICA

AD

IO. NIC. MADVIGIUM.

I. **I**psa tertio ante obitum die optimus meus frater patruelis, Io. Conradus Orellius, uti ad extremum paene spiritum antiquitatis erat memor, monstravit mihi primum tuum libellum a Blochio, V. C., homine caro sibi, paullo ante dono acceptum, ac leniter, quemadmodum solebat, subridens, „*Serva tu, inquit, hoc quidquid est muneris, donec convalescam;*” ne tunc quidem, quae erga omnes, etiam coniugem, erat eius constantia, ulla appropinquantis mortis mentione iniecta. Sic igitur moribundi amici manibus traditam tuam, Vir praestantissime, curam primum cognovi, et, grato functus officio, mox studiose perlegi. Multa et egregia Ciceronem tibi debere alibi ultro testatus sum; iuvenili autem nescio cui ardori, interdum etiam asperitati tuae in eos, qui minus recte, ut tibi merito saepe videbatur, in critica disciplina versati essent, eo facilius ignoscebam, quod ipse adolescens olim calidior, eidem culpae aliquoties obnoxium me fuisse recordarer, donec diu adverso cum fato colluctatus eo pervenissem, ut hominum falsitatem atque stultitiam, temporum iniquitatem, superstitionem in dies gliscentem et quaecunque in disciplinis perversa sunt veritatisque contraria, sine ulla iracundia despiciere et contemnere liceret; ita tamen, ut libere obloqui manifestae aliorum pravitati atque errores impugnavi nunquam extimescerem.

II. Multo igitur cum fructu lecto opusculo tuo, id unum saepenumero dolebam, alteram tamdiu nobis abs te

invideri EMENDATIONUM partem et quotquot primae ad-
dere voluisses — nam non solum compluribus eiusdem
moduli libellis, sed integris etiam voluminibus largam
hodie quoque materiem praebere Tullium nostrum minime
me fugiebat; — quum ecce mittis mihi EPISTOLAM tuam, in
qua tum ope insignis illius Codicis Regii, tum ex ingenio
permultos praeclare emendasti Verrinarum locos meosque
haud paucos errores, qua te decebat, humanitate cor-
rexisti. Quid? quod ea fuit Fortunae benignitas, ut
hanc alteram tuam scriptionem acciperem ipsis illis die-
bus, quibus absolvendum erat Ciceronis mei volumen
quartum; unde breviter quidem, sed tamen quantum suf-
ficiebat, egregiis tuis uti potui monitis. Iam, nisi omnia
me fallunt, Codex ille tuus optimus est Regius 7774. A.
ita in Catalogo eius bibliothecae descriptus:

„N. 7774. A. 1. M. T. C. in Verrem orationes quarta
et quinta.

2. Eiusdem de inventione libri duo.

3. Fragmentum de rhetorica.

Is Codex nono seculo videtur exaratus.”

Eodem autem codice usus esse videtur Vir doctus
Seculi XVI., quem magnum Cuiacium fuisse suspi-
cor, in margine Ed. Lambiniana 1566. Bernae nunc
asservatae: mira est enim in plerisque consensio inter
lectiones utriusque collationis et Bernensis et Havniensis,
uti facile colliges ex hoc illius exemplo:

II. LIB. IV. §. 4. LAMBINUS: magnopere] CODEX: magno
opere — fuisse; nego ullam] fuisse: ullam — textilem
fuisse] textili — cum dico] quom d. — §. 3. cum apud]
quom a. — improbissima] improbissima — concedent]
concedunt — optima] optuma — adventum istius] istius
adventum — sic ornata] ornata sic — §. 4. peranti-
quum] perantiquom — ingeniosum] ingenuosum — in-
telligentem] intellegentem — Praxitelis] Praxiteli —
artificum] artificium — Itaque] Atque — §. 5. et certe
est. Item ante] Ms. R. (sic h. l. notatur, i. e. Manuscr.
Reg.) et certe item. Ante; unde probo nunc Hervag.

lectionem: *et certe ita est. Ante.* — hosce deos] *hos deos* — praeterea duo] *duo praeterea* — maxima] *maxima* — Polyeletum] *Polyclitum* — quotidie] *cotidie* — §. 6. cum esset] *quom esset* — quid dico] *quod dico* — ac basilicas] *et b.* — quatruidi causa] *quadridui causam* — §. 7. ab Heio de] *ab Helo e* — pervetus] *pervetus* — domi suae habere] *habere domi suae* — haec impudentia? quae] *ista impudentia? quae* — cuiusque-modi] *cuiuscemodi* — ut iste] *ut hic* — sciebat: ad hereditatem] *sciebat in hereditate* — §. 8. O dii] *Di* — cum imperio ac securibus in provinciam] *in prov. cum imp. ac sec.* — omnia signa] *signa omnia* — §. 9. fore putarunt] *f. putaverunt* — mancipium putaverunt] *m. putarunt* — mancipium nisi] *nisi* — §. 10. si quid] *si quod* — Heius si id] *Heius id* — §. 11. oppresserit] *presserit* — ac semper] *et s.* — §. 12. Praxitelis] *Praxiteli* — Polyeleti HS VI. Mil. et IO.] *Polycliti VI. Mil. III. ∞.* — vendita sunt] *vendita. Sed rettulit* — Iuvat] *Iuvant* — isti] *ista* — Praxiteli IO HS MC.] *Praxiteli HS ∞ IO.* — emere] *omittit Cd.* — §. 13. nunquam enim si denariis quadringentis] *nunquam x. cccc.* — §. 14. non maximum HS CXX millibus venire] *maximum sestertium XL. venire* — pluris] *plures* — est enim finem] *est finem* — nisi libidini] *si l.* — neque magnitudine] *nec m.* — una cum ceteris] *una ceteris* — §. 16. tamen me, iudices] *tamen, iud.* — produxi eum prima] *prodixi (sic) prima* — si esset] *etsi esset* — dissimilis] *diss. esset* — signa illa] *i. s.* — esse, non] *non esse* — existimare] *existunare* — §. 17. Ennensi] *Hennensi* — huiusce] *huius* — est communis et privatae rei sociorum] *est m. muni arce soc.* — non tantopere] *non tanto opere* — penateis a te p.] *p. te p.* — §. 18. quotidie] *cotidiano* — Canephoras] *Canephoros* — repetundis] *repetendis* — ignominia afficeretur] *affic. ign.* — §. 19. te inipetraturum] *impetr. te* — fac te] *facite* — nonne testes] *non testes* — navi faciundae] *om. faciundae* — minimum sit illis] *minimum idem ilis.* "ἴσως dem. — §. 20. infameis] *infamis* — modium LX. millia empta] *modios LX. empta* —

quod hoc ipsum non] *quod ipsum non* — immuneis] *immunis* — §. 21. uti] *ut* — cum hostes] *quom h.* — Sicilia (sic)] *Cilicia* — §. 22. quum severa iudicia] *om. severa* — HS XVIII. millibus] *HS Gⁱⁱ.* — irati non fuerunt] *om. non* — §. 23. deportabantur] *deferebantur* — ac reconditum] *et r.* — in navim clam] *om. in navim* — faciendam] *faciundam* — §. 24. Verrea] *Verria* — hinc in] *quod in* — apud senatorium ordinem] *apud senatum* — §. 25. non modo in] *om. modo* — Pompeii] *Pompei* bis. — unquam commisit] *Alii: unquam alia comm.* — imminuendo] *Alii: in minuendo* — §. 26. vestram] *vestrum* — item incolis] *itemque i.* — §. 27. admurmuratio] *admiratio* — §. 28. ut haec] *ut hoc* — HS 100 C10] *HS ∞ D.* — posses] *possis* — docere] *dicere* — tuam] *tui* — §. 29. Philarcho] *Philiarcho* — cum essem] *quom e.* — Tyndaritano] *Tundaritano* — Philarchus] *Philiarchus* bis. — istius tantam] *Alii: tuam t.* — deprehensum] *deprensus* — §. 30. tum cum iste] *tum iste* — secum ab illo] *om. ab* — §. 31. in tabulas retulit] *in tabulis refert* — quidquid esset] *quicque esset* — minitando] *minando* — §. 32. Vere mehercules hoc] *Verum mehercule hoc* — Lilybaetanum] *Lilybitanum* — hospitem meum et amicum] *amicum et hospitem meum* — Boëti] *Boëthi* — adventum] *adventus* — ferri] *ferre* — dixi me c. daturum] *dixi me* HS ∞ daturum — §. 33. mehercules] *mehercule* — accesserit] *accessit* — coeperit] *coepit* — deicere] *deicere* — §. 34. incontinentiae] *continentiae* — in provincia praetorem] *praetorem in provinciam* — §. 35. uti Lilybaeum] *ut L.* — revertatur] *revertantur* — exposita fuerant] *exp. fuerunt* — in donatione] *in donationem* — §. 36. aliquot] *aliquit* — existimas hos iud.] *existimes hoc iud.* — iam etiam ante] *om. etiam* — multa apud amicos deposita] *multa dep. apud am.* — §. 37. Celio] *Coelio* — vasa argentea] *omittit.* — a L. Sylla] *ab L. Sulla* — Non tibi obicicio] *Num tibi obicicio* — depeculatus] *depecuniatus* — iam perdit] *tam perd.* — si quid ab eo abstulisti] *siquid abstulisti* — At dices] *Dices* — HS M.] *HS ∞.* — et

tamen] *tamen* — C. Marcellus] *G. Marcellus* — §. 38. ut furorem] *et fur.* — pocula duo quaedam] *pocula quaedam* — Heraclia] *Thericia* — §. 39. propinquum suum] *propinquom suum* bis. — ab domo] *a domo* — est commotus] *commotus est* — argentum eripere] *eripere arg.* — ipse a Diodoro] *ipse D.* — vix tenere] *om. vix* — libidines] *lubidines* — §. 40. moverat] *commoverat* — illum in provinciam] *in prov. illum* — facinore] *facinoris* — deferri] *refferri* — §. 41. Sthenio] *Sthennio* — §. 42. posse] *posset* — equuleos] *eculeos* — qui Q. Maximi] *que maxime* — equuleis] *eculeis* — §. 43. abs te solo] *a te s.* — §. 44. Cordio] *Curidio* — Cordius] *Curidius* — te praeda] *praeda te* — argentum habere] *habere arg.* — imperio ac potestate] *potestate atque imperio* — §. 45. quod HS LXXX millia divisoribus] *quod ccc. div.* — ac despicias] *et d.* — §. 46. se emisse] *emisse se* — de L. Papirio] *de Papirio* bis. — avulso] *evolso* (sic) — artificii] *artifici* — patera] *patina* — haec autem] *autem haec* — peraequa proportione] *per ea quae proportione* — §. 47. Siculos omneis] *omnis Siculos* — quoppiam (sic)] *copiam* — auferebant] *adferebant* — videantur] *videbantur* — consueverunt] *consuerunt* — §. 48. Nymphodoro] *Nymphiodoro* — eligat] *ille eligat* — sed ne domus quidem ulla] *s. ne d. q. nulla* — reperiatur] *repperietur* — manum] *manus* — sigilla] *sicilia* — antea] *ante* — §. 49. Lucullo] *Locollo* — apposuerat] *adposuerat* — emblematis] *emblemate* — iste quasi festivum acroama] *hic tamquam fortiuom* (sic) *a.* — avellenda] *evellenda* — Tantummodo] *Tantum* — §. 50. transfereendum] *afferendum* — primarium] *primum* — Centuripis] *Centuripinis* — §. 51. optima] *optuma* — ascendere noluit] *noluit accedere* — quae haberent] *quod h.* — §. 52. viderent - - dicerent] *videret - - diceret* — efferri sine thecis] *efferre s. th.* — de manibus] *e m.* — emblemata detrahuntur] *emblematum detrahebantur* — reverterunt] *revertuntur* — §. 53. etiam aliquid de privato] *etiam cum aliquid a pr.* — et illi] *et ii* — huiusmodi hominum] *eiusmodi h.* — Verre] *Verrem* — compilavit]

compilaverit — ut possit] *ut posset* — aliquid illis] *illis aliquid* — atque hac tota de re audistis Archagathi] *R. Archagathi* — §. 54. testeis] *testis* — negotiatoresque] *negotiatores* — Syracusis] *Syracusanis* — eo concludit] *eos concludit* — magnam hominum] *magna homine* (sic) — opus his] *his opus* — illigabat] *inligabat* — scyphis] *scaphis* — includebat] *concludebat* — §. 55. audisse vos] *vos audisse* — pallio, tunica pulla] *pallio pullo* — aut vidisse aut audisse] *aut audisse aut vidisse* — §. 56. aliquammulti] *aliquammulti* — cognorunt] *cognorit* (sic) — Is cum] *Et cum* — annulus] *anulus* — est et comminutus] *et comm. est* — in foro] *in forum* — et ei palam] *et palam* — dicet] *dicit* — §. 57. annulos aureos abstulisse] *anulos abstulisse* — quotiescunque] *quotiescunque* — Incredibilem rem] *Incredibile* — tam claram] *ita claram* — §. 58. epistola] *epistula* bis — exquisivit] *quaesivit* — Agrigento] *Agrigenti* — L. Titio cuidam] *om. cuidam* — comparare] *conparare* — textrinam] *textrinam* — §. 59. telarum] *telar* — pecuniosus nec unus e vulgo, Lilybaei] *pecuniosus netilyso Lil.* — Etnae] *Etnae* — Megistus] *omittit.* — Vox] *Dies* — operas amici] *operam amici* — daret] *dare* — huiuscemodi] *huiusmodi* — §. 60. num cui] *nun cui* — negligens nimium] *neglegens nimium* — sed ad eiusmodi] *sed eiusmodi* — ditione] *dicione* — §. 61. Antiochi filios] *Antiochiae illos* — (Ad verba *Hi ipsi posteaquam temporibus rei publicae nihil notavit Anonymus.*) — §. 62. de his decumis] *de suis d.* — ac] *et* — namque] *nam* — omneis] *omnis* — §. 63. iste nihil] *nihil istum* — aliud quam id quod] *aliud quod* — apud illum] *apud eum* — §. 64. pervagatum] *pervulgatum* — etiam perfectum] *om. etiam* — atque pulcherrimum] *ac p.* — afferrent] *adferrent* — perciperent] *praeciperent* — §. 65. iste clamare] *clamare iste* — et plurimis] *et pulcherrimis* — Quod cum] *om. quod* — §. 66. rex ad istum] *omittit.* — quodque] *quod* — et vehementer] *ut vehementissime* — removeri] *removeri* — ex eius] *om. ex* — in] *ad* — §. 67. affingere] *afingere* — deos] *ac deos* — claris-

simo] *clarissimo* — possint] *iudices, possunt* — e provincia] *provincia* — §. 68. audierint] *audirent* — haec omnino] om. *omnino* ÷ in re] om. *in* — audierint] *audient* — §. 69. quomodo] *quemadmodum* — §. 70. Q. Minucium Rufum] om. *Rufum* — et agere] *te ag.* — §. 74. candelabrum Iovis optimi maximi] *candelabrum Iovis* — collucere] *conlucere* — illustrari Iovis optimi maximi templum] *inlustrari templum* — Capitolii] *Capitoli* — fuisse religiosi] *rel. fuisse* — dii] *di* — est passus] *passus est* — §. 72. esse duxit] *duxit esse* — simulacrum Dianae] *D. simulacrum* — §. 73. Scipio cum] *cum Scipio* — Siculis] *Agrigentinis* — an populo] *anne p.* — §. 75. omnium hostis religionumque praedo] *omnium religionum hostis praedoque* — magistratibus iste] om. *iste* — id sibi] *sibi id* — tum petere] *cum petere* — interdum nomen P. Africani] *nomen interdum P. Africani* — donum] *omittit.* — §. 76. quicquid] *quidquid* — aliquanto] *aliquando* — et nobilissimum quemque] *quemque et nob.* — lamentatione] *lamentationibus* — §. 77. religione] *religio* — advocatos] *adductos* — Segestanas] *Segestae* — odoribusque] *odoribus* — prosecutas] *prosecutos* — §. 78. duas] *desuas* — §. 79. si etiam] *sed iam.* „Comme les Jésuites la pyramide à Paris:” adscripsit Anonymus. — publicis Segestanorum literis] *literis publicis Segest.* — adolescentem] *adulescentem* — alieno] *aliorum* — obtrivit - - monumenta] *obstruxit - - monumento* — sed] *sed id* — §. 80. neque solum] *nec solum* — patiere] *patieris* — etiam eorum] *eorum etiam* — defendes] *defendis* — asportandum] *adportandum* — in te sunt] *sunt in te* — appeto] *adpeto* — monumentorum] *omittit.*

Hic (§. 80.), quod magno opere dolendum, desinit collatio Bernensis, ex qua vides non multa quidem, sed tamen nonnulla emendari ac suppleri posse in tua. Sic ubi vero minus plena videtur, id minime obliviscendum est, multas Cod. Regii lectiones receptas esse a Lambino, rursus reiectas a Bruto, cuius cum editione collatio Havniensis instituta est. Ex utraque autem didicisse mihi

videor operae pretium facturum esse eum, qui praestantissimum illum Codicem Regium ea, qua par est, cura denuo contulerit. Eius rei autem nunc quum maxime spes mihi per amicum oblata est. Egregie vero alia ex parte nuper aucta esse subsidia emendandarum Verrinarum editis ab Angelo Maio reliquiis antiquissimi palimpsesti Vaticani, qui plerumque facit cum Regio, merito est cur nobis congratulemur. Ad has igitur copias prudenter inter se coniunctas aliquando exigenda et reformanda erit tōta harum orationum lectio.

III. Iam proximo superiore anno novā laetitiā, mi Madvigi, me affecisti, tertia tua scriptione mecum communicata, qua docte et acute disputasti de Q. Asconii Pediani et aliorum veterum interpretum in Ciceronis orationes commentariis, id, quod caput rei est, egregie demonstrans, commentarios in Verrinas, qui Asconio adhuc tribuebantur, recentiori alicui Grammatico deberi; quam per disputationem rursus haud paucos et Tullii ipsius et interpretum istorum locos foede corruptos interpolatosve partim e Cdd. et Asconii editione principe, partim felicissima coniectura usus correxisti. Ego vero, eodem in curriculo strenue ut pergas et, quam primum licebit, libros de Finibus novis curis nobis expolitos tradas, etiam atque etiam opto: sic enim plurium coniunctis et studiis et subsidiis fiet, ut plerisque librorum mendis tandem sublatis, maiore cum voluptate filii nepotesque nostri Tullium legant, quam nobis, qui illis semper turbamur atque impedimur, hodie concessum est.

Iam quod ad Asconium attinet, iamdudum ex omnibus, quae de eo scriptore e Poggio, Bandinio, Maio aliisque mihi innotuerant, ad eam opinionem perveneram*) omnes, qui ubique sunt, eius codices ex uno illo Sangallensi aliquando a Poggio invento ductos esse; quocirca, illum qui haberet, in ceteris nihil reperturum, nisi correctiones aliquot magis minusve probabiles, interpolationes autem novosque errores longe plures: omne

*) Jahn *Jahrbücher* 3, 4, p. 86.

igitur studium in eo esse reponendum, ut denuo investigaretur primarius ille codex; quod si haec spes me fefellisset, eo rem redactam esse, ut accuratissime exprimerentur Poggii ipsius, Barptolemaei de Monte Politiano et Sozomeni apographa; hoc si fieri non posset, deponendam fore omnem cogitationem de Asconio repetendo, nisi forte ad editionem principem redire vellemus. Iam vir quidam doctus, natione Germanus, integrum per mensem qui monasterii S. Galli codices triverat, Turici me quum viseret, anxie mihi de Asconio inquirenti, huius codicem etiamnunc illic exstare testatus, summa cupiditate eius nanciscendi me inflammarat. Anno igitur MDCCCXXVIII. S. Gallum quum me contulissem, primum meum fuit negotium, ut ex Ildephonso ab Arce, Viro reverendissimo et perdocto, quaererem, an inter codices, quorum cura ipsi commissa esset, Asconius asservaretur. Ille vero nihil eorum, quae Poggius aliquando eo in monasterio e tenebris produxisset, S. Galli nunc remanere mihi confirmavit; optime enim me scire, Quintilianum illum praestantissimum tristi belli civilis iure olim a meis civibus inde asportatum et nunquam restitutum; ceterorum, v. c. Valerii Flacci, Asconii, nullum usquam superesse vestigium. Deinde summa illa, qua omnes eruditos sibi conciliare solet, comitate volvendum mihi dedit indicem codicum adhuc superstitem a Kolbio, doctissimo S. Benedicti sodali, anno MDCCCLIV. elaboratum, quo certior ea de re fierem. Praeterea, ne quid negligere, pervestigavi etiam oppidanam bibliothecam; verum nullus ibi Asconius. Nuperrime autem apud nos reperi catalogum Codicum Sangallensium DXXVIII.*) tempore belli intestini MDCCXII. Turicum transportatorum, ab eruditissimo meo cive, Io. Iacobo Scheuchzero, compositum; quorum codicum longe maxima pars post pacem restitutam S. Gallum remissa est, ita ut apud nos vix alii memoria digni remanserint praeter Quintilianum illum, novis curis nunc a Meyero meo tractatum, Lucanum perbonum in

*) S. Galli nunc sunt MXCIII.

usum Cortii collatum, Statii Thebaidos antiquissimum, nondum excussum, Prisciani duos, unum Sedulii, praescriptionis iure iam nostros. Sed ne in his quidem a Scheuchzero recensitis Asconium memoratum vidi. Quocirca pro comperto nunc habeo, iamdudum interisse Sangallense exemplar uniceque recurrendum esse ad apographa Florentina, Ambrosiana et Pistoriense. Iam quum spes mihi affulserit fore, ut nanciscar optimi Codicis Poggiani accuratam collationem, quum praeterea collegerim plerasque editiones veteres, nominatim principem et Parisinam anni MDXXXVI., id saltem assecuturum me spero, ut inter ceteros antiquos Ciceronis interpretes aliquando uno volumine comprehendendos Asconium liberatum ab incredibilibus illis Manutii et Hotomani interpolationibus exhibeam; alius postmodum, atque in primis Wunderus, qui eum aliquando singulari cura illustraturus est, integritati quatenus fieri potest, eum restituet.

IV. Iam quid in duobus meis itineribus Sangallensibus egerim, breviter tibi enarrabo; magni tamen et prorsus novi nihil expectato, etsi nonnulla, quae ad disciplinam nostram spectant, accuratius nunc explorata sunt. Primum igitur deverti in Villam Epponis ad amicissimum virum, Iosephum, liberum Baronem a Lassberg, edita Nibelungiade aliisque compluribus poësis Theotiscaë monumentis clarum, in emendando post Fischerum*) Walthario, poëmate epico e Theotisco deperdito a Notkero in Latinum converso quum maxime occupatum. Ego quoque octo per dies ibi commoratus explorata varietate Codicum Caroloruhensis et Parisiensis, quae tum ex his, tum e coniectura in Fischeri recensione corrigenda essent, amici iudicio subieci; veluti v. 1153.:

*Quo facto, ad truncos sese convertit amarus
Cum gemitu, circumque suum caput applicat, atque
Contra Orientalem prostratus corpore partem
Ac nudum retinens ense hac cum voce precatur —*

*) De prima expeditione Attilae regis Hunnorum in Gallias ac de rebus gestis Waltharii Aquitanorum principis carmen epicum saeculi VI. ed. F. C. I. Fischer. Lipsiae, Suikert. 1780. Supplementum: ibid. 1792. 4.

Ad v. 1154. „*circumque suum caput applicat*] Versus, quem me non intelligere ingenue fateor.” FISCHER. „Fortasse: caput suum applicat ad (circum) truncum aliquem.” BIESTER. Sed per *truncos* Poëta intelligit cadavera decem heroum a Walthario interfectorum capitibus truncata: his igitur, religione nescio qua commotus, capita illa desecta rursus quum applicavisset, tum demum grates agit Deo propter victoriam simulque precatur, ut eos, qui in pugna occiderant, ille in caelestem sedem recipere dignetur. Legendum igitur e Codicum recens collatorum vestigiis: *Cum gemitu cuicunque suum caput applicat*: — *cuicunque* autem pro *cuique* vix offendet in poëta, qui aliquoties *equitem* usurpat pro *equo* ac similia complura habet non minus a vera Latinitate abhorrentia.

V. Praeterea contuli Codicem Lassbergianum Catonis et Laelii Italicum, membranaceum, Seculi XV. In Catone, quod mirere, erat optimis illis quattuor, Regio Sec. IX., Erfurtensi, Treverensi ac Basileensi, e quibus lectionem praecipue constitueram in Operibus Ciceronis, annumerandus; adeo cum iis in omnibus fere conspirabat, et in rectis et in pravis, v. c. in omittendis verbis §. 72. *Omnium aetatum certus est terminus*; qua omissione haec librorum familia ab aliis statim distingui potest. Hic autem Codex Lassbergianus quum manifesto sit originis Italicae, eo facilius nunc intelligimus, quum factum sit, ut Manutius, similibus usus, in permultis iam eam lectionem praeciperet, quam auctoritate quattuor illorum Cod. partim Gallicanorum partim Germanicorum denuo stabilire conatus sum. In Laelio autem, ut omnes, quos equidem accuratius novi, is quoque vulgarem lectionem referebat; nec quidquam auxilii sperandum, donec collati sint Codex Weingartensis Sec. X., ad quem aditus nondum mihi patefactus est, et alter Sec. XI., quem a Viro docto nuper Lipsiam allatum esse rescivi ex literis illustrissimi Hermanni: a quo codice multae, etiam audaciores, a Beiero meo commendatae omissiones verborum firmari dicuntur. Tantum igitur abest, ut huius libelli

emendatio absoluta videatur, ut nunc demum eius rei, ut ita dicam, initium faciendum sit. Maximo opere autem optandum est, ut eruditi Batavi thesauros suos, in primis Leidenses, tandem recludent, vel singulis Tullii scriptis edendis, quales a doctissimo Bakio impatienter expectamus libros de Legibus, vel saltem varias lectiones a se collectas publice nobiscum communicando, uti praeclaro exemplo fecit praeter te Wunderus noster. Habet praeterea Lassbergius meus libros de Finibus et Academicorum librum I., vulgaris lectionis, ut e collationis specimine instituto intellexi, Livii decadem tertiam, Quintilianum perbonum a Meyero collatum, Iuvenalem, Boëthium de consolatione et Sedulium: pulcherrime in membranis scripti sunt quattuor Codices, quos primo loco enumeravi, omnes Italici Sec. XIII-XV. Quod autem tempus supererat divisimus inter iucundissimos sermones atque inspiciendos ceteros eius Codices et ecclesiasticos, — Missalia dico atque Antiphonaria stupendae antiquitatis Sec. VIII. et IX. cum musicis signis nunc vix ulli mortalium notis — et Theotiscos, in quibus praeter Nibelungiadem eminent Wasserburgensis nuperrime a Lassbergio acquisitus, inter alia continens celebratissimum poëma *Ecken Usfart*, cuius unus hic codex adhuc innotuit, ceteris, e quibus ductae sunt editiones antiquae, iamdudum deperditis; Gallicos etiam aliquot, v. c. Parcivalium, quem paucis ante meum adventum diebus excerpterat egregius poëta Uhland, cui historiam poësis Theotiscaae aliquando debemus.

VI. In ipso deinde Monasterio S. Galli comiter receptus ab optimo sene Ildephonso ab Arce id primum negotii habui, ut diligentius examinarem Catalogos codicum iam Seculo IX. compositos compararemque cum similibus a Lassbergio meo acceptis. Etenim permagnam utilitatem praebent eiusmodi indices ad rectius cognoscendum statum literarum, qui certo aliquo tempore aliquem per tractum terrarum obtinuerit. Quid? quod ex iisdem codicum etiam nunc superstitem aetatem et originem accuratius interdum definire possumus vel

etiam, deperditi nunc scriptores, quo seculo nondum interierint, discimus. Accipe igitur, amice, quae ex tribus eiusmodi catalogis, omissis, ut par erat, aliquot libris sacris et ecclesiasticis, excerpta duxi:

A) E Cd. Sangallensi N. 728. Sec. IX. (*omnia sic*.)

LIBRI SCOTTICE SCRIPTI. Metrum Iuvenci.

— Item Iuvenci metrum. Metrum Sedulii. — Arithmetica Boetii. — Metrum Virgilii. in vol. I. Eius glosa in altero. — Bedae de arte metrica.

BREVIARIUM LIBRORUM DE COENOBIO
SCĪ GALLI CONF. XPI.

DE LIBRIS VETERIS TESTAMENTI cet.

ITEM DE LIBRIS NOVI TESTAMENTI cet.

DE LIBRIS BEATI GREGORII PAPE. — cet.

DE LIBRIS HIERONIMI PRBI.

DE LIBRIS SCĪ AUGUSTINI EPĪ.

DE LIBRIS SCĪ AMBROSII EPĪ.

DE LIBRIS PROSPERI EPĪ.

DE LIBRIS BEDAE PRBI.

DE LIBRIS YSYDORI EPĪ.

TRACTATUS origenif in genesin exodum et leviticum in vol. I.

Expositio pelagii super omnes eplas pauli in vol. I.

Item tractatus origenif super eplam ad romanof. Volumen optimum.

DE LIBRIS CASSIODORI.

DE LIBRIS EUSEBII. —

Gesta pontificum romanorum.

DE LIBRIS DIVERSORUM AUCTORUM.

(*Ecclesiastica nonnulla et historica medii aevi. v. c.*
Iuliani EpĪ prognosticorum futuri seculi Libri III.)

DE LIBRIS ALCHUINI.

DE REGVLIS SCORV PATRV.

DE VITA SCORV PATRVM.

DE VIRTVTIB. SEV. PASSIONIB. SCORV.
APOSTOLORV VEL MARTIRV.

DE LEGIBVS

Lex theodosiana. Lex ermogeniana. Lex papiani.

Lex francorum. Lex alamannorum. In volumine I. — —

Item INstitutiones imperatorum romanorum. Vol. I. *cet.*

LIBRI GLOSARUM. Volumina VIII.

OMELIE.

Liber sc̄i clementis et eiusdem epistola ad iacobum aplum. (Etiamnunc Sangalli est.) — —

Orthographia capri. acroetii et bedae. in Vol. I. — —

Libri pastoris Vol. I. — —

DE METRIS.

Metrum iuveni pr̄bi et sedulii ep̄i volumina IV.

Metrum aurelii prudentii libri VII. Vol. I.

Metrum aratoris in acta apostolorum Volumina II.

Metrum alcimi aviti ep̄i. Libri VII. In vol. I.

Epigrammata prosperi vol. III. in quaternionibus *cet.*

— — DE LIBRIS GRAMMATICAE ARTIS

LIBRI PRISCIANI DE OCTO PARTIB. XVI.

Item eiusdem de constructione partium orationum (*sic*) libri II.

Item ad simachum de figuris numerorum liber I. Haec omnia in Vol. I.

Item partes Donati minores atque maiores. et Onorati de finalibus litteris. Et declinationes. Et commentarium Sergii in partes Donati. Et Ysidori liber. Et liber Capri de ortographia. Et Bedae de metrica arte. Haec omnia in Vol. I.

Item partes Donati minores atque maiores. et Bedae de metrica arte et Alchuini de octo partibus. Item Ysidori de octo partibus. et alia nonnulla in Vol. I.

Item metrum Iuveni et Sedulii. Metrum Catonis libri IV. Partes Asporii. Item partes Donati grammatici. Item Ars Honorati grammatici. Diomedis de metro. Item Bedae pr̄bi de metrica arte. Item partes Donati minores maioresque. Item tractatus Pompegii (*sic*) in Donatum et alia multa. Haec omnia in Vol. I.

Item Priscianus minor. Et Donati pars maior. Et V. declina. Coniugatiou. et Bedae de metrica arte. Isidori ars et cetera in Vol. I.

Alchuini de octo partibus orationum Vol. II. — —

Partes Donati maiores et minores. Grammatica Al-
bini. Bedae de arte metrica et tropis atque scematibus.
In codice uno.

Grammatica Adaloldi; in qua partes Donati et expo-
silio Erchanberti super ipsas. —

Item Grammatica sine auctore. — —

Solini polihistor. — Volumen I. Alexandri Mace-
donis. Expositio Servii in Virgilium. „Volumen I.
perditum est” a sec. manu.

Excerptum Iustini de Pompeio historiographo. In
Vol. I. Lib. XLIV.

B) E Cdd. Sangallensi Sec. IX. N. 834. p. 482. post
ecclesiastica nonnulla haec memorantur:

Virgilius libri II. Persii. Terentii II. Priscianus.
Glossae. Sedulius. Boëthius. Statius. Iuvenalis. Pe-
riermeniae Apuleii. Commentum in cathedrias. Aratus.
Isagoge II. Commentum Persii. Avianus. Boëthius
de sancta trinitate. Disputatio Albini cum Karolo. Al-
thelmi II. Commentum Virgilii. Passiones Sanctorum.
Vita sancti Silvestri. Donatus.

C) Cdd. Constantienses circa annum MCCCXL. in indi-
cem relati apud Lassbergium. v. c. : Liber Clementis qui di-
citur Itinerarium (*Recognitiones Clementis.*) Historia tri-
partita de litera antiqua. Liber historiarum Philippicarum
et totius mundi origines et terrae situs de litera
antiqua. (*Iustinus et Solinus.*) Titus Livius de gestis
Romanorum pontificum de litera antiqua. Negocius (*sic*)
de re militari et gestis Romanorum imperatorum ab
Augusto usque ad Theodosium. (i. e. *Vegetius et Au-
relius Victor.*)

Liber gestorum Alexandri magni primi regis Grae-
corum. (i. e. *Iulius Valerius.*)

Liber de decem cordis. Compotus (*sic*) Graecorum.
Excerpta diversorum poëtarum Catholicorum.

Vita S. Lini Episcopi metricè composita.

Est ibi liber metricus magni poëtae (*Ausonius?*)

Item est in choro ecclesiae Constantiensis liber magnus
qui vocatur Abecedarius. et continet derivaciones omnium

vocabulorum et sic incipit: A litera. In omnibus gentibus et finitur in litera capitali V. Z. (Salomonis sive ut alii volunt Isonis Glossarium.)

D) E Codice Augiensi Sec. IX. nunc Lassbergii: Haec est summa librorum qui hic (*in Augia maiore s. divite*) habentur.

— — — Ambrosius de hystoria nabuchae. I. in quo et vegecius de re militari et questiones albini in genesim et gesta alexandri magni. — —

Textus VII. epliarum Pauli — — Postera pars ethimologiarum Isydori. — Deflorata isydori Vo. I. in quo proverbialia euagrii dicta eucherii glossa iunilii et visio uuetini et mulieris cuiusdam. Ethimologiarum isydori pars II.

Iulianus prognosticorum. III. tertium in quo diversae visiones. Naturalium rerum Vol. I. sine titulo auctoris. — — Recognitionum Clementis. Vo. II. — — Historia romanorum. I. — — Historia langobardorum. I. Gesta anglorum Vo. I. Solinus. I. — — Vegecius Vo. I. — — Persii et iuvenalis I. Ovidius de amatoria arte. I. Item Ovidii metamorfoseon. Silii et Stacii Vol. — — Macrobbii lib. I. saturnalium conviviorum. Fortunati metrum in Vo. I. Kalcidius in thymeum platonif. I. libellus epliarum senecae et pauli. Eiusdem ad lucilium Vo. I.* ygini Vo. I. Categoriarum aristotelis Vol. I. Salustii catelinarium. I. Augustinus de musica. V. I. Claudianus de proserpina. I. Excerpta pompeii. V. I. Seneca naturalium questionum. I. Victorinus de rhetorica. I. Hystoriarum pompeii trogi. I. Dialectica Augustini et boecii geometria. Aristotelis Vo. I. de VII. liberalibus artibus. — Iam quae maxime memorabilia videntur, separatim notabimus: Libri scotice scripti etiam nunc complures supersunt, veluti Evangeliarium Latinum; praeterea vidi Priscianum antiquissimum anglosaxonica, ut videtur Ildephonso, scriptura exaratum cum glossis lingua ignota, hibernica vel galica ut opinor, conscriptis, cuius generis nonnullas habet etiam Codex Boernerianus Epistolarum Pauli. — Ex libris apoeryphis veteris eccle-

siae vides conservatas esse et S. Galli et Augiae et Constantiae Recognitiones Clementis nova editione utique dignissimas, S. Galli etiam Hermae pastorem: uterque Cd. Sangallensis etiamnunc superest, uterque antiquissimis annumerandus. Ex poëtis Latinis animadvertes Ausonium Constantiae, si recte explicavi *librum metricum magni poëtae*; alius certe Sangalli est Ausonius N. 809. Sec. X., cuius *Mosellam* in Trossii usum contulit Mone; praeterea Silium Constantiae; — Aratus Cd. 831. qui sit, mox demonstrabitur; — ex historicis *Titum Livium de gestis Romanorum pontificum de litera antiqua* Constantiae, quocum si contuleris Cd. Sangallensem N. 728. *Gesta pontificum Romanorum* complexum, facile suspicaberis a Constantiensi librario vel duos scriptores diversos mire esse coniunctos, Titum Livium videlicet et alterum nescio quem de rebus gestis pontificum Romanorum, vel quum scribendum esset duntaxat *Titus Livius de gestis Romanorum*, stultissime additum *pontificum* vocabulum; e grammaticis atque interpretibus Pompeium, etiamnunc S. Galli asservatum, nuper a Lindemanno editum, et Commentum Persii (Cd. 831.) Iam ex Catalogo Kolbiano constat anno circiter MDCCLIV. superfuisse Persium antiquissimum cum scholiis, qui nunc furto videtur ablati, certe a nobis frustra quaesitus est. Id autem maxime mirabere, ne unum quidem scriptum Ciceronis in ullo horum indicum memorari, unde quae post Seculum IX. habuit Monasterium S. Galli, ea, nisi me fallit coniectura, e Bobiensi, quocum vetusta illi intercedebat necessitudo, videntur esse advecta: orationibus autem Ciceronis et scriptionibus philosophis semper caruit, nisi quod codex pulcherrimus, sed vulgaris Italicus Sec. XV. medii Tusculanarum, librorum de Finibus, de Natura deorum et de Divinatione nescio quando comparatus est. Nullam etiamtunc mentionem fieri vides eorum, quibus postea maxime inclaruit, Quintiliani, Valerii Flacci, Asconii Pediani; nullam Caesaris, Velleii Patereuli, qui tamen scriptor supererat in alio non longe dissito Benedictinorum monasterio, scil. Murbaecensi; nullam denique

Valerii Maximi, Taciti, Curtii, Plinii utriusque, Suetonii, Gellii cet.

VII. Post haec ad Ciceronem me converti. Scilicet collatis superiore anno duobus codicibus librorum de Inventione, duobus item Topicorum, uno libelli de optimo genere oratorum, tertius restabat Topicorum mancus et alius orationum Verrinarum in oppidana bibliotheca asservatus; aliis enim vel temporibus vel manibus permitendum censebam codicem supra memoratum scriptorum aliquot philosophorum atque oppidanum librorum ad Herennium et de Inventione, satis antiquum, qui soli nondum a me sunt collati. Haenelius (*Catal. Libr. Mss.* p. 732.) hunc decimi seculi esse contendit; mihi aliquanto recentior videbatur; in eo autem errat, quod adiunctum esse tradit Boëthii commentarium in Topica Ciceronis; sunt eiusdem libri de topicis differentiis. Cramerus autem (*Haus-Chronik.* p. 184.) narrat eundem a Felsio V. C. professore et camerario Sangallensi aliquando collatum esse in usum Schuetzii; sed in huius viri clarissimi editione nullum eius rei reperitur vestigium.

In loco admodum controverso *ad Herenn.* 2, 23, 36. ex eo codice has notavi lectiones:

a sec. manu superscr.:

*vel i || saxeoque instare globo praedicant volubili
Saxoque instar esse globosi posse dicunt volubilem.
Volubilem ideo quia quo saxum - - eo cadere - - qui
contra a fortuna negant ullam miseritatem esse, sed
temeritate omnia regi autumant. Id magis verisimile
esse aiunt - - velut Orestes modo fuit rex. factus est
mendicus modo naufragio*

interemptus a sec. m.

nempe res ita contigit. Ergo id non forte aut fortuna obtigit.

Qua occasione oblata dabo, quae in schedis Beieri mei reperi; qui usus est collatione Cd. Bernensis Sec. X., Turicensi tamen bonitate inferioris:

„Versu 2. pronomen *illam* ante *instare* volgo adiectum excludunt multi Codd.; ut Turic. Bernens. et

antiquus laudatus in Iac. a Cruce Bononiensis *Annotatt.* C. 11. in Gruteri *Thesaurο crit.* 1. p. 683. — In voc. *globoso* praeponit Cod. Bern., sed praepositio, ex qua ortum videtur pron. *eam* apud Lambinum, punctis suppositis notata est. Graeca *Cebetis* in *Tabula* comparavit iam Lamb. Bosius *Obs. miscell.* C. 28. p. 118. Vers. 3. Glossatores inculcant *eo*, alii ante *cadere* (ut Bern. et Turic.), alii post illud. Recte cum Lamb. omisit Schuetz. Bothio tamen corrigenti *Quia quo, ut saxum impulit fors, eo cadere Fortunam autumant*, favet quadam tenus Turic. lectio: *Quia - - eo cadere.* Vers. 4. pro *esse iterant* Lamb. *memorant.* Bothius *nil* pro *nihil*, quo relicto Schuetz. *se* non geminavit, sed semel tantum posuit. Vers. 5. Bothius *autem* mutavit in *illam*, quod pron. addit Lambinus. Vers. 7. Recte Schuetz. cum Cdd. plerisque *negant* pro *negent.* Vers. 8. Volgatur: *miseriam esse ullam.* Bern.: *ullam miseritatem esse autumant id* (supra alia manu: *sed temeritate omnia regi*) *esse aiunt.* Turic. glossemate excluso: *negent ullam esse - - regi autumant.* Hoc verbum glossatori debetur: sed ex subiectis Ciceronis verbis revocavi *RES*; qua voce ante similes literas *RE* oblitterata, *OMNIS* abiit in *OMNI*, facta etiam verborum transpositione. Vers. 11. Primum voc. *Naufragio* est trisyllabum per synizesin. Bothio distinxit *nempe: ergo:* sed *nempe* i. e. quod *nimirum, scilicet*, hoc est, *haud dubie.*"

In exemplari autem suo, nunc meo, Ed. Ernestianae totum locum sic constituit Beierus:

*Fórtunam insanam ésse et caecam et brútam perhibent
philosophi*

Sáxoque instare in globoso praedicant volúbili

*'Ideo, quo saxum impulerit fors, cádere Fortunám autumant:
Caecam ob eam rem esse iterant, quia nil cernat, quo sese
applicet*

*'Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta instabilisque sit;
Brútam, quia dignum atque indignum néqueat internóscere.
Súnt autem alii philosophi, qui cóntra Fortunám negant,*

*Ésse ullam, sed tēmeritate rés regi omnís aítumant.
 'Id mage veri simile esse usus reápse experiundo édocet:
 Vélut Orestes módo fuit rex, módo mendicus fáctus est:
 Naúfragio res cóntigit: nempe érgo haud Fortuna óbtigit.*

Praeterea Eclogae Boëthii a me olim Topicis subiectae corrigendae erant e duobus Cdd. antiquissimis Monasterii, quibus nunc accessit Einsiedlensis Sec. X. Totum autem hoc scriptum, quum misere ubique corrupta sit editio Basileensis anni MDLXX., maxime eruditorum manibus trita, edam cum ceteris Ciceronis Scholiastis e Cd. Einsiedlensi emendatum.

Quod autem ad Verrinarum Codicem attinet, est membranaceus formae quadruplicatae, foliorum CXXXVI., pulchre atque emendate scriptus, ut solent esse Italici Sec. XV., circa annum, ut arbitror, MCCCXX. Ab Haenelio tamen (*Catal. Mss. p. 732.*) refertur ad Sec. XIII. In fine haec leguntur:

„Iste liber est Marci Nicolucii de Romeriis de Castilionearetino (*sic coniunctim*) quem propria manu scripsit in alma urbe Roma.” Insunt et emendationes et variae lectiones partim versibus superscriptae, partim in margine appositae a secunda manu. Primo folio haec notantur manu Sec. XVI. ineuntis: *Cicerone contra Verrem è in istampa; vale poco; salvo chi volesse cose scritte a penna.* E quo miro iudicio confirmatur id quod saepe suspicatus sum, primis post inventam artem typographicam temporibus huiusmodi codicum multos a plerisque parvi aestimatos interiisse, eos praesertim, quibus usi erant ad editiones principes adornandas ipsi typographi. Atque ideo tam raro codices inveniuntur, qui editionibus illis in omnibus respondeant. Ipsa autem huius Codicis lectio quam proxime accedit ad eam, quam ex editione Veneta MCCCCLXXXIII. excerpsti; prorsus igitur refert familiam Italicam, ita ut ex toto isto codice vix unum aut alterum locum corrigi posse censeam. Id tamen lucrati sumus, ut melioris familiae libris, quorum praestantiam tu inter recentiores primus agnovisti, accuratiorem iis, quas adhuc habebamus, deterioris collationem opponere queamus

atque singulis in rebus sciamus, quomodo seculis XIII-XV. Itali constitutas habuerint hasce septem orationes.

VIII. Tullianis, quae ipse tractare constitueram, absolutis ad ea me converti, quae maxime curiositatem illam expletura videbantur, qua affici solemus, ubi versamur in illustri bibliotheca a paucis adhuc explorata; nam quae ad ius civile Romanorum spectant, tum leges, quas dicunt Barbarorum, Theotisca omnia iam satis exhausta erant; e scriptoribus Latinis, quod sciam, nihil nisi Ausonius a Monio, Sallustius a Gerlachio meo, Ovidii Metamorphoseon codex haud optimae notae a Bachio, ab illustrissimo Niebuhrio Dositheus grammaticus nondum editus, excussi, Scholiastes Iuvenalis a Buergio quodam in Crameri usum descriptus erat; restabant etiam nunc alii Latini a nemine inspecti, restabant Codices sacri; nam scriptores Graeci profani nulli adsunt. Itaque ante omnia memini me esse ex parte etiam theologum, liberioris tamen sectae; simulque quum incidissem in praestantissimum Evangeliorum codicem Graecolatinum, in mentem venit, quo ardore, qua patientia in talibus, quos maximi faciebat, ante hos centum annos elaborasset divinus Bentleius:

*Ego homuncio hoc non facerem? Ego vero illud feci
ac lubens.*

Hoc autem caput ut cum reverendissimo tuo Episcopo, Muentero V. C., cui tantum debent Inscriptiones meae nunc tandem feliciter ad finem perductae, communicates, te vehementer etiam atque etiam rogo: is enim optimus talium rerum arbiter: nec minus hoc epistolae caput commendatum velim Hugio, cui nuper debui egregias illas Constantini Magni vindicias, et Schulzio Vratislaviensi, VV. CC.

Priusquam tamen ad rem ipsam accedam, quaestionem iisdem triumviris aliisque peritis harum rerum iudicibus propositurus sum, scilicet: utrum ex sequenti loco, qui satis probat grammaticis Constantinopolitanis curae fuisse eam criticae sacrae partem, quae constat in dignoscendis subditiciis scriptis a veris, rite colligi possit necne eos-

dem etiam versatos esse in constituendo emendandoque librorum sacrorum contextu, unde fluxerit ea, quam inde a Griesbachio Constantinopolitanam recensionem sive potius familiam vocant?

Κρίσις ποιημάτων μὲν ἢ ἀκριβῆς γνώσις τῶν ποιημάτων λέγεται. ταύτη τῇ ἠκριβωμένη γνώσει χρώμενος ὁ γραμματικὸς δεῖ γινώσκειν τὰ βιβλία τῆς ἐκκλησίας πάντα, τουτέστι τὴν παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην, ἵνα ὅταν ἀκούσῃ φωνὴν ξένην καὶ σύγγραμμα ἢ ποίημα ψευδές, μὴ δέξηται αὐτὸ ὡς ἀληθινόν, ἐπειδὴ ἔστιν εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν λεγόμενον. δεῖ δὲ διαγινώσκειν τον γραμματικὸν τὰ ὀνόματα καὶ τὰς φωνὰς τῶν εὐαγγελιστῶν, ἵνα μὴ ἀλλότριον καὶ ψευδὲς εὐαγγέλιον δέξηται. ἀλλὰ καὶ ὁμωνύμως ψευδῆ συγγράμματά εἰσιν, οἷον ἡ λεγομένη ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Παύλου. οὐ γὰρ ἐστὶ τοῦ ἁγίου Παύλου, ἀλλ' ἐτέρου, αἰρετικοῦ, τοῦ Σαμωσατέως, ὅθεν οἱ Παυλιανοὶ κατάγονται. καὶ ἕτερα ἀποκάλυψις ἡ λεγομένη τοῦ Θεολόγου. οὐ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ· μὴ γένοιτο· αὕτη γὰρ ἀληθεστάτη ἐστίν· ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλότριαν. δεῖ δὲ τὸν γραμματικὸν καὶ τὰ Ἑλληνικὰ βιβλία γινώσκειν. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁμώνυμα βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ ἄσπις Ἡσιόδου καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου· ἕτερον γὰρ εἰσὶ ποιητῶν, ἐχρήσαντο δὲ οἱ συγγραφεῖς τῇ ὁμωνυμίᾳ Ἡσιόδου καὶ Νικάνδρου, ἵνα ἄξια κριθῶσιν ἀναγνώσεως.

Bekkeri *Anecdota Graeca* Vol. 3. p. 1165.

Iam Evangeliarium illud Graeco-Latinum Sangallense Sec. X. forma est quadruplicata; paginarum nunc 395.

Pag. 1. 2. Carmen Hilarii Pictaviensis de evangelio.

Pag. 3. 4. evulsae.

Pag. 5—8. Hic est primus prologus. **BEATO PA-
PAE DAMASO HIERONIMVS.** Novum opus facere me cogis *cet.*

Pag. 9—14. Canones Eusebii cum κεφαλαίοις Ammonianis.

Pag. 15—18. Incipit praefatio Hieronimi (sic) **PBRĪ.** in Math. Evang. Mattheus ex iudaea *cet.*

Pag. 19.:

secundum mattheum evangelii.
 ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ. ΤΑ
 capitula
 ΚΕΦΑΛΑΙΑ. Capitula (s. τίτλοι) sunt LXVIII.

Pag. 21—129. ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ. ΚΑΤΑ ΜΑΤΘΑΙΟΝ.
 Genealogia Christi tribus columnis.

Pag. 131.:

secundum marcum evangelii capitula
 ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ. ΤΑ ΚΕ-
 ΦΑΛΑΙΑ. (XLIX.)

Pag. 133—191. ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΚΑΤΑ ΜΑΡΚΟΝ.
 Adest finis Evangelii huius Cap. 16. v. 9. seqq. Sed sic:
in margine nota: q Γ —

timebant enim surgens vero mane
 ΕΦΟΒΟΥΝΤΟ. ΓΑΡ. . ΑΝΑΣΤΑΣ. ΔΕ ΠΡΩΙ *cet.*
 Duo puncta igitur post γάρ. Unus adscriptus est nume-
 rus sectionum Eusebianarum s. Ammonianarum ad v. 13.
 sic: CCXXXIII.

X Γ

Sol.

Pag. 191. ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ. ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ
 capitula.

ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ. (LXXXIII.)

Pag. 195—313. ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ.

Pag. 316. (ut numeratae sunt.) ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝ-
 ΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ. (XVIII.)

Pag. 318. ad finem: ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝ-
 ΝΗΝ. — Scriptura literis capitalibus minoribus; non habet
 nec spiritus neque accentus neque iota subscr.; *v* ἐφελ-
 κυστικόν omnibus fere verbis additum: *αι* et *ε* frequen-
 tissime confusa: interdum λήμψεσθε — εἶπαν. Litera Σ
 semper C.

Specimen scripturae atque interpunctionis hoc esto:

qm quidem multi conati sunt
 ΕΠΕΙ ΔΗΠΕΡ. ΠΟΛΛΟΙ. ΕΠΕΧΕΙΡΗΣΑΝ. ΑΝΑ-
 ordinare narrationem de completis
 ΤΑΣΑΣΘΑΙ ΔΙΗΓΗΣΙΝ ΠΕΡΙ ΤΩΝ. ΠΛΗΡΟ
 in nobis rebus
 ΦΟΡΗΜΕΝΩΝ. ΕΝ ΗΜΙΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ. ΚΑ-
 sicut tradiderunt nobis qui ab initio
 ΘΩΣ. ΠΑΡΕΔΟΣΑΝ. ΗΜΙΝ ΟΙ. ΑΠΑΡΧΗΣ.

ipsum viderunt et ministri fuerunt
 ΑΥΤΟΙΠΤΑΙ ΚΑΙ || ΥΠΗΡΕΤΑΙ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΙ.
 sermonis visum est et mihi adsecuto
 ΤΟΥ. ΛΟΓΟΥ. ΕΛΟΞΕ, ΚΑΜΟΙ ΠΑΡΗΚΟΛΟΥ ||
 a summo omnibus diligenter ex
 ΘΗΚΟΤΙ ΑΝΩΘΕΝ. ΠΑΣΙΝ. ΚΡΙΒΩΣ (sic). ΚΑ-
 ordine tibi scribere optime dei amator theophile
 ΘΕΞΗΣ. ΣΟΙ. ΓΡΑΨΑΙ. ΚΡΑΥΤΙΣΤΕ ΘΕΟΦΙΛΕ
 ut cognoscas de quibus eruditus es
 Η
 ΙΝΑ. ΕΠΙΝΩΣ, ΠΕΡΙ, ΩΝ ΚΑΤΑΧΗΘΗΣ.
 verbis veritatem.
 ΛΟΙΩΝ || ΤΗΝ. ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ.

Scriptor fuit Latinus (v. Epigramma in fine:) sed Graeci sermonis haud imperitus. Codex omnino optimis illis a Griesbachio A—Z insignitis adnumerandus, notari poterit: *I*.

Versio interlinearis Sangallensis Cap. 1.

Evangelii Ioannis.

In principio erat verbum et verbum vel sermo erat apud deum et deus erat verbum. Hoc vel hic erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: nomen cui vel illi Iohannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux; sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vel lumen vera vel verum quae vel quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. In mundo erat et mundus per eum factus est: et mundus eum non cognovit. In propria vel sua venit et sui eum non receperunt. quotquot vero receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, credentibus in nomen eius: qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Et verbum vel sermo caro factum est et habitavit in nobis, et vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre pleni gratia et veritate. Iohannes testatur de ipso et clamat dicens:

Hic erat, quem dixi, qui post me venturus est; ante me factus est; quia prior me erat; et de plenitudine eius nos omnes accepimus et gratiam pro gratia. Quia lex a Moyse data est; gratia et veritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo vidit nisi vel praeter unigenitus filius. in sinu patris. Ipse enarravit. Et hoc est testimonium Iohannis, quando miserant Iudaei ex Ierosolymis sacerdotes et levitas, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est et non negavit et confessus est: quia ego non sum Christus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es? ut responsum demus mittentibus nos. Quid dicis de te ipso? Ait: Ego vox clamantis in deserto: parate vel dirigite viam domini: sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant a Pharisaeis et interrogaverunt eum et dixerunt ei: Quid ergo baptizas? tu si non es Christus neque Helias neque propheta. Respondit eis Iohannes dicens: Ego baptizo vos in aqua: medius autem vestrum stat, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est: ante me factus est: cuius ego non sum dignus, ut solvam eius corrigiam calciamenti. Haec in Bethania facta trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans. Altera die vel crastino vidit vel videt Iesum venientem ad se et ait: Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi. Hic est, de quo ego dixi, qui post me venit vir, ante me factus est; quia prior me erat: et ego nesciebam eum, sed ut manifestaretur Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Iohannes dicens: Quia vidi spiritum descendantem quasi columbam de caelo et mansit super eum: et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris spiritum descendantem et manentem super eum, hic est, qui baptizabit in spiritu sancto: et ego vidi et testimonium perhibui: quia hic est filius dei. Altera die vel crastino iterum stabat Iohannes et ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum perambulantem dicit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum

vel illo (*sic*) duo discipuli loquentem et secuti sunt Iesum. Conversus autem Iesus et videns eos sequentes dicit eis: Quid quaeritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum, magister: ubi manes vel habitas? Dicit eis: Venite et videte. Viderunt et venerunt, ubi maneret, et apud eum manserunt die illa. Hora erat quasi decima. Erat Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus audientibus vel qui audierant ab Ioanne et sequentibus vel secuti sunt eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus: et duxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit: Tu es Simon, filius Iona; tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galileam et invenit Philippum et dicit ei Iesus: Sequere me. Erat vero Philippus a Bethsaida, a civitate Andreae et Petri. Invenit*) Nathanael et dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege et prophetae, invenimus Iesum, filium Ioseph a Nazareth. Et dicit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquod bonum esse? Dicit ei Philippus: Veni et vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se et dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: unde me noscis vel sti**)? Respondit Iesus et ait illi: Priusquam te Philippum vel Philippus vocaret vel vocantem, sub fico vidi te. Respondit Nathanael et dixit vel ait ei: Magister, tu es filius dei; tu es rex Israel. Respondit Iesus et dixit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub arbore ficu, credis. Maius his videbis. Et dicit ei: Amen, amen, dico vobis, a modo***) videbitis caelum

*) Verbo ΦΙΛΙΠΠΟΣ v. *Philippus* superscriptum non est. Scilicet in hoc ac similibus lectorem iuvare noluit *scholasticae* versionis scriptor.

***) Id est: *nosti*.

****) A barbaro hoc *a modo* derivatum est Bergomatum *amò* i. e. iamiam, nunc. cfr. *Hand Tursell*. I. pag. 287. et *Vitalis Blesensis Querolum* Lib. 1. v. 215. *Sardana qui fueras*, amodo *Paulus eris*: similiter alii mediae aetatis scriptores tunc a metriti, quum totus illis in temporibus versabar: cuius temporis ne nunc quidem me poenitet.

apertum et angelos dei adscendentes et descendentes super filium hominis.

Iam si conferas hanc interpretationem et cum Cd. Veronensi a Blanchinio edito repetitoque a Semlero in *Paraphrasi Ev. Ioann.* Halae 1771. usque ad Cap. 3, 16., ad quem locum usque mutilus est Cantabrigiensis, et cum Colbertino a Sabatierio edito et cum vulgata nova, ab his tribus aequae fere Sangall. atque admodum differre reperies: quamquam magna necessario similitudo intercedere debebat inter tres interpretes, quibus id unice propositum esset, ut verbum verbo redderent nec ullam prope rationem haberent verae Latini sermonis indolis. Simillima autem ratio est inter interpretationem interlinearem Pauli in Cod. Boerneriano exstantem et illam *antiquam*, quam e Cdd. Sangerman. et Claromont. desumpsit Sabatierius. Quomodo autem istiusmodi interpretationes, quales sunt Sangall. et Boerneriana, appellabimus? Certe ad Italam sive Antehieronymianam eas vix satis recte referas: minime enim hae ante Hieronymum compositae videntur; nec Vulgatae, quam dicunt, easdem annumerare licet. Nimium est enim inter utrasque discrimen. Sed, nisi omnia me fallunt, hanc habent originem, ut, qui eas scripserit potius quam elaboravit, in usum vocarit vel Italam aliquam forte fortuna superstitem vel ipsam Hieronymianam fortasse iam satis interpolatam: quod equidem potius existimo; praesertim quum praemittantur ipsius Hieronymi prologi. Hanc igitur quam proxime ille accommodavit ad singula verba contextus sui Graeci, eum videlicet ad usum, ut discipuli aliqua Graeci sermonis notitia imbuti (ad intelligenda saltem sacrorum librorum verba, (sententias non dico) adiumentum haberent, quod singulis in locis, ubi, quod quidem saepe accidere debebat, incerti haerent, lexicum vice consulerent. Totum igitur hoc genus, quod nondum satis excussum atque explicatum videtur, equidem prorsus separandum censeo ab Itala illa Hieronymi aetate praecedente, cuius generis nuper incognitam antea S. Matthaei interpretationem nobiscum communicavit

Maius; verum autem nomen ei imponam versionum scholasticarum; quarum quidem nulla per se est auctoritas, nisi quatenus comparentur cum verbis Graecis sibi subiectis: maxima quum contra sit auctoritas illarum interpretationum, quae vere ad multiplicem illam Italiam referri solent.

VARIETAS LECTIIONIS.

CAP. 1. v. 7. Griesbachius Schulzii: πιστεύωσι] Codex: πιστεύωσιν (et sic fere semper *v* ἐφελκυστικὸν ante consonantem. Semel noto.) — 9. ἀληθινόν] ἀληθεινόν. — 16. ὅτι ἐκ] καὶ ἐκ. — 17. Μωσέως] Μωυσεώς. — 20. ἐρωτήσωσιν] ἐρωτήσουσιν. — οὐκ εἰμὶ ἐγώ] ἐγὼ οὐκ εἰμί. — 22. εἶπον] εἶπαν. — 25. οὐκ εἶ] οὐκ εἶς — οὔτε ὁ προφήτης] om. ὁ. — 26. ἐν ὕδατι] ὑμᾶς ἐν ὑ. — 27. ὁ ὀπίσω] αὐτός ἐστιν ὁ ὀπ. — οὐ] ὅς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, οὐ. — 28. Habet Βηθανία. — 32. ὡς περιστερὰν] ὡσεὶ π. — 40. ἴδετε] ἴδατε. — 42. οὗτος] αὐτός. — 43. ἐμβλέψας] ἐμβλέψας δέ. — 44. λέγει αὐτῷ] λ. αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. — 46. τοῦ Ἰωσήφ] om. τοῦ. — 47. Ναζαρέθ] Ναζαρέτ (h. 1. paullo ante: Ναζαράθ (sic.) — 50. καὶ λέγει] καὶ εἶπεν. — 51. μείζω] μείζων (sic) — ὄψει] ὄψη.

CAP. 2. 3. λέγει κ. τ. λ.] λέγει ἢ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις τοῦ Ἰησοῦ. Sed v. τοῖς διακόνοις erasa. Versio interlinearis: *dicit mater eius ministris Iesu ad eum.* — 4. λέγει] καὶ λέγει. — αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ Ἰησοῦς. — 17. ὁ ζῆλος] om. ὁ. Habet καταράγεται. — 19. ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 22. ᾧ εἶπεν] A prima manu videtur fuisse ὄν. Versio interl. quem. — 23. Habet ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις.

CAP. 3. 2. Habet ἦλθε πρὸς αὐτόν. — 5. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 12. πιστεύσατε] πιστεύσεται, et litterae ε superscr. η. ut sit πιστεύσεται. — 18. κρίνεται] Versio interlin.: *iudicabitur.* — 19. Habet πονηρὰ αὐτῶν. — 24. μετὰ Ἰουδαίου] Habet sic; sed versio interlin. *cum Iudaeis.*

CAP. 4. 3. ἀπῆλθε πάλιν εἰς] ἀπῆλθεν εἰς. — 5. Habet Συχάρ. — οὐ] ὁ. — 8. εἰς τὴν πόλιν] om. τήν. — 14. οὐ

μὴ διψήσῃ] οὐ μὴ δίψει (sic.) — 20. Habet ἐν τῷ ὄρει
τούτῳ. — προσκυνεῖν δεῖ] δεῖ προσκ. — 21. πίστευσόν
μοι] om. μοι. — 27. ἐθαύμαζον] ἐθαύμασαν. — 28. τὴν
ὑδρίαν] om. τήν. — 30. Habet Ἐξῆλθον ἐκ. — 31. ἐν
τῷ] ἐν δὲ τῷ. — ἠρώτων αὐτόν] om. αὐτόν. — 35. Habet
τετράμηνος. — 36. ὁ θεριζων] καὶ ὁ θ. — 37. ὁ ἀλη-
θινός] om. ὁ. — 42. ὁ σωτήρ] om. ὁ. — 45. Habet ἄ.
46. πάλιν] πάλιν ὁ Ἰησοῦς. — 51. Habet ὁ Ἰησοῦς.

CAP. 5. 1. ἐορτή] ἡ ἐορτή. — 4. ἄγγελος γάρ] ἄγγε-
λος γὰρ κυρίου. — 5. Habet καὶ ὀκτώ. — 7. Habet βάλῃ.
— 8. ἔγειρε] ἔγειραι. — 11. ἀπεκρίθη] ὁ δὲ ἀπ. —
13. Habet ἰαθεῖς. — 14. χειρόν τί σοι] χειρόν σοί τι. —
15. ἀνήγγειλε] ἀπήγγειλεν. — 16. ὅτι ταῦτα] καὶ ἐξήτουν
αὐτόν ἀποκτεῖναι ὅτι αὐτά (sic.) — ἐγείρει] ΕΓΕΡΕΙ.
Sed versio interlin.: *suscitat.* — 25. λέγω ὑμῖν] om.
ὑμῖν. — 28. ἀκούσονται] ἀκούσωσιν. — 30. Habet τοῦ
πέμψαντός με. — 35. Habet ἀγαλλιασθῆναι. — 36. ἄ ἐγὼ
ποιῶ] om. ποιῶ. Versio interl.: *quae facio (sine ego.)*
37. με πατήρ] με ὁ πατήρ. — 42. ἐν ἑαυτοῖς] ἐν αὐτοῖς.
— 43. λήψεσθε] λήψεσθαι. — 44. παρὰ ἀλλήλων] παρὰ
ἀνθρώπων. Versio: *ab hominibus.* — ζητεῖτε] ΖΗΤΕΙ.
Versio: *quaeritis.* — 46. Μωσῆ] ΜΩΣΕΙ. — 47. πι-
στεύσατε] πιστεύσατε.

CAP. 6. 1. Habet πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας
τῆς Τιβεριάδος. — 2. τὰ σημεῖα] αὐτοῦ τὰ σ. — 3. τὸ
ὄρος ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ Ἰησοῦς. — 5. πρὸς τὸν Φίλιππον]
om. τόν. — ἀγοράσωμεν] ἀγοράσωμεν. — 6. ἔμελλε]
ἔμελλεν (non ἤμελλε.) — 7. Habet βραχύ τι. — 8. Habet
παιδάριον ἐν ᾧδε, ὃ ἔχει. — 10. ἀνέπεσον] ἀνέπεσαν — οὐν
οἱ ἄνδρες] omittit οὐν. Paulo post habet ὡσεῖ. — 13. ἂ
ἐπερίσευσεν] ἐπερίσευσεν om. ἂ. Sed versio: *quae su-
perferunt.* — 16. ἐπὶ τὴν θ.] εἰς ΤΙΝ (sic.) —
17. Habet ἐμβάντες. — εἰς τὸ πλοῖον] om. τό. — 19. Ha-
bet ὡς σταδίους. — 22. εἰ μὴ ἔν] εἰ μὴ ἔν, ἐκεῖνο εἰς ὄν
(sic) ἀνέβησαν (sic) οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Sed memorabile
(id quod sine exemplo in hoc Cd., nisi bis terve in no-
minibus propriis, *Philippus, Andreas*, verba *EKEINO
ΕΙΣ ὉΝ ΑΝΕΒΗΣΑΝ* versione sunt destituta; contra

vv. ΟΙ ΜΑΘΗΤΑΙ ΑΥΤΟΥ superscribitur: *discipuli eius.* — πλοῖον] πλοιάριον. — 24. Habet: ἐνέβησαν αὐτοὶ εἰς τὰ πλοῖα. — 28. Habet: τί ποιῶμεν. — 29. ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 35. ὁ Ἰησοῦς] om. haec. — πεινάσῃ -- διψήσῃ] ΠΙΝΑΣΗ - - ΔΙΨΗΣΕΙ. — 37. τὸν ἐρχόμενον πρὸς με] τ. ε. πρὸς ἐμέ. — 38. καταβέβηκα] ΚΑΤΑΒΗ (sic.) — 39. τοῦ πέμψαντός με] τοῦ π. με πατρός. — ἀλλὰ ἀναστήσω αὐτό] ἀλλ' ἀναστήσω αὐτόν. — ἐν τῇ] omittit ἐν. — 40. τοῦτο γάρ] τοῦτο δέ. Versio: *haec autem est.* — τοῦ πέμψαντος με] τοῦ π. με πατρός. — 43. ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς] ἀπεκρίθη οὖν ὁ Ἰ. — 44. πρὸς με] πρὸς ἐμέ. — ἐν τῇ] om. ἐν. — 45. Habet διδακτοὶ θεοῦ. — πᾶς ὁ ἀκούσας] πᾶς οὖν ὁ ἀκούων. — 53. ἀμὴν ἀμὴν] omittit alterum ἀμὴν. — 54. μου τὴν σάρκα] τὴν σάρκα μου a prima manu; deinde correctum μου τὴν σ. — τῇ ἐσχάτῃ] ἐν τῇ ἐ. — 55. Habet bis ἀληθῶς. — τὸ αἷμά μου] om. μου. — 56. μου τὸ αἷμα] μου αἷμα. — 62. ὅπου] ΠΟΥ. — 63. Habet λαλῶ. Versio interl.: *loquor vel locutus* (sic, omisso sum.) — 64. ὁ παραδώσων] om. ὁ. — 68. ἀπεκρίθη] ἀπεκρίθη οὖν. — 69. ἐγνώκαμεν, ὅτι σὺ εἶ ὁ ἅγιος τοῦ θεοῦ] ἐγνώμεν (sic), ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ζῶντος. — 70. ὁ Ἰησοῦς] omittit haec.

CAP. 7. 1. περιεπάτει] ΠΕΡΙΠΑΤΕΙ. — 8. οὐκ ἀναβαίνω] οὐπω ἀ. — 9. ταῦτα] ταῦτα δέ. — 16. Habet ἀπεκρίθη οὖν. — 21. ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 22. Μωσῆς] ΜΩΥΣΗΣ. Μοx Μωσέως. — 23. Μωσέως] Μωυσέως. — 26. οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός] οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χρ. — 27. ἐρχεται] ἔρχεται. Sed η superscr. — 28. διδάσκων ὁ Ἰησοῦς] omittit ὁ Ἰησοῦς. — 29. Habet ἐγὼ οἶδα. — 31. ἔλεγον ὅτι ὁ Χριστός] ἔλεγον Χριστός. — 32. οἱ Φ. καὶ οἱ ἀ. ὑπηρέτας] ὑπηρέτας οἱ Φ. καὶ οἱ ἀ. Vocab. ὑπηρέτας caret versione interl. — 33. Habet: εἶπεν οὖν ὁ Ἰ. — 34. εἰμί] Versio interl. *ubi sum, non eo.* — 39. Habet: οὐπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. In seqq. ὅτι Ἰησοῦς om. ὁ. — 40. τὸν λόγον] τῶν λόγων, Sed ο μικρὸν bis superscr., ut sit τὸν λόγον. Versio: *audientes sermonem.* — 41. ἄλλοι δέ] om. δέ] — 50. νυχτὸς πρὸς αὐτόν] π. α. νυχτός. — 51. Habet: παρ' αὐτοῦ πρότερον. —

52. ἐγγήγερται] ἐγείρονται. Πάλιν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησεν λέγων. Ita pag. 348. huius Cd. versu 5. Sed verba Πάλιν - - λέγων linea transversa sunt deleta. Tunc, omissâ prorsus pericopâ de adultera, spatium vacuum relictum est reliquae pag. 348. et pag. 349. spatium trium versuum: post quod continuat: Πάλιν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς ἐλάλησεν λέγων (sic.)

CAP. 8. v. 14. Omittit ὑπάγω ad ὑπάγω. — 20. ἐλάλησεν] ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς. — 25. τὴν ἀρχὴν ὅ, τι] τὴν ἀρχὴν ὅτι. Versio: principium quod et loquor vobis. — 26. λέγω] λαλῶ. — 28. ὅτι ἐγὼ εἰμι] Versio: quid ego sum. — 31. μείνητε] MENHTE. — 36. ἐλευθερώση] ἐλευθερώσει. — 38. Habet: ἐγὼ δ' εἶδρακα. et mox: ὁ ἰωράκατε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν. — 39. Habet: ἦτε - - ἐποιεῖτε ἄν. Versio: essetis - - faceretis forsitan. — 40. ἦν ἤκουσα] ἦν οὐκ ἤκουσα. Sed super οὐκ linea transversa; nec redditur Latine. — 42. εἶπεν] εἶπεν οὖν. — 44. Habet: ἐκ τοῦ πατρὸς. — 46. εἰ ἀλήθειαν] εἰ δὲ ἀλ. — 48. ἀπεκρίθησαν] ἀπ. οὖν. — 49. ἀτιμάζετε] Versio: inhonorastis. — 51. θεωρήση] ΘΕΩΡΗ. — 52. Habet: γεύσεται. — 53. Habet: σεαυτὸν ποιεῖς. — 54. Ἰησοῦς] ὁ Ἰ. — Θεὸς ὑμῶν] Θεὸς ἡμῶν. Versio: deus noster. — 58. γενέσθαι ἐγὼ] γενέσθαι. γενέσθαι ἐγώ. Versio: antequam vel priusquam Abraam fieret fieret, ego sum. — 59. ἱεροῦ.] ἱεροῦ. διεληθὼν διὰ μέσου αὐτῶν καὶ παρῆγεν οὕτως.

CAP. 9. 8. ὅτι προσαίτης ἦν] ὅτι τυφλὸς ἦν. Sed versio: quod caecus vel mendicus erat. — 10. ἀνέωχθησαν] ἠνέωχθησαν. — Τὸν σου, non σοι. — 11. εἰς τὸν Σιλωάμ] εἰς τὴν κολυμβήθραν τοῦ Σ. — 15. μου ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς] μου ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς μου (sic.) Versio: mihi super oculos meos. — 17. ἠνοιξε] ἠνέωξεν. — 20. ἀπεκρίθησαν] ἀπεκρίθησαν δέ. — 27. θέλετε ἀκούειν] om. ἀκούειν. — αὐτοῦ μαθηταί] μαθ. αὐτοῦ. — 28. Μωσέως] Μωυσέως. — 32. ἠνοιξε] ἠνέωξεν. — 36. Habet: καὶ τίς. — 39. εἰς κρίμα] εἰς κρίσιν. — 41. εἶπεν αὐτοῖς] καὶ εἶπεν ἅ.

CAP. 10. 3. κατ' ὄνομα] κατὰ ὄνομα. — 5. ἀκολου-

θήσωσιν] ἀκολουθήσουσιν. — 8. πρὸ ἐμοῦ] om. haec. — 14. Habet: γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. — 16. με δεῖ] δεῖ με. — ἀκούσουσι] ἀκούσωσιν. Versio: *audient.* — εἰς ποιμὴν] καὶ εἰς ποιμὴν. Sed καὶ minoribus literis insertum ab eadem manu, quae exaravit versionem Latinam. Versio: *unum ovile vel pastorale et unus pastor.* — 22. ἐν τοῖς [Ἱεροσ.] ἐν Ἱεροσ. — 23. ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶνος] ἐν στοᾷ Σολομῶνος. — 26. Ἄλλ' ὑμεῖς] Ἀλλὰ ὑ. — 30. ὁ πατήρ] ὁ πατήρ μου. — 34. εἶπα] εἶπον. — 38. πιστεύητε] πιστεύετε. — πιστεύσατε] πιστεύσετε. — Habet: ἐν αὐτῶ. — 39. πάλιν αὐτόν] αὐτόν πάλιν. — 40. τὸ πρῶτον] τὸ πρότερον.

CAP. 11. 2. αὐτῆς] ἐαυτῆς. — 11. εἶπε καὶ μετὰ] εἶπεν. Μετά. — παραμυθήσονται] παραμυθήσονται. — περὶ τοῦ ἀδ.] περὶ ἀδ. — 21. ἡ Μάρθα] om. ἡ. — Habet: ἐτεθνήκει. — 24. ἐν τῇ ἀναστάσει] omittit haec. — 28. λάθρα] Versio: *silentio.* — 31. οἱ ὄντες] om. οἱ. — 32. Ut Griesb.: αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας. — ἀπέθανέ μου] μου ἀπέθανεν. — 33. ἐαυτόν] ΑΥΤΟΝ. — 35. Ἐδάκρυσεν - - Ἰουδαῖοι] omittit haec. — 39. λέγει ὁ Ἰησοῦς] λέγει αὐτῇ ὁ Ἰ. Sed αὐτῇ linea transversa deletum. — 40. ὄψη] ὄψει. — 41. τὸν λίθον] τὸν λίθον οὗ ἦν ὁ τεθνηκώς κειμένος. Sed versio: *lapidem ubi erat, ceteris omissis.* — 42. τὸν περιεστῶτα] om. τόν. — 44. χειρίαις] κηρίαις. — 45. οἱ ἐλθόντες πρὸς τὴν Μαρίαν] οἱ ἐλθ. μετὰ Μαρίας. Versio: *qui venerant vel venientes cum Maria.* — ἐποίησεν] ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς. — 47. τί ποιοῦμεν;] τί οὖν ποιοῦμεν; — 48. οὕτω] οὕτως. — πιστεύουσιν] πιστεύσωσιν. — 51. ἔμελλεν] ἠμελλεν. — ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 54. μαθητῶν αὐτοῦ] omittit αὐτοῦ. — 57. δὲ καὶ] om. καί.

CAP. 12. 1. ἐκ νεκρῶν] addit ὁ Ἰησοῦς. — 2. ut Griesb. — 5. ἐπράθη] ΠΡΑΘΗ. — 12. ὁ ἐλθὼν] om. ὁ. — ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 13. ὁ βασ. om. ὁ. — 14. ἐπ' αὐτό] ἐπ' αὐτῶ. — 15. θύγατερ] θυγάτηρ. — 16. ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 17. ὅτι] ὅτε. Versio: *quando.* — 18. διὰ τοῦτο καὶ] om. καί. — ἤκουσαν] ἤκουσεν. — 20. προσκυνήσωσιν] προσκυνήσουσιν. — 26. εἰάν τις ἐμοῖ

διακονῆ] καὶ ἐὰν ἐμοὶ διακονῆ τις. — 28. καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω] καὶ ἐδόξασα πάλιν. καὶ δοξάσω. Versio: *et clarificavi iterum et clarificabo.* — 34. ὁ ὄχλος] om. ὁ. — ὅτι δεῖ] om. ὅτι. — 35. ἐν ὑμῖν] μεθ' ὑμῶν. — μὴ σποτία] μὴ ἢ σκοτία. — 40. ἰάσωμαι] ἰάσομαι. — 43. Habet: ἤπερ, quam. — 44. ἀλλ' εἰς] ἀλλὰ εἰς. — 48. κρίνοντα] κρίναντα. — 50. οὕτω] οὕτως.

CAP. 13. 4. διέζωσεν] περιέζωσεν. — 5. τῷ λεντίῳ] om. τῷ. — 7. Ἰησοῦς] ὁ Ἰησοῦς. — σὺ οὐκ] om. σύ. — 8. ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 23. Habet: ἐκ τῶν μ. — 25. ἐπιπεσὼν δέ] ἐπιπεσὼν οὖν. — ἐκεῖνος] ἐκεῖνος οὕτως. — 27. ὁ σατανᾶς] om. ὁ. — 31. ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 38. φωνήσει] φωνήση.

CAP. 14. 3. καὶ ἐτοιμάσω] om. καί. — 4. Habet: οἴδατε καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε. — 7. Habet: ἐγνώκιτε ἄν. Versio: *cognovissetis utique.* — 11. Habet: ἐν ἐμοί. — 14. αἰτήσητε] αἰτίσητέ με. — 17. τὸ πνεῦμα] ΤΟΝ ΠΝΑ. cum lin. — μένει] MENEI. Versio: *manebit.* — ἔσται] ΕΣΤΕ. — 19. οὐκ ἐτι θεωρεῖ] οὐ θεωρεῖ. Versio: *non videbit.* — 20. κἀγὼ] καὶ ἐγώ. — 21. ὁ δὲ ἀγαπῶν με] Haec exciderunt. — 22. Habet: καὶ τί. — 23. ποιήσομεν] ποιήσωμεν. — 26. εἶπον] Versio: *dixero.* — 28. ὅτι πορεύομαι] ὅτι εἶπον πορεύομαι. — 30. Habet: ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων καὶ ἐν ἐμοὶ οὐκ ἔχει οὐδέν. — 31. οὕτω] οὕτως.

CAP. 15. 6. αὐτά] αὐτό. — Habet: εἰς τὸ πῦρ. — 7. μείνητε ἐν ἐμοί] μείνητε ἐν ἐμοὶ ἐν ἐμοί. Versio: *manseritis in me in me.* Sed prius ἐν ἐμοί linea transversa del. — αἰτήσεσθε] αἰτήσεσθαι: ut saepissime αι pro ε, et ε pro αι. — 8. Habet: γενήσεσθε. — 11. Habet: μείνη. — 14. Habet: ὅσα. — 20. τοῦ λόγου, οὐ] τοῦ λόγου μου οὐ. — 21. ταῦτα πάντα ποιήσουσιν ὑμῖν] πάντα ταῦτα ποιήσουσιν ὑμῖν. — 26. ὅταν δὲ ἔλθῃ] om. δέ.

CAP. 16. 2. προσφέρειν] ΠΡΟΣΦΕΡΗ. — 3. Ut Griesb. — ἐμέ] με. — 4. μνημονεύητε] μνημονεύετε. — 7. Habet: ἐὰν γὰρ ἐγώ. — 12. ἔτι πολλά] ἐπὶ πολλά. Versio: *super multa.* — 13. Habet: εἰς πᾶσαν τ. α. — ἀλλ' ὅσα ἄν] ΑΔΑΟΣΑΝ. — 15. Habet: λαμβάνει. —

16. Ut Griesb. — ἔγνω] ἔγνω οὖν. — 23. ἐν τῷ ὀνόματι μου, δώσει ὑμῖν] δώσει ὑμῖν ἐν τῷ ὄν. μου. — 24. λήψεσθε] ΑΗΜΨΕΣΘΑΙ. — 25. ἀλλ' ἔρχεται. — 27. ἐξῆλθον. Ἐξῆλθον] excidit alterum ἐξῆλθον. — 33. Exciderunt v. ἐν τῷ κόσμῳ θλίψιν ἔχετε. Sed verbis ἀλλὰ θαρσεῖτε sua versione destitutis superscribitur: *verum pressuram habebitis.*

CAP. 17. 1. δοξάση] δοξάσει. — 2. δέδωκας] ἔδωκας et μοχ δώσει. — 3. γινώσκωσι] γινώσκουσιν. — 11. Habet: ᾧ. — 16. Ut Griesb. — 17. ἀγίασον] πάτερ ἄγιε ἀγίασον. — ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου· ὁ λόγος] ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. Σοῦ ὁ λόγος. Versio: *In veritate tua. Tuus sermo.* Sed posterius Σοῦ punctis notatum est. — 19. Ut Griesb. — 20. Habet: πιστευόντων. Versio: *credentibus vel turis* (i. e. credituris). — 23. Habet: καὶ ἠγάπησας. — 24. ἔδωκας] δέδωκας.

CAP. 18. 1. Habet: τοῦ Κεδρών. „*torrentem Cedron.*” — 2. ὁ Ἰησοῦς] καὶ ὁ Ἰ. — 4. τὰ ἐρχόμενα] τὰ ἐπερχόμενα. — 8. ὁ Ἰησοῦς] om. ὁ. — 11. Habet: εἰς τὴν θήκην om. σου. — δέδωκε] ἔδωκεν. — 13. ἀπήγαγον αὐτόν] om. αὐτόν. — 20. ἐλάλησα] λελάληκα. Habet: ἐν συναγωγῇ. — πάντες] πάντοτε. Versio: *quo vel ubi semper vel tunc.* (Mira haec interpretatio inde orta est, quod in fine versiculi 6. paginae 384. est ΠΑΝ. initio versiculi 7. ΤΟΤΕ, super quo scriptum est: *vel tunc.* — 21. Habet: ἐπερωτᾷς. — τί ἐλάλησα] ΟΤΙ ΕΛΑΛΗΣΑ. — 24. ἀπέστειλεν] ἀπέστειλεν οὖν. — 25. ἠρνήσατο] ἠνήσατο οὖν. — 27. ὁ Πέτρος] om. ὁ. — 28. πρώτη] πρωΐ. — ἀλλ' ἵνα] om. ἵνα. — 29. Habet: εἶπε. Scilicet, ut semper in his: εἶπεν. — 32. τοῦ Ἰησοῦ] τοῦ Θεοῦ. Versio: *sermo dei.* — 33. εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν] πάλιν εἰς τὸ πρ. — 37. ὁ Ἰησοῦς] omittit ὁ. — 40. ἐκραύγασαν οὖν πάλιν] ΕΚΡΑΥΗΛΑΜΑΝΟΥ ΠΑΛΙΝ. miro errore in codice a talibus ceterum immuni; superscriptum: *clamaverunt vel ἐκραύγασαν rursus.* Quod ex multis unum est indicium eum, qui Latinam scripsit versionem, ipsum Graece scisse.

CAP. 19. 4. ἐξῆλθε] ἐξῆλθεν οὖν. — 6. Habet: σταύ-

ρωσον αὐτόν. — 7. νόμον ἡμῶν] om. ἡμῶν. — εἰαυτὸν υἱὸν
 θεοῦ ἐποίησεν] εἰαυτὸν θεοῦ υἱὸν ἐποίησεν. — 10. λέγει]
 λέγει οὖν. — 11. παραδιδούς] ΠΑΡΑΔΟΥΣ. — 12. Ha-
 bet: ἔκραζον. — Habet: εἰαυτόν. — 13. τοῦτον τὸν λόγον]
 τούτων τῶν λόγων. Versio: hos sermones. — Habet:
 Γαββαθᾱ. Latine: galbatha. — 14. ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη]
 ΩΡΑ ΗΝ ΩΣΕΙ ΤΡΙΤΗ. Versio: hora erat quasi
 tertia. — 16. Habet: ἤγαγον. — 17. Post verba βαστά-
 ζων τὸν evulsum est e Codice folium unum. Pergit
 CAP. 19. 35. ὅτι ἀληθῆ λέγει ἵνα ὑμεῖς (omisso igitur
 καὶ ante ὑμεῖς.) — 38. μετὰ δέ] om. δέ. — κεκρυμμένος]
 Sic etiam Cd.; sed versio Latina: occulte; quasi legisset
 κεκρυμμένως. — ἤλθεν οὖν] ἤλθεν δὲ οὖν. Versio: Ven-
 nit autem ergo: δέ tamen lin. notatum. — 39. Habet:
 ὡς. — 40. Habet: ἐν ὀθονίοις.

CAP. 20. 2. τὸν κύριον] τὸν κύριόν μου. — 11. πρὸς
 τὸ μνημεῖον] πρὸς τῷ μνημείῳ. — κλαίουσα ἕξω] ἕξω κλ.
 — 14. ταῦτα] καὶ ταῦτα. — 15. ἔθηκας αὐτόν] αὐτὸν
 ἔθηκας. — 16. Habet: ἐβραϊστί. — 18. ἀπαγγέλλουσα]
 ΑΝΑΓΓΕΛΟΥΣΑ (sic.) Versio: annuncians. — 19. οἱ
 μαθηταί] οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. — 20. καὶ τὴν] ΚΑΙ ΚΑΙ.
 ΤΗΝ. Versio: et et latus. — 23. Habet: ἀρίενται. —
 24. ὅτε] ΠΟΤΕ. — 26. εἶπεν] εἶπεν αὐτοῖς. — 28. ἀπε-
 κρίθη] καὶ ἀπ. — 30. τῶν μαθητῶν αὐτοῦ] om. αὐτοῦ.

CAP. 21. 1. μετὰ ταῦτα] ΜΕΤΑΥΤΑ. — 2. καὶ οἱ
 τοῦ Ζ.] καὶ τοῦ Ζ. superscr. οἱ. — 3. ἐνέβησαν] ἀνέβη-
 σαν. — 6. ἐλκύσαι] ΕΙΛΙΚΥΣΑΙ. — 11. ἐπὶ τῆς γῆς]
 εἰς τὴν γῆν. — ἰχθύων μεγάλων] μεγ. ἰχθ. — 13. ἔρχεται]
 ἔρχεται οὖν. — 15. ἀρνία] ΑΡΝΕΙΑ. — 22. Habet: σὺ
 ἀκολούθει μοι. — 25. οὐδὲ αὐτόν] ΟΥΔΑΥΤΟΝ. — βι-
 βλία] βιβλία. Ἀμήν.

ΕΤΑΙΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ.

ΓΡΑΜΜΑΤΑ. ΓΡΑΙΓΓΕΝΩΝ ΚΑΤΑ ΣΚΗΜΑΤΑ. ΣΟΦΕ

ΓΥΝΟΣΚΙΣ (sic omnia).

Cerne. labore meo. lingua pelasga patet.

Quisque velit sapiens sapientes gnoscere causas

Sensibus in sacris sentiat. artis opes.

IX. Theologis criticis reliqua tria huius codicis
 Evangelia, Psalterium Graecum antiquissimum, Fragmenta

versionis Evangeliorum Italiae, quae Ildephonsus ab interitu vindicavit, Evangeliarium Latinum Scotice scriptum et patrum ecclesiasticorum scripta examinanda erunt: nobis iam a sacris ad profana transire placet, nullo ordine servato, quo magis te delectet varietas. Ad codices antiquissimos Iustini, Solini, Hygini, Orosii, Prisciani in Monasterio custoditos et recentiores aliquot Italicos scriptorum Latinorum bibliothecae oppidanae excutiendos tempus haud suppetebat; sed quae potui pervestigare paucis nunc accipe. Patruelis meus, Io. Conradus Orellius, misere neglectum quum videret Dietyem Cretensem post corruptissimam Dacieriae editionem, quum tamen non sine causa propter miram istius antiquarii scriptoris Latinitatem multum aliquando operae in eo per occasionem illustrando atque emendando in aliorum scriptorum editionibus vel singularibus quoque in opusculis posuissent Perizonius, Burmannus, Oudendorpius, Cortius, Wopkensius, summus etiam Ruhnkenius interdum eius meminisset, novam ac meliorem eius editionem moliri decreverat; nihil tamen aliud effecit, quam ut margini Ed. Amstelaedamensis adscriberet Oudendorpii observationes per primum Appuleii volumen dispersas aliasque Burmanni in primis, collectis etiam aliquot editionibus vetustioribus, v. c. Veneta MCCCCXCIX., quibus ego addere potui principem Coloniensem sine anni nota (MCCCCLXX-MCCCCLXXV.), Cratandr. MDXXIX. et Gryphianam Lugduni MDLII. S. Galli autem duos ipse codices contuli; alterum Monasterii, originis Germanicae, Seculi IX. praestantissimum, alterum oppidanum, Italicum Sec. XIV. vel XV., quibus libri Bernensis Sec. XIII., amicissimi L. Usterii benignitate, accessit varietas. Egregiorum horum subsidiorum ope permulta in scriptore, si verba, non res, spectes haud sane contemnendo emendari posse satis iam perspexi. Nondum autem nancisci potui Iani Theocriti ab Hortis *Observationes in Q. Septimium in Hamburg. vermischter Bibliothek Bd. 3. Stück 5.*; quod opusculum si quis mihi impertierit, de toto meo incepto praecclare merebitur.

In Monasterii Codice Dictyi subiicitur Dares Phrygius ex recensione singulis fere versibus a vulgata abeunte; cuius generis alterum codicem Sec. X. Bernae exstare notum est ex Sinneri catalogo. In hoc tamen pessimo scriptore ut unquam aliter elaborem, quam ut novitatis causa lectionem Sangallensem exprimi iubeam, nulla profecto me coget necessitas. Dictys enim quum una cum Hegesippo, quem dicunt, sive Ambrosio, ac Sulpicio Severo in Sallustii praesertim imitatoribus numerandus sit aliosque antiquos sermonis Latini auctores, quibus nos nunc caremus, ante oculos habuerit, propter hoc ipsum studiis Latinorum philologorum minime indignus est; sed longe res aliter se habet in Darete illo et verbis et rebus aequae detestabili.

X. Senecae Ludi de morte Claudii Caesaris Cd. S. Gallensis Sec. X. N. 569. collatus cum Ed. Lipsii Antverpiae 1615. fol.; quae sola Sangalli praesto erat. Eas lectiones, quas e suis Cdd. recepit Ruhkopffius, asterisco signavi. — idus — *om.* Asinio - - Coss. — Nihil nec offensae nec gratiae — quaesiverit — * iuratores — in caelo aguntur — * quod viderit — occisum vidisset — certa clara — (*Habet*: tempora somni) — iussoque senescere — intellegi — idus Octob. — certam tibi — omnes poëtae — * curru Phoebus — * unam e tribus — seducit — pateris (nec *superscr. a sec. m.*) unquam tam diu cruciatus esset. — Quid huic et rei publicae invides? — errant et horam. — unquam illum — me hercules inquit — alter badae — stamine fuso — primos a carcere — * homini formosissimo — fecid illud plena manu — et ex eo desiit — quod an fecerit nescio — gaudium publicum — implicitam *a prima manu.* — πτόλις ἡδὲ τοκῆς. Claudius gaudet — minime fabro — cum illo tot — Luguduni — (*Habet*: Marci municipem) — natus est a Vienna — Luguduni — multis annis — Lugudunenses — debes. multa — ad hoc manu satis — tu: desine — Exprime — Romae sibi parem — et si qui a me — miseriarum contulerim — audirem. diem — * valde fortis licet tibi videaris, maluisses — in curiam impetum —

clausi — in illo Stoici — ab iovem qui quantum quidem in illos fuit — incesti. Silvanum — stude athenis — Romae, inquis — quod nunc Barbari — ΜΩΡΟΥΕΥΕΛΙΑ ΤΟΥΤΥΧΗΝ Tantum Iovi — Iam famam minimum fecisti — dicere sententiam — factus dictus — diespiternice pote filius — nummariolus. Hoc quaestu — ad hunc velle accessit — illi tetigit. Censet itaque in haec verba — Claudius et divum — Censeo uti divus — deus sit ita — sententiam vincere — adiebat — * sententiae suae loco dicendae — Ego, inquit, P. C. vos testes — nullum me verbum — et non possum — ornavi ut quid — itaque ad Messalae Corvini illam sententiam pudet imperii. Hic — qui vobis — quam canis adsidit — de tot ac talibus viris — referam. Nam etiam si sormea Graece — ΕΝΤΥΧΟΝ ΤΟΝ ΝΥΚΝΝΑΙΗΘ Ιστε (om. senescit) — * L. Silanum — in tua si aeuos futurus es — hoc ubi fieri — Volcano — istuc turpius — quod nescisti, quam quod occidisti. C. Caesarem — * persequi — hic et generum. C. Crassi filium — Tristionias — credet. dum tales — clarius respondi — * Appium Silanum — Magnum Pompeium et L. Silanum — uxorem suam Messalinam — vacationem dare — inter triginta dies — ad inferos a caelo. unde negant — impensa cura plane ut scires — tubicinum — omnis generis senatorum — animam habentes — revivescerent — *Omittit*: Fingite luctus — Saepe neutra — * viam tectam — compendiaria Narcissus — *Omittit*: Ille autem patrono - - - morantem impulit.] — proclivia — iacebat Cerberus velut ait Oratius belua. — *Omittit*: sese - - - excutiens.] — pusillum perturbatur sub albam — habere adsueverat — non quem velis — magna voce Claudius inquit, venit et cum plausu (om. Caesar - - Ecce extemplo -) — C. Consilius — Cotta Tettius — fecerat. Ad Messalinam — * pererebuit — Convolant primi omnium — Amphaeus Pheronactus — quos Claudius omnes — Rufium (Rufium a sec. m.) pom filius — Saturninus Lusius — generi soceri — Quomodo huc — hic stellas — nomen eius recipiat — Senatores xxx. Equites R. cc. ceteros ccxxi. — *Omittit*: Exter-

ritus - - defenderet.] — Incipit patronus velle — vetat et illum altera tantum parte — magis iniquum — dicerent sium diu laturam fecissent — *Omittit*: non unquam S. o. relevari] — ex veteribus — poenam constitui debere excogitandum illi laborem — spes sine effectu (*om. fine et*) — in servitutum. Coepit producere testes — adiudicatur C. Caesari Caesar. Illum eaco donatus Menandro — ut a cognitionibus esset (*omisso*: ei). DIVI CLAUDII. EXPLICIT. APOTHEOSIS. ANNEI. SENECAE. PERSATURAM. (*Omnia sic.*)

Iam ex hoc Codice Sangallensi, omnium, qui adhuc diligentius inspecti sunt, antiquissimo, nullus quidem ceterorum defectus expleri potest; adeoque omnes, qui ubique sunt, ex uno libro lacero iam casu vel dedita opera mutilato fluxisse novo nunc argumento demonstratur. Collato autem nostro Mss. cum editione novissima Ruhkopfi, qui undecim Cdd. usus est, hae in primis lectiones dignae visae sunt, quae in ordinem reciperentur:

Cap. I. *Nihil nec offensae nec gratiae dabitur]* pro Ruhk. *Nihil offensae nec gratiae dabitur*, et Lipsii *Nihil offensae vel gratiae dabitur.*

certa clara affero] pro Ruhk. *certa claraque a.*, aliorumque *certe clara a.* Ἀσύνδετον melius utique formularum sermonem refert: etsi, docente id Gronovio, plerumque apud scriptores additur copula *certa et clara*, *certa claraque.*

Cap. III. *seducit]* Firmat Cd. optimam Gronovii coniecturam; pro ceterorum *educit*. Sic miro casu quam idem summus criticus in *Observ.* p. 24. Lips. dedit ingeniosam, etsi vix veram, explicationem difficillimi loci Sall. *Catil.* 53, 5. *ac sicuti effeta parentum, multis tempestatibus haud sane quisquam Romae virtute magnus fuit* (nuper corrupti a Viris doctis in *effetae parentum* et *effeta parens tum*), scilicet ad v. *effeta* cogitatione supplendum esse e seqq. *virtute*, praeceperat librarius Cod. Regii 6089. Sec. XIII. scribens: *effeta virtute parentum.*

nec unquam meritum, ut tamdiu cruciaretur] Re-

cepta est ab Rhenano audax haec interpolatio ex ed. Romana (1513) et usque ad Ruhk. propagata; qui quum in Cdd. suis eandem reperisset lectionem, quam exhibet Sg. *pateris nec unquam tam diu cruciatus esset*, ex ea, falsa constructione et prorsus infeliciter, fecit: *pateris? nec unquam tam diu cruciandus esset*. Vide ne in Cdd. corruptela hoc lateat: *pateris? nec unquam tam dirus cruciatus cesset?*

Quid huic et rei publicae invides?] Sic egregie Sg. pro vulgato: *Quid huic invides?* Vestigia verae lectionis, sed misere corruptae, servant Cdd. et Ed. princeps: *Quid huic invides et respondit*. i. e. *Quid huic invides et rei publicae?*

Cap. IV. Valde suspectum de interpolatione est v. *orditur* ex uno Lipsii codice insertum in istis: *fecit et plena orditur manu et*, quum etiam Sg. cum ceteris exhibeat *fecit illud plena manu*, quod rectum puto: *fecit illud*, scil. quod Apollo iusserat, et plena quidem manu. Paulo post scribam cum Sg. *et ex eo desiit* pro *et eo desiit*.

Quod an fecerit nescio] Salsius sic Sg., quam vulg. *Quid autem fecerit, nescio*. Sententia scil. haec existit e Sg.: „An se conspurcarit nescio: omnia certe, totam rem publicam vivus conspurcavit.”

Cap. V. *πόθι τοῖ πόλις ἢ δὲ τοκῆς*; *Claudius gaudet*] Egregie Sg. pro vulg.: *πόθι τοῖ πόλις*; *Ubi haec Cl. g.* Prorsus insolita est ellipsis *ubi haec* scil. *audiit*. Corrupta autem esse haec *UBI HAEC* e Graecis, nunc manifestum est. Accedit, quod in Cd. S. Amandi *ubi haec* deerat. In seqq. pessime Ruhkopf. (deformata scil. Gronovii coniectura *utcuque etiam Iunonia monstra domuerit*;) *ut qui etiam non Iunonia monstra timuerit*. Aptius huic loco esset: *ut qui etiam nova Iunonia [vel Iunonis] monstra timuerit*.

Cap. VI. *et imposuerat Herculi homini minime vafro*] Sic edebatur e certissima Iunii emendatione pro Cdd., etiam Sg., *fabro*: prorsus apposite ad Herculis personam, qualis describitur v. c. ab Aristophane in

Ranis; quid? etiam ab Euripide in Alcesti. Sed Ruhk. reduxit immanem Ed. principis interpolationem: *et imposuerat Herculi minimo discrimine fabulam.* — Scriptura Sg. *Luguduni, Lugudunenses* ab Inscriptionibus firmatur. Paulo post recte Sg. et tres Pariss.: *illo gestu solutae manus, ad hoc cet, sine copula: et ad hoc,* quam Ruhk. cum Gronovio in *sel* mutavit.

Cap. VII. *Glossema dicit* ex ed. Romana a Ruhk. intrusum recte respuit etiam Sg.

Cap. IX. *iam fama minimum fecistis*] Sic corrupte Ruhk. Non minus corrupte Lips. 1652. *iam fama nimium fecisti.* Rhenanus acute, ut solebat: *iam fama minimum fecit.* Ecce nunc Sangallensis: *iam famam* (leg. *fama*, casu vocativo) *imum fecisti.* Hinc vide ne emendandus sit conclamatus ille locus Ciceronis *ad Attic.* 4, 7. *fabamimum* (sic Cd. Medic. e correctione pro *minimum*, et Victor. Ern. *inum*) *futurum* leg. *famam.* Paulo post praeferendae videntur lectiones Sg. *Claudius et Divum* pro *Claudius divum; uti Divus* pro *ut D.; deus sit* pro *deus fiat; sententiam vincere* pro *sententiã vincere;* ut dicitur *sponsonem vincere.*

Cap. X. *Ego, inquit, P. C., vos testes habeo*] Sic recte Sg. Vulgo omittuntur verba *Ego, inquit.*

operibus ornavi ut . . . quid dicam, P. C., non invenio] Sic optime Sg. pro languidissima vulgata: *o. ornavi. Et quid dicam* cet. Scil. post *ut* Cd. nostri, statuenda est aposiopesis sic fere cogitatione supplenda: „ut omnia ab isto homine pessumdarentur.” Memorabilis deinde est lectio *pudet imperii* pro ceterorum: *praecidit ius imperii:* etsi haud facile explicatu est, cur aut verba tam plana *pudet imperii* ex oratione Messalae fuerint repetenda tamquam flosculus aliquis insignis eloquentiae, aut corrupta sint in longe minus vulgaria. Itaque *pudet imperii* correxisse videtur librarius, quum ductus exemplaris sui haud expediret. Recte deinde Sp. *qui vobis* pro *qui nobis.* Postea rursus foeda est corruptela reducta a Ruhkopffio: *de tot actibus iuris;* equidem ego acquiescam in Sg.: *de tot ac talibus viris* a Claudio

videlicet occisis. In fine capitis Sg. recte: *hoc ubi fieri solet?*, quum vulgo omittatur *ubi*.

Cap. XII. *et impensa cura, plane ut scires*] Etiam haec lectio Sg. praefenda videtur vulgatae: *et impensa cura plenum, ut scires*; nam et elegans est inversio ista *plane ut scires*, quum langueat simplex *ut scires*; nec satis recte dici videtur *funus impensâ curâ plenum pro funere impensâ curâ facto*, quum contra ablativus ita poni posse videatur, *funus formosissimum et impensâ curâ* scil. celebratum. In seqq. sane Rhenani coni. *aeneatorum* pro *senatorum* et Schefferi *concentus* pro *conventus*, licet a nullis adhuc Cdd. firmatae, tamen optimae sunt.

Cap. XIII. *Antecesserat iam compendiaria Narcissus*] Sic Sg. omisso v. *via* post *compendiaria*; quo voc. sane facile caremus, quum praecedat *viam tectam*.

et magna voce, Claudius, inquit, venit] Sic Sg.; quum vulgo paene soloece legatur: *Et magna inquit voce: Claudius Caesar venit*. Voc. *Caesar* tamen retinendum erit. Paulo post elegantius Sg.: *Convolant primi omnium liberti* quam vulgo: *convolarunt primum omnium liberti*.

Cap. XIV. *postulat nomen eius recipiat*] Sic egregie Sg. pro vulg. *recipi*.

Erant qui dicerent, si uni Dii laturam fecissent cet.] Haec foede corrupta: nec melius Sg.: *dicerent sium diu laturam fecissent*: ex quo tamen, totius loci tenore sic iubente, in suspicionem adductus sum ita fere scripsisse Senecam: *Erant, qui dicerent, Tityum iam diu vultures pavisse, Tantalum siti periturum, nisi illi succurreretur, non unquam Sisyphon onere relevari* (hoc membrum a Sg. omissum tamen interpolatori vix debetur;) *aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminandam*. Rectum autem in hac sententia esse verbum *pavisse*, nemo negabit, collato Ovidii *A. A.* 3, 35. *Quantum in te, Theseu, volucres Ariadna marinas Pavit, in ignoto sola relicta loco*. et de Tityo ipso Tibull. *Lib.* 1, 3, 75. *Porrectusque novem Tityus per iugera*

*terrae Assiduas atro viscere pascit aves. Maxime
tun memorabilis et, ut mihi quidem videtur, vera est
lectio Sg.: Placuit novam poenam constitui debere,
excogitandum illi laborem irritum: pro vulg.: Placuit
novam poenam excogitari debere, instituendum illi la-
borem irritum.*

XI. Vetustus est error Codicis Florentini, quo usus est Elmenhorstius, tum a Beroaldo prolatus propagatus-que a multis, etiam, quod mirere, a summo Scaligero ac Rutgersio, versibus iambicis conscriptum esse proeemium Asini aurei Appuleiani. Recte istud somnium explosum est post alios, v. c. Becichemum et Bernardum Philomathem Pisanum, ab Oudendorpio, qui primum in Iuntina priore eiusmodi versiculos deprehendit, „contra codicum, ut ait, auctoritatem”, quum tamen Florentinus ille Elmenhorstii et in contextu, si recte intelligo illius annotationem, versus exhibeat et in scholio adiuncto eorum ratio explicetur. Ecce nunc in viginti quinque, si diis placet, iambicos versus exordium istud distributum reperi etiam in Cd. Bibliothecae oppidi S. Galli C. 13. Italico, chartaceo, Seculi XV. exeuntis, ita scilicet:

*At ego tibi sermone isto Milesio
Varias fabulas conseram auresque tuas
Benevolas lepido susurro permulceam:
Modo si papyron Aegyptiam argutia
Nilotici calami inscriptam non spreveris 5
Inspicere et figuras fortunasque hominum
In alias imagines conversas et in
Se rursus mutuo nexu refectas ut
Mireris, exordior. Quis ille? Paucis.
Hymettos Attica et Isthmos Ephyrea 10
Et Taenaros Spartica, glebae felices
Aeternum libris felicioribus
Conditae, mea vetus prosapia est.
Ibi linguam Atthidem primis pueritiae
Stipendiis merui: mox in urbe Latia 15
Advena studiorum Quiritum indigenum
Sermonem aerummabili labore, nullo
Magistro praeunte, aggressus excolui.*

*En ecce praefamur veniam, si quid
Exotici atque forensis sermonis rudis* 20
*Locutor offendero. Iam haec quidem ipsa
Vocis immutatio desultoriae
Scientiae stilo, quem accessimus,
Respondet. Fabulam Graecanicam incipimus:
Lector intende, laetaberis.* 25

Sane error iste debetur Grammatico alicui Italo Sec. XIV. vel XV.

Hac autem occasione oblata enumerabo reliquos Codices Sangallenses oppidanos a me inspectos:

T. Livii historiarum decades tres. Vol. tria. Nicolaus de Salveldia MCCCCXLII. absolvit Patavii. Valeas qui legis. Fol. membr. P. 4—3. Codex pulcherrimus.

Senecae Tragoediae. Fol. membr. script. MCCCXCIII. a Georgio Niciensi, „discit dum iura Papie.” P. 4.

Virgilius. Fol. membr. Sec. XV. P. 5.

Virgilius. 4. membr. Sec. XV. P. 6.

Virgilius. 8. Scriptus iussu et impensa Io. Camerarii Dalburgii per Io. Nicolai de Confluentia. Paduae a. domini MCCCCLXXVII. membr. nitidissimus. P. 7.

(Ab omnibus his tribus Virgilii Cdd. absunt Catalecta, Ciris, Culex cet.)

Iuvenalis Sec. XIV. 4. membr. P. 8.

Aemilius Probus (*Cornelius Nepos*) de excellentibus ducibus. Oratio Gregorii Corrarii Veneti Romanae Ecclesiae Protonotarii ad Sigismundum Romanorum imperatorem pro concilio Basileensi. 4. membr. Sec. XV. P. 9. Cd. nitidissimus.

Horatius cum excerptis e scholiis Acronis. 4. membr. Sec. XI. P. 10. Codex dignus, qui conferatur.

M. Tullius Cicero de inventione Lib. II. Ad Herennium Lib. IV. A. M. S. Boëthii Viri Cons. et Ill. de topicis differentiis Lib. III. 4. membr. Sec. XII. vel XIII. P. 11.

Ἡσιόδου ἔργα καὶ ἡμέραι. 4. membr. Sec. XV. P. 12.

M. Tullii Ciceronis Verrinae (de quo Cd. supra diximus.) 4. P. 13.

Diety's Cretensis fol. membr. Sec. XV. (ut mihi videbatur, Haenelio est Sec. XII.; sed profecto falsus est V. D.) P. 44. Initio haec leguntur: „Iste liber est meus Marchus Franchus.”

Caesaris de bello Gallico Lib. VIII. et de bello civili Lib. III. membr. Fol. Sec. XV. Italicus, pulcherimus. B. 41. Unicus hic videtur Caesaris codex per Helvetiam reperiendus et ne is quidem magni momenti critici; nullus certe quum exstet nec Turici nec Einsiedlae nec Basileae nec Bernae, cui rei publicae Gravisetus quidam donavit plerosque Bongarsii codices; ceteri Lugdunum Batavorum devenerunt, in his etiam Caesaris Mss. Nullam ergo gratiam referre queo Elberlingio tuo, qui iamiam praeclare meritis de summo illo scriptore maiora etiam aliquando praestabit: gratias ut meo nomine ei agas ob donatas mihi egregias illas Observationes criticas etiam atque etiam rogo.

Arator in Actus Apostolorum. 4. membr. Sec. XII. C. 45.

Liber Palladii de Agricultura. 4. membr. Sec. XIV. C. 48.

XIII. Cdd. Monasterii S. Galli 864. 862. Sec. IX. continent Servii Commentarium ad Aeneidos Lib. 6-12. Priora volumina iam dudum deperdita sunt. Primum scil. illud videtur fuisse P. Burmanni, litera B. insignitum, „quod olim fuit Abbatiae S. Galli et complectebatur Servii Scholia in Eclogas et Georgica.” Alterum, quod ubi nunc sit ignoratur, continuisse videtur Scholia in Aeneidos libros sex priores. Speciminis causa contuli Lib. VII. v. 647. ad finem cum editione Lionis.

Cd. S. Galli: — si sacrilegus et contemptor deorum contra — nam ablepsiam — invenis. quorum hic nullam fecit commemorationem. Tyrrhenus *cet.* — eius filius. — fugisse. Tale enim aliquid Stadius posuit: Vel — (*Habet: aucta*) — Turnus dederat — de Cere. — perit. post quam patrium repetere se sperarat imperium. *Patriis.* — et occisus est et sepultus — ingentem populi — (*Habet: susceptos*) — quem Avente — Aventinum appl-

laverunt — varias has — postea secutos — est dictus — (*Habet: VIII* fuisse) — *Omittit: Quomodo centum* - - interim crescebant. — dicendo Aventinum — inlicite — sacerdote. Alibi — MIXTA. Micthisa Graece — Sed secundum — Laurentini territorium fuit — Gerion rex — ideo ternis membris — (*Habet: Ebuso*) — Ob hoc fingitur etiam — *Omittit: Hunc Gerionem* - - ossibus ferat. — sicut Anchisae. Unde apparet usurpasse Sallustium qui dixit Gerionis. — sui triumphi — ex quo Pompei — iuxta Bailas — (*Habet: caulam* - - eam) — qui locus Boaulia dictus est olim. nam hodie bauloe vocatur — A thirintha — ut gese — sarisae — dolon est — dum equos — humero torquens — venerant fratres — (*Habet: vel Tiburnus*) — Hi quidem diversas fecere civitates, unam tamen pariter condiderunt et eam Tibur de fratris maioris nomine nuncuparunt. Nunc ergo — dimisso ad civitatis custodiam Tiburno vel Tibure — mons cauli — catelli vocant — *Omittit* iuxta Tibur. — CORAS. cuius nomine civitas — eos fuisse significat — defectus: cedit silva. cedunt et virgulta fragore. cum utique a minore — (*Habet: ex parte*) — scripsit plenissime — diligenter possit agnosci — (*Habet: accepi*) — (*Habet: et cum*) — ut Ennius. Nate auspiciis illa i. r. (*sic:*) — debemus. quia antiquitas ipsa creavit errorem. Et plerique augent — efferre — factum est. Nam legimus *Laurentis* — fratre Lavinium — *Omittit: Item a Latino Laurentum* — ibi habundant. Illic erant — fratres in eodem luco qui divi — ante focum — resiliens — enixa est — abiecitque virgines — quia haud longe a fonte erat — Vulcani filium esse dixerunt — minoribus oculis — quam rem fumi plerumque facit acrimonia. Hic — et cum ludorum die vicinos — filium se — filium comprobaret — (*Habet: coetus*) — commoti populi vicini simul — Hinc ait Virgilius *omnis* — in spectaculis curiosa fuit — *Omittit: Altum Praeneste* - - montibus locatum — Dicimus enim — *Omittit: ut: Quique* - - aciem Praeneste — Gavi. populi diu — Unde *arva* — (*Habet: locus*) — fluvius et urbi proximus hic Virgilius eufoniam secutus

Anienem dixit. Nam — (Habet *hernae*) — Quorum quidam dux magnus — in saxosis — Unde loca Hernica dicta sunt et populi Hernici. — eius nomine in agnia (*sic: sed nomine linea transversa deletum.*) — ut sit antiptosis — *Omittit*: vicinus civitati - - agros irrigat. — dicit galeum — est pugnantis — tectum esse congruum fuerat — calciamentum — unde isti transierant, ubi hoc calciamenti fuerat genus. — filius dictus est — quia nusquam — Ennius se commemorat originem — Domitorem — *Om.*: quod fuit - - Athenarum — Fescennium *a prima manu; a sec.* Fescenninum. — ab Ath. ducunt originem — (*Habet*: Halesus) — mutata. h. in. f. Falisci nominantur. Sic febris — Hormiae fuerant — dicit Faliscos quia — X. viris inde multa iura fetialia — accepit. quos habuerat. Nam — habuerunt — *arces*. Mons apud Arpinos (*Habet*: de quo Horatius - Soracte.) — deiecisse dicitur vectem ferreum rogatus sustulit (*mediis omissis.*) — LVCOSQ. CAPENOS. Vnde et (*mediis omissis*) — (*Habet*: Camenas) — ordinem. Hinc est saepe numero scripsi. hoc est ordine congruenter. Sicut decebat. racionabiliter. — sed nihil — pro aëre — arundo. Vnde nubes pro aëre accipiamus positas — Caystrum dicit — Caystri. Nam brevis est. Provinciam Asiam quando dicimus ut — (*Habet*: rauciores vocantur.) *Omittit*: Est autem - - *z. τ. λ.* — Sabinorum rex — susceptus partem urbis ad habitandum accepit — Claudia tribus — Nam post raptum Sabinorum (*sic*) et facta foedera inter Romulum et Sabinorum ducem Titum Tatium recepti — excepto in suffragii lationem. Nam magistratibus (*sic*) — Titi et Romuli — et Sabini a Romulo Romani vocati sunt — Haec Trebia dicta est postea — Tribulam dicimus apud quam Hannibal — Lucanus Cannarum — persona sua — etiam in sexto — lacus est iuxta — Rosolanus — a quodam consule in Narem vel Nartem fluvium — herbarum quin etiam suae provinciae transtulit (*mediis omissis*) — (*Habet*: mons in Sabinis) — Nomen proprium est montis — Himellae: Himella — sed Farfarus — in contentionibus — historiam per —

CLASSES. Ordines. equites. quia classes — Unde et tubam eorum classicam (*sic*) — quas quinque fuisse legimus saepius. — xv. Kal. Aug. deleto post triduum urbem vaserunt (*sic a pr. m. i. e. invaserunt: a sec. manu: vastaverunt*) excepto Capitolio. Sane Alia dicitur. cui propter metri necessitatem unam. l. addidit, ut Allia diceretur, sicut reliquias. Vnde apparet bene dixisse Lucanum Quas Aliae clades. — viii. Kal. IAN. — trahere. H. D. frugum provincia. HINC (*mediis omissis.*) — Agamemnonis plerique nothum — auditoque — (*Habet: a Perpenna*) — fluvius iuxta — (*Habet: Osci*) — *Omittit: Nam - - serpens.* — (*Habet: acuminibus quibusdam*) — ad dominos reverti — Putantur — quod flagello — est arpen — Lucanus. Arpen — Sebe-
thridis. Hoc autem — Telon — patris — imperio — quos Telon — *Omittit: quidam - - - nominatas.* — (*Habet: a Sarno*) *Omittit: Conon in - - - Nuceriam condiderunt.* — *Om.: sunt a S. condita.* — CELEMNE. locus Campaniae est. Celemne — unde nunc Bella — *Omittit: Alii idem a Virgilio - - - ora iugo.* — Alii volunt accipi moenia Abellae. ut sit sinalipha cum legimus moenia Abellae — *Omittit: Quidam hanc - - Abellanos dictos.* — *Omittit: Cateiam quidam - - - hastae dicuntur.* — (*Habet: id est, raptim sublatus*) — Aequiculam gentem — *Omittit: qualitate — quia venabantur. Qui habebant — Omittit: [scilicet] — Hii ergo — Anguiciam — autem Marsorum superscr. a sec. m. isti — comptus frondibus festae — (Habet: [autem]) — nocens — ut spargere — sic modulator. LIQVIDI — (Habet: etiam alii) — *Omittit: priore uxore — Pasifae — superduxit Hippolyto — de stupro illam — Ille hoc est Theseus Aegeum focam in litore. qua — Omittit: ab inferis — est medicinae — annis armenta — Aricia — cognomine — nomen (sic) est coniunctum — Atis — dixit — matre progenitus — (Habet: Tauros) — qui Pean — Peon — qui etiam fata — SOLVS. Solis — quod dicitur quibusdam artibus posse hominum *cet.* — ut solum — *Omittit: Aevum; aevum - - Sol tangitur —***

et ponit — agitur — (*Habet: corpore*) — iunguntur — quod tamen tunc observatur — ergo *Tam* — Io mutavit — Aristodis filium — diu vexata — in Isin mutata est — *Omittit: sua* - - - faciebat. — non tantum eius sed (*id est: Ius.*) — Densentur vero. denseo — quondam Corybantem — (*Habet: Ardeatum*) — *Omittit: Ver* sacrum autem - - - immolatueros. — zonam eius — quum antea — ostendit scutum militare quo — (*Habet: amplam*) — erant scuta depicta. Contra — Vnde parmaque — Nam consecratus est — *Omittit: Cum* ripae - - - pulsant. — qui Anxirus — Anxires dicta — fortuitu — alii Asturam legunt — oppidum est Satura et eius cognominis — verbis expositum sit flumen — postularunt — flores dicunt — Lucretius. florebat — *Omittit: quod* ei - - Fidis equo? — ARISTAS. Primas spicae partes. dictas ab eo quod primae arescant. — postea arma — si sic dictum accipimus — sexus miratur uterque — stupore quodam amore patefacto — Cretenses sagittas. — *Omittit: quia* hac - - - solent. — iacit trabeam —.

Vel ex parvo hoc specimine complura videbis corrigi posse in Servio, qualem nunc habemus. Quamquam autem longe emendatiorem exspectamus a Philippo Wagnero, vellem tamen conferri ab eo potuissent et haec duo volumina Sangallensia et quae Bernae exstant ad eam rem subsidia, curae in primis secundae Petri Danielis.

XIV. In Cd. Sangallensi N. 868. membranaceo Saeculi XII. formae octuplicatae, tam minutis et ex parte evanidis literis scripto, ut sine microscopii ope vix legi possit, inest commentarius nondum editus in Horatii eclogas omnes.

Non sine labore haec qualiacunque specimina istius curae excerpserim:

SERM. Lib. 2., 3. 4. *Sic raro*] Haec satira solet vocari generalis reprehensio, eo quod Horatius hic non unum vitium tantum, sed diversa vitia reprehendere intendat: loquitur vero hic secundum Stoicam sectam: dicens videlicet quoslibet vitiosos, insanos; quod dicendo Stoici,

licet in aliis pluribus indiscrete disputarent, non videntur in hac parte errare: si vero aliquis pro vitiato cerebro iudicatur insanus, multo plus pro vitiato animo insanus videtur vocandus. Et quia in hac parte doctrina Stoici non a veritate dissidet, hic cum eo consentit; sed quia haec doctrina ad Stoicum pertinet, non ipse Horatius in persona sua hic agit, sed Stoicum quendam Damasippum loquentem inducit: qui vitiosos insanire per ordinem ostendit. Ostendit vero in primis per personam Horatius segnes poëtas et promittentes, sed nihil explentes, insanire. Postea per personam Damasippi ostenditur ipse Stoicus insanus. Et hac partim ex responsione Horatii, partim ex verbis ipsius Damasippi, post mercator in persona eiusdem Damasippi ostenditur insanus: post avarus; post nimis largus; post alii vitiosi et sic incipit Damasippus de segni poëta: *Sic raro scribis*] id est, *segnis es cet.*

EPIST. 1, 18, 1. *Si bene te novi*] Nimis asperos reprehendit per Lollium; qui Lollius dum cavere vellet, ne esset vel videretur adulator, cecidit in contrarium vitium, quod nunquam allocutus est amicum suum nisi aspere, reprehendendo etiam illa, quae nullo modo essent reprehendenda, quum tamen in pluribus et magnis vitiis ipse implicitus esset, quae ipse post notabit. Et sic incipit: *O Lolli liberrime*: hic nota totam intentionem. Ille enim dicitur nimis liber, qui non horret etiam bonos reprehendere. Si ego bene novi te, quod constat; tu professus te amicum alicuius, metues praebere non tantum adulatorem, sed etiam speciem, id est, similitudinem scurrantis et adulatoris, in quo, quasi dicit, bene facis, quia adulator est comparabilis meretrici; verus vero amicus matronae: quod sic dicit: amicus distabit infido scurrae, id est adulatori, ut, id est, sicut erit matrona dispar in quantitate meretrici: non enim tot oscula et tot blandimenta dat matrona, quot meretrix: atque etiam in illis quae facit est discolor in qualitate: quod lascivius osculatur et magis deliciose meretrix quam matrona: verum matrona plus diligit, quam meretrix: licet in gestu

non tantum laboret. Ita verus amicus non tantum laudat, quam adulator; tamen plus amat, quam adulator. *Est huic*] De isto vitio, videlicet, adulatione caves: et bene facis; sed est quoddam aliud vitium diversum huic vitio prope maius *cet.* — —

IBID. v. 35. *Pascit a. n.*] Id est auget per lucrum. *Ad immun*] id est ad ultimum erit Threx i. e. venientes de Thracia pauperes erant Romae facientes turpia officia, purgantes cloacas, ut Britones laudum agunt. *Aut aget*] i. e. ducet gaballum olitoris i. e. illius mercatoris, qui foetentes merces affert, sicut allecia, salem. Et est ab oleo, oles. *cet.* —

Iam ex mira ista doctrina, quae in explicatione et *Threcis* et *olitoris* sese prodit, probe perspicis, optime Madvigi, originem huiusce commentarii vix excedere ipsius codicis aetatem; adeo, ut scholas continere videatur Seculo XI. vel XII. in ipso S. Galli monasterio a professore aliquo poëticae artis habitas: indignas certe, quae a quoquam magno cum oculorum detrimento e tenebris, quibus haud immerito nunc obrutae sunt, aliquando protrahantur. Vix enim insunt in iis antiquae doctrinae et scholiastis melioribus, nunc deperditis, reliquiae. Contra magno opere laetor inventum tandem esse Virum doctissimum et accuratissimum, Ferd. Hauthalium, qui collatis permultis Cdd. emendandos sibi proposuerit Aeronem et Porphyrium, quorum exacta et tractabilis editio iam dudum aegre caruimus.

Cum hoc viro mihi peramico communicabo accuratum apographum integri Cd. Monacensis Porphyrii Sec. X., quod mihi ante aliquot annos paravi: et ex quo, aliquo iam examine instituto, permulta in illo Scholiasta corrigi atque etiam, quae passim exciderunt, posse suppleri probe intellexi.

XV. Adeo nihil usquam esse absoluti atque perfecti, ut etiam quae optima viderentur et ex parte reapse essent perbona, novis tamen semper curis indigerent, tristi experimento rursus edocuit me Scholiastes Iuvenalis a Cramero V. Cl. Hamburgi MDCCCXXIII. editus.

Magno enim opere dolendum est editorem et doctissimum et ingeniosissimum misere deceptum esse ab imperito illo Sangallensi scriba, nunc fato functo, qui ei Codicem N. 870. membranaceum, formae quadruplicatae minoris, paginarum CCCXXVI. Sec. X. vel XI. ineuntis integrum transcripsit. Tot nimirum homo indoctus errores commisit, quibus nunc utilitas editionis Hamburgensis ceteroqui praeclarae admodum imminuitur, ut operae pretium me facturum censuerim, toto codice denuo, quam fieri potuit, accuratissime ad illam exigendo. Sed ne quis exaggerari a me rem iniquiusque iudicium ferri putet, necessarium duxi hic tibi exscribere, quae in interpretatione primae dumtaxat satirae vitia a Buergio admissa enotarim.

Cramerī PAG. 20. „Sg. *eo tempore*.”] Lege: „Sg. *ea temporea*: super lit. *a* vocab. *ea* a sec. manu superscripta litera *o*, ut sit *eo*; et item a sec. manu in voc. *temporea* lit. *a* puncto notata ut delenda.”

„et *erat* pro *etiam*”] Lege: „et *erant* pro *etiam*. Lit. *n* in verbo *erant* a sec. manu puncto notata.”

„et deinde pro *histriones* habet *striones*” cet.] Lege: „a prima manu habet sic: *plustriones* uno vocabulo: a secunda manu *s* superscriptum, ut sit *plusstriones* uno vocabulo.”

* (*quasi carptum se per figuras*] Sg. a prima manu: *quasi carptum se perfigurans*; a sec. lit. *n* puncto notata. Recte autem in hac Latinitate *se perfigurans* i. e. *se significans*.

PAG. 21. vers. 10. Sg. sic habet a prima m.: *Nota marginem feminino genere dicit. Ovidius masc.* cum lin. A sec. manu verbo *Nota* superscr.: *ndu* cum lineola.

IBID. v. 18. *communicata cum eodem consilia*] Sg. habet: *communicata* (vitiose) *cum eodem consilio*.

qui adulteram puniens matrem] „Dele *qui*.” Cramer. Potius verba aliquot exciderunt post *matrem*.

est in Appia] „Sg. *Appiam*.” Cramer. Verum Sg. clare habet, ut vulgata: *est in Appia, in quo*.

aut in quo Ilia] „Sg. abest, in.” Cramer. Immo Sg. clare habet: *aut in quo Ilia*.

* PAG. 23. vers. 4. *facultatem]* Sg. recte: *facultatum*. Praeterea sic: *magnarum Romae postea facultatum*.

PAG. 25. vers. 16. *delationem metuebant]* „Ante *metuebant* Schrevelius inserit *ita*.” Cramer. Immo etiam Sg.: *delationem ita metuebant*; et recte quidem.

IBID. v. 18. „Post *Latinus*, Schrev. insert *mimus*.” Cramer. Immo etiam Sg. *Latinus mimus*.

* PAG. 26. v. 5. *non profuit]* Sg. *non proficit*.

PAG. 27. v. 11. *Heracleas. Aut columnas]* Sg. sic: *Heracleas, Herculis aut col*.

PAG. 28. v. 20. Accuratius sic Cd. Sg.: „*Qui bona donavit praesepibus]* Propter equos hoc dixit.

Et caret] Neronem tangit.

IBID. v. 23. Lectio Sg. sic distinguenda: *Satyrice: nam habitu cet*.

IBID. v. 26. Sg. sic: *lectica enim faciente cet*.

IBID. v. 29. *In his rebus citatur]* Sg. sic: *In his rebus ccitat'*, cum lineola super cc.

PAG. 29. v. 1. *capiens]* Sg. sane vitiose: *sapiens*.

IBID. v. 5. *venenum dixit]* Sg. v. *dicit*.

IBID. v. 6. *rubetam]* *A rana est]* Sg. rectius sic: *rubeta rana est*.

IBID. ad versum 74. Sg. sic: *Lucusta quaedam fuit in Galliis matrona venefica, quam Nero exhibuit* (a sec. m. h superscr.) - - *quam etiam in familiaritate sua habuit - in satura*.

PAG. 31. v. 11. *Cluvienus delerus poëta]* Sic quidem Sg.; sed de ortum videtur ex *id e*. vel *i. e*. (*id est*); ut scripserit Scholiasta: *Cluvienus, id est, levis poëta*.

IBID. v. 25. Sg. haec omnia sic habet: *alea quando In ellimsin dicit hoc. Hos animos enlipsis subauditur habuit*. Sed verba *In ellimsin dicit hoc* in rasura sunt scripta.

PAG. 32. v. 5. „Sg. rectius *et tesseras*.” Cramer.]

Sg. habet clare: *praebet tesseras, non praebet et tesseras.*

PAG. 33. v. 5. Haec omnia Sg. sic exhibet: *Sed libertinus. Arguit homines qui propter libidinem libertatem meruerunt: qui in libertinorum corpus tribus (sic) relati sunt qui cum hereditatem meruerint. pertusis auribus signa libertinorum celare non possunt. Natus. Messepotameni homines effrenatae libidinis sunt in utroque sexu. Salustius meminit.*

PAG. 34. v. 17. *aurum atque ambitio sum]* „Erade illud *sum.*” Cramer. Sg. sic: *aurum atque ambitiosu* (cum lin. super lit. *u*) *specimen virtutis*; unde legerim: *aurum atque ambitio sunt sp.*; etsi sunt a Scholiasta additum videtur Lucilii verbis.

IBID. v. 25. *alienus nobilis est, tu pauper]* Sg. sic: *alienus nobilis esset pauper.*

PAG. 39. v. 26. *quietori sufferunt]* Sg. sic: *quieton-sufferunt*; id est, ni fallor: *quin etiam sufferunt.*

PAG. 40. v. 1. *totas]* Sg. *totos.*

PAG. 41. v. 2. *magno in pretio]* Sg. *in m. pretio.*

IBID. v. 6. *si in conviviis aper]* Sg. *si in convivio cuiusdam aper.*

IBID. v. 24. *a Bincio]* Sg. *ab incio.*

PAG. 42. v. 4. Sg. sic: *cum studiose equos aleret quadrigarios.*

IBID. v. 19. Sg. *et sic ignem admoveri: non et sic ad i. a.*

PAG. 44. v. 29. *exstructis]* Sg. *structis.*

PAG. 45. v. 20. *tarde poenitet]* Sg. *tandem poenitet.*

Exstat in bibliotheca Universitatis Basileensis in codice chartaceo Sec. XV. formae quadruplicatae F. VIII. 5. commentarius nondum editus in Iuvenalem, cuius hoc habeto specimen:

SAT. XI. v. 181. „*Sed nunc. Carpit eum, quia fenerator erat. Negotiis tui fenoris soles esse intentus, sed hodie averte, id est, exclude illa, ut laetus nunc sis convivio. et gratam. Grata est requies, quod curas expellit. quando pro quandoquidem. licebit cessare, id*

est, vacare voluptati. Nam dies natalicius est. *per totam diem*. Antiqui usque ad nonam horam de commodo rei publicae disputare solebant in Capitolio, et illa pars diei dies integer dicebatur. Unde Horatius *nec partem solido demere de die*. Prohibitum autem erat meretrices a lupanaribus prodire, ne iuvenes ad Capitolium venientes detinerentur. A nona vero in antris licebat voluptati vacare et prodibant meretrices, unde dictae sunt nonariae. Unde Persius: *Si cynico petulans vellat nonaria barbam*. In nataliciis autem licebat voluptati vacare." — Vides miram istam narrationem de nonariis petitam esse e Persii scholiaste ad Sat. I, 133. *Si cynico barbam petulans nonaria vellat*. Ceterum non tam antiquus videtur iste commentarius, quam e scholis alicuius professoris Italici Sec. XIV. vel XV. exceptus; diversus autem est a Mancinelli, Calderini, Vallae, Britannici similibus curis.

Eiusdem autem generis cum Basileensi Scholiaste Iuvenalis est Bernensis N. 233. fol. chartac. Sec. XV., ut constat e Sinneri Catalogo I. p. 501. Paulo antiquior Scholiastes, prorsus tamen diversus a Sangallensi et Pithoeano, est in Cd. olim P. Danielis, nunc Bernensi N. 61. A. membr. Sec. XI. et rursus N. 666. 8. membr. Sec. XII. Adeo autem minutis atque evanidis literis scriptus est uterque codex in membrana fulvum paene colorem referente, ut hodie non magis legi possit quam Scholiastes Horatii Sangallensis: praeterea non sunt nisi folia undecim in Cd. 61. A., duodecim in N. 666.

Commentarius in Satiram VII. sic incipit: *Et spes*] Divites, qui poëtas mendicare (*sic*) patiebantur et ipsos poëtas ob immensam multitudinem redarguit, ab ipso incipiens. — *Aganippe*] convallis Heliconis. *Clio* ponitur pro poëta. *Machaerae* id est, macellarum. *Alchinoen bachi* (*sic*) illius (vilis?) poëtae cet. — Oculis meis consulturus plura excerpere nolui. Alia huius Scholiastae specimina habes apud Sinnerum pag. 500. Rursus autem diversus a Scholiasta Bernensi est Vindobonensis Cd. pial. CCCXXCVII., cuius excerpta dedit Cramerus in *Chro-*

nicis domesticis pag. 209. seqq. Verbi causa pro iis, quae ibi pag. 214. satis copiose traduntur de *coliphis*, Bernensis haec pauca habet ad Sat. 2, 53. „*Coliphia* genus panis azymi, unde athletae pascebantur, ut essent robustiores”; quae rursus differre vides a Pithoeanis.

Uterque autem commentarius et Sangallensis in Horatium et iste, qui fuit P. Danielis, in Iuvenalem satis demonstrat seculis etiam barbaris, nono puta usque ad undecimum, assidue scholas in utrumque poëtam habitas esse, in Gallia praesertim, ac fortasse in ipso monasterio S. Galli; similibus enim glossis, a Pithoeanis diversis, sed aequae inutilibus, ac Bernenses sunt, refertam vidi marginem Cd. Iuvenalis Sangallensis Sec. IX., quem excussi una cum altero oppidano, tertio Lassbergii, duobus insuper Basileensibus ac Turicensi.

XVI. Minime te fugit, quam contemptim locutus sit Buhle in *Arateis* Vol. 2. p. VIII. et p. 479. de antiquo illo scriptore mythologo, quem vulgo Caesaris Germanici Scholiasten nuncupant, etsi poëtae verba nusquam explicat, doctrinas dumtaxat astronomicas ac fabulas ad sphaeram spectantes enarrat. Nec sine iure aliquo, praecedente ex parte Grotio, qui eundem ab *Arateis* suis exclusit, barbarum eum vocat atque corruptissimum parumque dignum, cuius emendationi quisquam unquam vacet. Attamen, quod ad postremum hoc iudicium attinet, philologum paullo aliter, ni fallor, iudicare decet de tenuioribus etiam antiquitatis reliquiis; — quae secula post sextum protulerunt, nunc nil moror — nam, ut in ipsa sermonis ruditate subsistam, nonne discere inde licet, quomodo paullatim depravata sit lingua Latina et ad interitum perducta? Equidem ego dum attentius lego et Iuvenalis et hunc Germanici Scholiasten et similia, tantum abest, ut irascar hominibus innoxii suaeque aetatis sermone utentibus, ut saepe haud exiguam delectationem capiam ex istis veluti exspirantis Latinitatis ultimis vocibus ac simul nascentis Italicae linguae, mihi in primis carae, primordiis. Praeterea video scriptorem illum, quarti, ut opinor, seculi, habuisse etiam tunc libros,

quibus aegre nos caremus, in primis Nigidii Figuli scripta; nec enim dolo malo usum puto, quum toties huiusce viri sententias et narrationes, a Rutgersio eius Fragmentis insertas, suum in commentarium retulit. Quid? quod omnino haud multum postponendum comperi simillimae Hygini curae. Rectissimum igitur consilium secutus Schaubächius, V. Cl., tum ex illis Nicolai Heinsii excerptis vetustissimi Cd. Leidensis ceterisque P. Burmanni schedis, de quibus verba fecit Buhle l. l., tum e propria coniectura hunc libellum accurate emendavit; quae cura publica luce sane perquam digna nunc custoditur in bibliotheca universitatis Lipsiensis a meque diligenter inspecta est tum, quum emendarem Ciceronis Aratea. Restant tamen alia quaedam subsidia, quibus futurus editor neglecti scriptoris commode sane A. van Staveren Mythologis aliquando addendi vix poterit carere; nam et ex editione principe a Victore Pisano Venetiis MCCCCLXXXVIII. curata, quae apud me est, nonnulla vidi in melius restitui posse ab Aldo sequentibusque editoribus corrupta, et in duobus Cdd. antiquissimis Sangallensibus, altero N. 902. post Dositheum grammaticum nondum editum, altero N. 250., in quo subiicitur Hygini poëticon astronomicon librorum IV. optimum exemplar, inest huius ipsius opusculi Epitome (cum hoc indice: ARATUS) ab homine Christiano in suarum scholarum usum composita. Exordia singulorum capitum is plerumque servavit, sed quae sequuntur misere fere sunt decurtata, adeo ut saepe numero ne verborum quidem sententia sibi constet. Magnam autem curam in id insumpsit homo insulsus, ut identidem discipulis inculcaret fictas a gentilibus poëtis esse fabulas de sideribus, veluti: Cap. 13. de Asinis: haec addit in fine capitis: „*Talis quippe exstitit gentilium socordia, qui deos suos non propriis armis nec viribus, sed asinorum rugitibus (sic) adeptos fuisse opinabantur victoriam.* Cap. 20. *Equus praeterea, quem quidam poëtarum falsissime arbitrantur in astra conlocatum esse.* Cap. 42. *Qui corvus ideo secundum gentilium deliramenta inter astra sedem promeruisse*

dicitur. — Codex quidem Leidensis sive Heinsii ipse quoque in permultis ab ita „Commento” cum Germanici Arateis in Sicilia reperto et a Pisano, patricio Veneto, primum edito; ita ut pro diversa eiusdem libelli recensione habendus sit. Alius Codex Basileensis memoratus Haenelio frustra nuper quaesitus est ab amicissimo Gerlachio. Diversarum autem istarum recensioneum specimina haec habeto:

Editio princeps et
Buhlii.

Cap. 7. Haec corona dicitur esse Ariadnes, quam Liber astris intulisse dicitur, dum eius nuptias dii in insula Creta celebrarent, cogitans praeclaram facere, pro qua primum nova nupta coronata est. Sed qui Creticam (*Cretica Buhle:*) conscripsit, refert, quia quum Liber ad Minoem regem venisset, ut Ariadnem filiam eius duceret uxorem, coronam donum (*dono Buhle:*) Ariadnae dedisse Vulcani opere factam ex auro et gemmis pretiosis, et talis fulgoris fuit, ut Thesea ex Labyrintho liberaret; quae post astris affixa est, quum in Naxos utrique venissent. Signum amoris eius crines ostendunt, et est stellis fulgentibus sub cauda Leonis. *cet.*

Recensio Schau-
bachii.

Haec corona dicitur esse Ariadnes, quam Liber astris intulisse dicitur, dum eius nuptias dii¹ in insula Dia² celebrarent, cogitans praeclaram facere, [pro] qua primum nova nupta coronata est, (quam acceperat ab Horis ac Venere³. Sed qui Cretica conscripsit, refert, [quia], quum Liber ad Minoem regem venisset, ut Ariadnem, filiam eius, duceret uxorem, coronam dono⁴ Ariadnae dedisse Vulcani opere factam⁵ ex auro et gemmis pretiosis⁶. [Et] talis fulgoris fuit⁷, ut Thesea ex Labyrintho liberaret, quae post astris affixa est, quum in Naxos utrique venissent. Signum amoris eius (et) crines ostendunt, qui fulgent sub cauda Leonis⁸. *cet.*

Codices
Sangallenses.

Coronam ideo inter astra conlocatam ferunt, quod a Vulcano facta auro et gemmis pretiosis ornata Ariadna (*sic*), filiae Minois regis, in munere apud Creten insulam donata fuerit, quum a Dionysio, qui et pater Liber, etiam Bacchus dicitur, nuberetur. Aiunt quoque et crines ipsius esse stellas, quae videntur sub cauda Leonis. *cet.*

1) *divi* Heinsii Cd. 2) ex Heinsii Cd. — *Creta* vulgo.
3) Haec ex Heinsii codice addidit Schaubach. 4) *donum*

Heinsii Cd. 5) *confectam* id. 6) omittit *pretiosis* id. 7) *gemmis*. Ab eodem dono dicitur *Thesea ex Labyrintho liberasse; tali fulgore fuit* id. 8) Sic Schaubach coniectura. — *esse et crinem eius, qui fulget* Heinsii Cd.

Editio princeps,
Buhlii et Schaubachii recensio.

Codex Heinsii.

Codices
Sangallenses.

Cap. 8. OPHIUCHUS. Hic est Serpentarius, qui super Scorpionem stat, tenens utraque manu serpentem: qui¹ ab astrologis dicitur fuisse Aesculapius filius Apollinis, qui quum² medicinae arte uteretur, mortuos fertur suscitasse. Quamobrem iratus in eum Iovis³, domum eius cum⁴ ipso fulminis ictu percussit. Rogatu autem Apollinis patris Iupiter ei arte sua rursus post obitum defuncto⁵ animam restituisse ad vitam⁶ et inter astra constituisse putatur.

Hic est qui super Scorpionem stat, tenens duabus manibus anguem, qui esse dicitur Asclepius, rogatu Apollinis patris ab Iove astris illatum, qui ab eo fulmine erat interfectus, quod esset indignatus Iupiter, eum arte sua rursus post obitum defunctis animas restituere ad vitam.

Ceterum Serpentarius, qui super Scorpionem constitutus est, tenens utraque manu serpentem ab Astrologis dicitur fuisse Asclepius. Quidam medicina arte uteretur, mortuos fertur suscitasse. Quamobrem iratus in eum Iovis, domum eius fulminis ictu percussit. Ipsum vero Apolloni (*sic*) donasse et inter astra constituisse putatur.

1) v. *qui* Schaubach []. 2) Abest *quum* ab Ed. principe. 3) Sic Editio princeps. *Iupiter* Buhle, Schaubach. 4) Sic Ed. princ. Schaubach. Omittit *cum* Buhle. 5) v. *defuncto* Schaubach []. 6) v. *ad vitam* Schaubach [].

Sangallensis autem Arati brevior etiam exstat epitome in Cd. olim Sangallensi nunc Turicensi Statii Thebaidos Sex. X. C. 62. 282.: quae in Capp. illis sic habet:

Corona a Vulcano factam auro et gemmis paratam Ariatne (*sic*) filiae Minois fertur datam regis in Creta, quum a Dionisio (*sic*) qui et Liber pater nuberetur, et ideo posita est inter astra. Serpentarius, qui dicitur fuisse Asclepius medicus dum arte sua mortuos suscitaret, Iovis domum eius fulmine percussit; ipse autem Apollini datus inter astra est locatus. —

Sequentes locos e Turic.excerpto propter Virgiliano-
rum mentionem; sic in *Inscriptt. meis Latinis* N. 1179.
SILVANO CAELESTI || Q. GLITIVS FELIX || VER-
GILIANVS POETA || D. D.

„Virgo, ut Hesiodus dicit, filia erat Iovis et Dianae,
et vocabatur Iusta; nonnulli eam aiunt esse Cererem;
quidam vero Fortunam, eo quod sine capite pingitur:
Virgiliani aliter.”

„Arietem ad ministrandum dicunt Frixae et Helli (*sic*)
concessum a nubibus; transfretando autem eas, Hellen
in mare proiecit; unde dicitur Hellespontus. Neptunus
vero salvavit eam; quae genuit ei puerum Poonem (*sic*).
Frixus autem praefatum salvavit arietem; auream eius
pellem accipiens, ante quam inter astra procederet: Vir-
giliani aliter sentiunt.” Quasi ista esset secta quaedam.

XVII. Fragmenta Cd. Virgilii Sangallensis seculi
quarti vel quinti literis uncialibus scripti.

AENEIDOS I. v. 381 — 418.

v. 383. Ed. Iahn. convulsae :	Codex: CONVOLSAE
387. haud	HAVT
„ coelestibus	CAELESTIBVS
388. Vitales	VITALIS
389. Atque	ADQVE
393. laetantes	LAETANTIS
394. lapsa	LABSA
395. coelo	CAELO
398. cinxere	CINCXERE
401. dirige	DERIGE
407. toties	TOTIENS
411. gradientes-sepsit	GRADIENTIS-SAEPSIT
412. multo	MVLTVM
414. caussas	CAVSAS

AEN. I. v. 685 — 721.

685 et 687. quum	CVM
686. regales	REGALIS
687. atque	ADQVE
692. Irrigat	INRIGAT

v. 695. Ed. Iahn. Iamque :	Codex : IAMQ.
700. stratoque	STRATOQ. (sic ubique.)
701. <i>Habet:</i>	DANTMANIBVSFAMVLI
706. <i>Habet:</i>	ONERANT - - PONVNT
710. flagrantisque	FLAGRANTISQ.
716. implevit	INPLEVIT
719. At memor	ACMEMOR
721. tentat	TEMPTAT

AEN. III. v. 191 — 226.

193. coelum	CAELVM (sic semper.)
194. mihi	MI superscr. HI.
195. hiememque	HIEMQVE
199. abruptis	ABRVPTI
203. soles	SOLIS
204. noctes	(<i>evanidum</i>)
206. montes	MONTIS
207. remis insurgimus	REMISINSINSVRGIMVS
haud	HAVT
210. Accipiunt	EXCIPIVNT
211. Celaeno	CAELENO. Sed A super- scr. litt. LE.
212. Phineia	PINEIA
213. metu	METVS
214. haud	HAVT
222. Irruimus	INRVIMVS
224. toros	TORO <i>prima manus.</i>
225. lapsu	LABSV

AEN. III. v. 457 — 530.

461. quae	QVE (superscr. A.)
463. quae	QVE
465. naves	(sic etiam Cd.)
466. Dodonaeosque	DODONEOSQVE
468. comantes	COMANTIS
474. multo	MVLTOS. <i>sed correctum.</i>
482. moesta supremo	MAESTA SVPRAEMO
483. subtemine	SVBTEGMINE. Sed G lineola notatum.

v. 492. Ed. Iahn. affabar:	Codex: ADFABAR
499. fuerit	FVERIS
504. faciemus	FACIAMVS
515 et 518. coclo	CAELO

AEN. IV. v. 4 — 36.

6. Postera Phochea	POSTEA PHEBEA. O ta- men superscr. litt. HE. An <i>Postera</i> correctum sit, nunc discerni non potest.
8. unanimam alloquitur	sic Cd. (non <i>unanimem</i> .) ADLOQVITVR
28. sibi	SIVI

AEN. VI. v. 688 — 705.

694. quid	QVIT
Post v. 695. miro errore legitur v. 678. <i>Desuper</i> , in quo DEIN pro <i>dehinc</i> .	
696. limina	LVMINA: sed correctum.
700. brachia	BRACCHIA
704. silvis	SILVAE

GEORG. IV. v. 345 — 362.

346. Vulcani	VOLCANI
347. Aque	ADQVE
348. fusis	FVSI
349. aures	AVRIS
354. Obstupuere	OBSTIPVERE
357. percussa	(sic Cd.)
360. At	AD

GEORG. IV. v. 559 — 566.

559. cultu	CVLTVS
563. Virgilium	VERGILIVM
566. te	TV.

Haec folia maxime propter antiquiorem scripturae rationem, quae sane multa habet, qualia a Virgilio ipso exarata esse videntur, contuli cum accuratissima inter recentiores editione. Ceterum ex hoc quoque specimine

vides, Madvigi, quot quantaque mendae irreperint vel in antiquissimos codices seculorum quarti et quinti, in quibus scriptura seculi Augustei mire iam permixta invenitur cum quotidianis illius aetatis, qua ipsi conscripti sunt, erroribus. Propter hanc maxime causam, equidem etiam in posterum servabo eam scribendi rationem, quae per manus nobis tradita est inde a Manutiis, Stephanis, ac plerisque Sec. XVI. philologis, nil magni me lucratum ratus e scriptura partim antiqua, partim, ut Persii vocabulo utar, *semipagana* Palimpsestorum Maii et similia Cdd., quam nunc nonnulli cum omnibus suis vitiis imitantur. Nam, si nobis in ista ratione constare volumus, illico cum his Sangallensibus fragmentis scribamus necesse est: *haut, adque, cincxere, derige, supraemo, Phebea, sivi, quit, braccia* cet. — Ceterum miro casu factum est, ut etiam a paucis istis reliquiis Cd. Sangallensis vindicarentur ultimi Georgicon versus, temere a nonnullis in *νοθήϊας* suspicionem adducti. Quando autem, mi Madvigi, videbimus Virgilii poëmata ex sanis criticae legibus ad codices vera auctoritate praeditos exacta? *An manet nostros ea cura nepotes?*

XVIII. Quum in bibliotheca publica Bernensium inter multa illa, quibus ornata est, *κειμήλια* philologica asserventur etiam Petri Danielis Curae secundae in Pseudoplauti Querolum, operae pretium me facturum arbitratus sum, si religiose iis usus, veterem hanc comoediam, postremum a Philippo Pareo nec nimis bene tractatam, exinde autem prorsus neglectam accuratius nunc emendarem. Est autem haec fabula memorabile omnino monumentum infelicium illorum temporum, quae proxime praecesserunt funestissimum Romanae literaturae naufragium: et, quod maius est, in suo genere unicum, quum ea ex aetate nihil praeterea supersit, quod ad veteris comoediae Latinae imitationem referri possit: ac vel propterea digna videbatur, in quam aliquot horas subsecivas insumerem.

De scriptore quidem ipso nihil prorsus constat; nam quod Codices adhuc noti Plauti nomen prae se ferunt,

Palatinus autem Querolum cum ipsius Plauti fabulis coniunxit, eodemque nomine utuntur mediae quam dicunt aetatis scriptores nobis mox memorandi, nemo iam cum Barthio *Advers.* 44, 13. de Plauto aliquo iuniore cogitabit, quod ipsum parum esse probabile significarat iam Daniel: sed ex eo dumtaxat ortum videtur, quod scriptor in prologo Aululariam suam dicit *investigatam Plauti per vestigia*. Ambiguus autem istis verbis hoc tantum, nisi magno opere fallor, significaturus erat, se genus Plautinum universum imitari conatum esse, nequam vero aliquam Plauti ipsius fabulam vel certe Plauto aliquando tribui solitam, nunc autem deperditam, a se in solutam orationem esse translata. Quod quidem fieri potuisse quis denegabit? Immo mirum fuerit, si nemo unquam in eiusmodi consilium incidere, collatis iis, quae de Gordiano narrat Iulius Capitolinus (*Cap.* 3.): *Adolescens quum esset Gordianus - - poemata scripsit, quae omnia exstant et cuncta illa quae Cicero ex Demetrio et Arato et Alcyonas et Uxorium et Nilum; quae quidem ad hoc scripsit, ut Ciceronis poemata nimis antiqua viderentur*. Quod si enim nimis antiqua tunc videbantur etiam Ciceronis poemata, cur non optime sese meritum de suis aequalibus aliquis credere poterat, qui Plautum aliumve comicum veterem veluti renovasset? At vero si Querolum ipsum spectes, hanc opinionem statim reiiciendam esse facile mecum fatebere; nulla fere enim vetus Comoedia praeter *Captivos* v. e. quum sine amoribus constet, ab hac nostra prorsus sunt exclusi; et tamen festive sane induci poterat amica aliqua Queroli aut meretrix Mandrogerontem vel adiutura in praestigiis, quibus utitur, vel callide etiam delusura. Nec propter castitatem talibus illecebris abstinuisse censendus est noster, ut Aligerino vocabulo utar, *semipoëta* *), quum Pantomali sermoni subobscena nonnulla immiscere minime sit veritus; sed reliqua illa pudicitia inde tantummodo orta est, quod quomodo amoribus exhilararet ar-

*) Sic Dantes Aligerius vocavit Henricum Septimellensem.

gumentum fabulae haud reperiebat. Quod argumentum etsi non omni caret festivitate, tamen adeo exile est ac tenue, ut haud paucis degressionibus molestisque interdum nugis opus fuerit, ne nimis cito tota comoedia finiretur, ante quam iustum nacta esset ambitum. Neque vero imitatus est personas et iocos Plautinos praeter perquam paucos, veluti *Aululariae* Plautinae I, 2, 21. *atque etiam hoc praedico tibi, si Bona Fortuna veniat, ne intromiseris*: quin potius Terentiana nonnulla et Tulliana quoque inseruit; in sermone etiam minime fuit antiquarius*), quemadmodum v. c. Q. Septimius et Pseudohegesippus sive Ambrosius; verum in plerisque, nisi ubi numerorum causa, quos sectatur, poëticis interdum vocabulis atque inversionibus utitur, vulgarem sive potius plebeiam suae aetatis consuetudinem retinuit, propter quod ipsum saepe nos admonuit eius Latinitatis, qua utique longe artificiosius a Petronio exposita est Trimalchionis coena. Ceterum haud raro in hoc Querolo inveniuntur loci, qui quamquam extra corruptelam positi videntur, adeo ambiguos atque obscuros sensus prae se ferunt, ut negari nequeat omnem eius rei culpam inesse in rudi et inaequali ipsius scriptoris stilo, quum tamen alia passim insint vere faceta et lepida.

Iam quod ad poëticos istos numeros attinet, apparet eos consulto quaesitos esse, ita, ut initio praesertim iambici versus similitudinem aliquam frequenter effingeret; unde factum est, ut Petrus Daniel in *Curis* secundis haec annotarit: „Haec praefatio ad Rutilium et, qui postea sequitur scriptoris ad populum prologus in sua metra et numeros distinguendus erat. Etsi enim *clodo pede*, id est, oratione soluta reliqua scripsit hic noster Plautus, haec tamen, quod puto et quod olfacere mihi videor, scripsit certa metri ratione; sunt enim senarii.” Barthius quoque *Advers.* 4, 17. eam ob rem ludicrum Sergii

*) Quod genere neutro e Cdd. testimonio alicubi habet *thesaurum*, i., id ipsum haustum videri potest ex Plauti *Aulul. Prologo* v. 8 et 12. cfr. Goelleri Editionem.

Polensis testamentum cum Querolo comparat; neque prorsus abhorrent ab inficeto hoc genere Panegyricorum Latinorum aliquot et complures Appuleii loci v. c. exordium Asini aurei. Verum cito ipse scriptor his numeris defatigatus in sequentibus scenis longe rarius ad eos relabitur; adeo ut sub ipsum finem nullum iam eorum exstet vestigium. Fieri autem posse video, ut transponendo, addendo, demendo, immutando vocabula pleraeque scenae in varii generis versus iambicos, trochaicos, bacchiacos, omnes inter se sine ordine permixtos redigi possint, ita tamen, ut magna ac vix tolerabilis licentia in permultis sit concedenda. Verum quam maxime improbable est ea aetate, qua haec fabula composita est, quempiam aut voluisse talia scribere aliis versibus quam senariis iambicis, quum paullatim invaluisset mira opinio Quintiliani I, 4, 99. plus gratiae habituras fuisse Terentii comoedias, si intra versus trimetros stetissent; aut etiam potuisse: immo hoc ipsum, potuisse tum eiusmodi artem exerceri tali in argumento pernego. Neque vero opponantur mihi Pervigilium Veneris ac metra aliquot Boëthii similia: quae et per se brevem habent ambitum et generis sunt lyrici.

Id quoque in dubitationem venit, utrum Christianus fuerit Queroli scriptor, an gentilis. Ad illud levissimam sane ob rationem propendebat Barthius *Advers.* 44, 13. verbis innitens praefationis: *Hinc ergo quid in vero sit, qui solus novit, noverit;* quasi vero a gentili scriptore haec de deo dici nequiverint. Mihi potius ipsa illa, in qua multus est, sacerdotum, mystagogorum, aedituorum derisio eiusmodi videtur, ut ad gentilem referri debeat eaque tempora tangat, quibus etiam tunc vigeat deorum cultus. Quae quum ita sint, quumque totus sermonis habitus nihil omnino prae se ferat, cuius exempla non possint afferri vel e coena Trimalchionis vel e scriptoribus secundi tertiique post Christum seculi, Tertulliano in primis ac Scriptoribus Historiae Augustae, non est cur cum Daniele propter unam illam Rutilii mentionem (quem is, nullo certo argumento allato, Numatianum,

Itinerarii scriptorem fuisse rebatur) ad Theodosiana tempora hanc fabulam detrudamus, quum, nisi omnia me fallunt, aliquanto sit antiquior, tertiique potius quam quarti seculi, vel certe seculi quarti ineuntis; nec propterea quod in Prologo se Graecorum disciplinae ait ore narrare *barbaro*, Gallum eum rite fecerimus; si quidem in istis satis, fateor, inscite imitatus est illud: *Plautus vertit barbare*. Id autem prorsus omni fundamento destitutum erat, quod Pareus aliquando Querolum nostrum tribuit Gildae Sapienti, qui floruit intra annos Christi CCCCXCIII. — DLXV. scripsitque *de excidio Britanniae librum querulum*, novissime editum a Gallandio Tom. XII. p. 191. seqq. Ipse autem Pareus a Reinesio admonitus Querolum nostrum minime tribui posse Gildae, suam opinionem ipse postea improbavit. (Vide Reinesii Epist. xxxix. ad Bosium p. 175. laudante Fabricio in *Bibl. Lat.* ed. Ernestii Vol. 4. pag. 30.) Queruli tamen nomen, quo usus erat etiam Gildas, advertit iam P. Danielelem, ut video ex eius *Curis secundis*, prima statim pagina, ubi e veteri Codice haec exscripsit: „*Incipit praefatio Beati Gildasii in libro de gestis Britanniae: Deus in adiutorium cet.* In fine sic legitur: *Explicit prologus. Incipit liber Queruli Beati Gildasii de miseris et praevaricationibus ex excidio Britanniae: Britannia in extremo fere orbis limite, cet.*” Merus item est error, quod Fuhrmannus (*Handbuch der class. Lit.* 3, pag. 62.) nostro scriptori LEPIDI nomen tribuit. Scil. exstat alia comoedia soluta oratione conscripta: *Lepidi Comici veteris Philodoxios ex antiquitate eruta ab Aldo Manuccio. Lucae. MDCXXXCIIX.* 8. de qua vide omnino Renouard *Annales de l'imprimerie des Aldes sec. Ed.* Vol. 2. p. 156. Iam vero ex Alberti de Eyb *Margarita poetica* Romae 1475. fol. 259 b. satis liquido de eius scriptore constat. Scil. „*Nunc aliquas, inquit, item extraordinarias Comoedias et quidem numero tres prosequendas ex ordine duxi: et in primis Philodoxios, quae est Caroli Aretini, sese offert comoedia admodum iocundissima.*” De Carolo autem Marsup-

pinio Aretino cfr. Tiraboschi *Storia della lett. Ital.* Tom. 6. p. 1593. *Ed. di Milano.*

Iam magno cum plausu exceptum esse frequenterque lectitatum praecipue ob falsum illud Plauti nomen Querolum variis ex testimoniis constat, quorum pleraque collegit iam P. Daniel. Sunt autem haec: I. Pseudoservius P. Danielis ad Virgilii Aen. 3, 226. Plautus in Querulo de anseribus: *Cuncti alas quatiunt diris cum clangoribus.* II. Liutprandus Ticinensis *Lib. 1. Cap. 3.* pag. 426. *ed. Muratorii*, locum affert Queroli, tacito tamen scriptoris nomine, quasi sua ipsius essent verba. III. Ioannes Saresberiensis in *Polieratico Lib. 2. C. 25.* p. 119. *Ed. Lugd. Bat.* alium locum affert sub Plauti nomine. IV. Circa idem tempus (a. 1180) Vitalis Blesensis totum Querolum carmine elegiaco expressit, ut item Amphitryonem Plauti; cuius Amphitryonis nondum editi atque in deperditis habiti a Scriptoribus *Hist. literat. Gallicae.* Vol. 15. p. 131. duo exstant Codices in bibliotheca Bernensi. V. Vincentius Bellovacensis in *Speculo historiali Lib. 6, 55.*, ubi de Plauto loquitur, haec habet: „*De omnibus autem Plauti comoediis ex illa sola, quae dicitur Aulularia (scilicet nostra s. Querolus) pauca morales et breves sententias excerptas hic inserui;* unde rite colliges hanc unam fabulam, quam vere Plautinam putabat, Vincentio praesto fuisse, ceteras etiam tunc ignotas. VI. Ex iisdem rursus sententiis a Vincentio excerptis potius quam ex Querolo ipso nonnullas selegit Landulphus Sagax de Columna in *Breviario historiali.* Pictavii 1479. 4. (Ebert *Lexicon bibliogr.* N. 1470. 2.) VII. Pauciores etiam quam Landulphus ex eodem Vincentii fonte dedit Albertus de Eyb in *Margarita poëtica* Romae 1475. fol. 206 b. Iam praecipuum subsidium, quod mihi subministravit bibliotheca Bernensis, fuit volumen miro modo quinque exemplaria principis editionis complexum, cuius index hic est:

QUEROLUS, || ANTIQUA COMOEDIA, || NUNQUAM ANTEHAC EDITA, || quae in vetusto codice manuscripto || PLAUTI AULULARIA inscribitur. ||

Nunc primum a PETRO DANIELE Aurelio || luce donata, et notis illustrata. || Ad illustriss. amplissimum-que Cardi-||nalem Odonem Castilionaeum. PARISIIS, || Ex officina Rob. Steph. Typographi Regii || MDLXIII || CUM PRIVILEGIO REGIS. 8.

Quinti exemplaris indicem propria manu sic immutavit Daniel: QUEROLUS - - - Castilionaeum. Editio secunda || Antverpiae || Ex officina Christophori Plantini || CICIOLXVI || CUM PRIVILEGIO. (Haec tamen nunquam prodiit.) Per quattuor exemplaria insunt annotationes atque emendationes utriusque Danielis, Petri et Francisci, item Scaligeri et Danaei; ita tamen omnia sese habent, ut ad perfectionem perducta nondum sint neque publici iuris facienda.

In eo autem exemplari, quod tertium locum in volumine Bernensi occupat, nullae sunt Danielis partes; sed Bongarsius in margine, nullis tamen additis iudiciis, accurate, ut videtur, enotavit varietatem Codicis Pithoeani; quo nunc primum mihi uti licuit ad constituendam Queroli lectionem. Danielis vero praefatio adiunctis in margine inferiore curis secundis ita se habet:

DE AUCTORE DISSERTATIO P. DANIELIS.

„De auctore huius comoediae, cur ea Plauti nomen praeferat, quo tempore conscripta sit, paucis disquirendum est. Accium quidem Plautum non esse, facile stilus arguit, et aperte profitetur auctor ipse in prologo, ubi hanc comoediam per vestigia Plauti investigatam esse ait. Verum fieri potest, ut auctori nomen Plauto vel Plautio fuerit, nec adulterina sit inscriptio: quomodo antea plerosque fefellit saepe communis error ex nominum similitudine atque affinitate natus. Magis tamen puto, Accii Plauti veteris comici nomen esse atque ab imperitis librariis adiunctum, aut ab ipso auctore adoptatum propter argumenti studiique comici similitudinem, vel per parodiam *). Sic enim incerti cuiusdam auctoris

*) „nisi mavis parodiam ad exemplar Aululariae Plautinae efflictum.” Daniel in Curis sec.

Solinum imitantis opus nondum evulgatum penes me habeo, cui pro indice Solini polyhistoris nomen praescriptum est. Nemo vero ignorat, quod A. Gellius et Macrobius admonent, Plauti comici fabulas incertas et ambiguas semper fuisse. Unde facile est suspicari, hanc ipsam ei potius quam alii cuiquam adscriptam esse, quum praesertim dubitatio audendi facultatem, atque etiam auctori reticendi sui nominis occasionem daret. Vero enim simile est, quisquis tandem auctor ille fuerit*), quoniam totam pene fabulam versu satyrico scripserat, ne invidiam sibi pareret, nomen suum alieno supposito non adscripsisse. De tempore nihil adeo certi adferri potest. Quod si coniecturis locus est: Theodosii**) temporibus aut proximis scriptam, duabus de causis arbitror: primum, quod stilum Theodosiani seculi maxime redolet: deinde quod ad RUTILIUM inscripta est, si modo is sit Rutilius, quem seculo Theodosii fuisse constat, ut de illo optime coniecere mihi videor. Sed ut hae sunt coniecturae dumtaxat, quae temporis suffragio fortasse confirmari poterunt, sic in iis probandis minus laborandum esse duxi. Non erit autem supervacuum ea hic adiiicere, quibus et antiquam fabulam, et apud antiquos commendabilem fuisse ostendemus. Refert enim huius locum Ioannes Saresburiensis***) Anglus lib. 2. Polieratici, sive de nugis Curialium et vestigiis Philosophorum c. 25., auctor mea sententia non aspernandus, qui ante annos prope quingentos fuit. Praeterea eiusdem fit mentio in vetustissimo libro glossarum, quem mihi una cum hac comedia suppeditavit amplissima Sancti Benedicti Floriacensis ad Ligerem bibliotheca, quod olim celeberrimum et primum totius Galliae collegium fuit. Denique non ita pridem incidi in quoddam vetustum fragmentum ex Compendiensium Franciscanorum coenobio, atque etiam nuperrime in antiquissimum codicem manu exaratum

*) »Gallus, ut puto." Daniel in Curis sec.

**) »Theodosii vel potius Constantini." Id.

***) »Salisberiensis." Id.

S. Victoris Parisiensis^{*)}), in quibus plurimas sententias huius fabulae excerptas et in unum collectas repperi, atque haec omnia sub Plauti nomine in Aulularia. Pottiussem et multa eiusmodi fragmenta huius fabulae praecipue ex codicibus manuscriptis petere, si mihi diligentius investigandi liberum fuisset otium. Ceterum haec studio- sis, quibus otii plus est, ut in eo se exerceant, disqui- renda relinquimus. Iis autem viam sternimus, animos augemus, atque id sedulo peragendum etiam atque etiam rogamus.”

Haec omnia singulis verbis ita scripseram, quum im- proviso necessitas orta est haec subiungendi.

Nihil scilicet quum negligendum censuissem, quod ad tam mirum scriptum emendandum pertineret, optimum amicum Ferdinandum Hauthalium Lutetiam profecturum rogaveram, ut si forte fortuna Queroli codices ibi repe- risset, eos in usum meum conferendos curaret; atque is, ut promptissimus semper est ad amicorum optata explenda, precum mearum minime oblitus iamiam acceperat a V. C. Carolo Benedicto Hase, quem honoris causa no- mino, Codicem Regium 8424. A. (olim Colbertinum 3352. itidemque, antiquato nunc numero, Reg. 40210. 3.) Seculi X. atque in eo erat, ut collationem inciperet, quum ecce alter meus amicus doctissimus, Ludovicus de Sinner cum eo communicat *Querolum sive Aululariam incerti auctoris comoediam togatam. Recensuit et illustravit S. C. Klinkhamer. Amstelodami MDCCCXXXIX.* nondum mihi visam: unde illico omne editionis a me pa- randae consilium abiiciendum erat. Sufficit enim, opinor, ut singulis seculis semel comoedia ista repetatur. Haud quaquam vero aegre id passus, virum, ut amici Parisiis mihi scribunt, perdoctum et acutum me hac in re levioris sane momenti praevertisse, nolui tamen committere, ut meus qualiscunque apparatus prorsus periret; quapropter hac occasione oblata, etsi Klinkhameri cura etiamnunc

^{*)} „cui *Deflorata ex bonis auctoribus* titulus inest; item Lutetiae in collegio Sancti Gervasii.” Id.

destitutus, ea, quae adhuc collegi, hic exhibere decrevi: urgent enim operae neque exspectare possum, donec illa Amstelodamo Turicnm usque advehatur. Ita futurus aliquis editor utriusque nostrum *κατορθώματα* coniunget novisque augebit, alterius utrius errores sapienter devitabit.

Notae autem, quibus brevitatis causa usus sum, hunc habent significatum:

1. = Editio P. Danielis princeps ad Danielis codicem, paucis emendationibus exceptis, fideliter expressa.
2. = Cod. Pithoei a Bongarsio collatus.
3. = Cod. Palatinus sive Camerarii ex testimoniis Rittershusii et Gruteri.
4. = Editio Rittershusii: Heidelbergae, Commelinus 1595. 8. (Pleraque annotationes sunt Danielis, suppresso tamen eius nomine, ita ut dumtaxat e comparatione editionis principis cum hac colligi possit, quid cuiusque proprium sit.)
5. = Editio Philippi Parei: Francofurti 1644. 8.
6. = Editio Pisaurensis in Collectione Pis. omnium poëmatum Tom. IV. p. 201. seqq. Pauca habet haec discrepantia in ordine maxime verborum a Parei recensione, quam tamen sequi se profitetur editor. Haec unde invecta sint, nescio.

Cd. S. Vict. = Excerptae sententiae in Codice S. Victoris.

Cd. G. = Excerpta similia Cod. Gervasiani.

PRAEFATIO. honore] Ante hoc v. Daniel suspicatus est inserendum esse *me*. Melius Barthius *Advers.* 44, 13. pro *putas* legit *putans*. — et honore 2. || illa rerum] ∞ *illa curarum* Rittersh. susp. Contra disputat Barthius l. 1. || manebit] Sic 2. 3. — *manebat* 4. 4. Nonnemini in mentem venit: *hinc manabit*. || sumpsimus materiam] Sic 4. = *mat. sumps.* 2. 4. || Sed quantum hoc] — *Sectandum hoc* Barthii susp. l. 1. || quid in] — *quod in* 3. || urnam] = *ornam* 4. ubique. || superinfusis] Sic 3. 5. — *insuper infusis* 4. 4. || navem] — *navim* 2. || defodit] Sic 2. prob. Dan. — *fodit* 4. 4. 5. — *domi infodit* Barthii susp. l. 1. || Oblitus dolo] Sic 3. — *o. doli* 4. 4. ∞ *oblitus dolis* 5. ex Ritt. susp. *obsitus dolis*.

Barthius *Adv.* 44, 13. sic legit ac distinguit: *senex ostendit oblitus doli. Parasitus cet. || navem] = navim 2. || et puram facit] Gloss. videbatur Ritt. Recte defendit Grut., ut sit: „vacuam fecit.” — et puteum facit Barthius *Adv.* 38, 9. mirâ coni. || decipitur dolo] Sic 1. — *dolo decip. nescio unde 4. 5. — dolo decipi ratur Barth. l. l. || credidit] ∞ credit de Rittersh. susp. 5. Contra Dan. volebat: putavit. || propulit] de Dan. susp. 5. — protulit 1. 4. — proculit Grut. susp. || explosa] Sic 1. 4. ∞ displosa de Rittersh. coni. 5. || perdidit; quum perisset, reddidit] Haec corrupta. ∞ prodidit, quum reperisset, perdidit Dan. susp. Praeterea in Curis sec. affert amici suspp. vel: prodidit; quum perdidisset, reddidit; vel: prodidit; quum reddidisset, perdidit. || quidquid retulerit] Sic 1. 4. qu. a re tulerit 3. — qu. autem retulerit de Rittersh. coni. 5. || violati] de Dan. 6. 4. 5. — violator 1. 3. || Exitus ergo] — om. ergo 4. || atque merito] — om. haec vv. 2. || Tuo] — tui Cd. Dan. || illustri] Sic dedi de Dan. coni. — illustris 1. 4. 5. Ceterum ingeniosa est Barthii suspic. *Adv.* 44, 14.: *vir illustris; ut vir absorptum sit a syllaba praeced. ur. || incolumis] = incolomis 2. ||***

PROLOGUS. Prologus] — *Poëta 3. || vos sp.] Sic 2. 5. prob. Dan. — vobis 1. 4. ∞ a vobis 3. || noster] Dan. susp. 5. — nostros 1. 4. — nostras Barthius *Adv.* 30, 9. vetusta] — *vetustas 6. || inhumana voce] ∞ inhumana vice Barthii susp. ∞ inhumanam vicem Dan. susp. || at rudem] Dan. susp. 5. — ac r. 1. 4. || investigatam] — *investigatam et inventam 2. || Fabella] — Fabula 2. || atque e contr.] Dan. susp. 5. — atque contr. 1. 4. || ipse exponet] — ille exponat 3. || Querolus an] — *Sed an Querolus an 2. || vestrum hinc] — nostrum h. 5. || in agona] Sic scripsi. — in agendum 1. 4. — ad agendum Rittersh. susp. — ad agona de Melissi coni. 5.****

ACTUS I. SCENA I. ultro] Dan. susp. 5. — *ultra 1. 4. || bonis] de Grut. susp. 5. — nobis 1. 4. — vobis Ritt. susp. || seriemque] = atque seriem 3. || huius Queroli] Sic 1. 4. = Queroli huius 5. || male] de Ritt.*

susp. 5. — *malae* 1. 4. || creditum] — *proditum* 6. || Praedam qui] — *Pr. quoi* Barthius *Adv.* 30, 9. || totumque reddet, qui parte contentus non fuit] Sic 2. — *totumque reddet, partem contentus fuit* 1. 4. — *totum qui reddit, parte incontentus fuit* 5. (*incontentus* proposuit Gruterus. — *totumque reddet, parte ni contentus fuat* Barthius *Adv.* 30, 9.) || scientiam] ∞ *sententiam* 5. || Fortunam clamitat] Fortasse *inclamitat*. || Et quid] Fortasse *Ecquid*. || ego nunc] om. *nunc* 2. || subito hinc] Sic 1. = *hinc subito* 4. 5. || hamigerum] cum Grut. 5. — *amigerum* 3. *armigerum* 1. (in Emendd. correctum *amigerum*.) 4.

ACTUS I. SCENA II. nunc tibi] 1. 4. = *tibi nunc* 3. 5. || Ecce - - Salve Querole] Exciderunt haec e 5. Tum 5. post *cui bono* literis inclinatis inseruit: *tot hominibus*, quod habebat 3. et Cd. Dan. a sec. manu. A 2. aberat gloss. || prodesset] — *prodest* 6. — Misanthropus] — *Mesanthr.* 1. cum Cd. suo. || debitum reposcis] Sic Cd. Dan. 2. 3. 5. — *debitumne poscis* 1. 4. || Heia] Sic 2. *Hea* 1. 4. 5. || age dic quid vis] Sic 1. 4. — *Age quidquid vis* 3. 5. || ut si] om. *ut* 2. || impune hic] Sic 2. 3. 5. = *hic imp.* 1. 4. || me tu] = *tu me* 2. || incolumes] = *incolomes* 2. || abstine] „*Alii abstinc.*” Ritt. (sic.) *abshinc* notavit etiam Dan. || Quodnam] cum Ritt. 5. — *quidnam* 1. 4. || hoc est] — *est hoc* 6. || Apagesis] — *Recede sic sanus sis* 2. || Vero simile est esse] de Dan. susp. 4. — *vero similem esse* 1. 4. || Ministeriis] Sic 3. 5. — *misteriis* (sic) 1. — *mysteriis* 4. || Egomet iamdudum] Sic 1. 4. — *Ego i.* 5. || agere te] = *te agere* 3. || istud de meo] ∞ *istud demiror* Dan. susp. ingeniosa. Vulgatum tamen, si quis defendet, ita explicabit: „etiam istud est meum beneficium erga te, quod cet.” || nunc tibi] = *tibi nunc* 2. || responderi] — *respondere* 2. || satis aliisque multis] Sic 1. 4. ∞ *satis aliis quam multis* 2. — *tibi aliisque multis* Cd. S. Victoris. — *satis aliis quoque multis* de Ritt. con. 5. ∞ *satagis aliisque multis* Dan. susp. || assertio] ∞ *assertor* Dan. susp. || ipse] Sic 1. — *ipsi* 4. 5. ||

assensum] Sic Dan. coni., ut infra: *assensum accom-*
moda. — *sensum* Cdd. et Edd. || fecisse te capitalia]
 = *cap. te fec.* 2. || exciderunt] Sic Cd. Dan. 2. = *ex-*
cidere 1. 4. 5. || Nusquam] — *nullum* 3. Fortasse erat:
nullum unquam. || Eho] Sic 5. — *Heo* 1. || socios]
 Sic 5. — *soceros* 1. 4. Etiam *habuisti* corruptum vi-
 detur. Exspectabam certe „fefellisti, defraudasti” vel
 simile quid. || generale] — *generalia* 2. || hoc exaudiat]
 — om. *hoc* 5. || iocularia] — *iocularare* 5. || Quid] *quid*
pro quantum 2. (gloss.) || Iuravi saepe] — om. *saepe* 3. ||
 Fieri] „Videtur in 2. *ferri* legi.” || quod quum staret]
 ∞ *quod constaret* 2. 3. || absolutum esse] — om. *esse* 5. ||
 peregi] Sic 3. a sec. manu. prob. Grut. — *peregisti*
 1. 4. || aerumnosus] — *erumnosus* 1. cum suo Cd. || Id
 fateor] Sic 5. — *Et fateor* 1. 4. Fortasse: *Eh fateor*. ||
 qui novit, despicit] Exciderunt e 5. || qui non novit] —
qui te non novit 2. || Quid si] Sic 1. coni. 4. — *quod*
si Cd. Dan. 3. 5. || Ne credideris] Sic 2. 3. 5. — *Cre-*
dideris 1. 4. Scil. in Cd. Dan. erasum erat *ne*. || Visne
 tibi] *Visn' tibi* 1. 4. contra Cdd. || non decipi, maxime]
n. despici m. Dan. susp. Recte, opinor. || fere] Sic 5.
ferre 1. 4. || QUER. Dic. - - ergo? LAR. Secundum] Sic
 distingui iussit Grut. In Edd. haec omnia Lari tribuun-
 tur. || Cum pare] Amicus Gruteri. 5. — *Compara* 1. 4.
 cum Cdd. || tibimet] — *tibi* 4. || tanto] Sic 2. a sec. m.
 (3.) 5. — *quanto* 1. || Hoc ad Querolum non facit] Haec
 vv. Querolo videntur tribuenda. || mecum] ∞ *malum*
 Dan. susp. ingeniosa. || neque cuiquam, ut] Haec corrupta
 videbantur iam Grutero. 3. a pr. manu habebat *aut* pro
ut. Sententia hoc fere requirit: „neque cuiquam sufficit,
 satis est, ut aliquem dicat pauperem.” Verbum post *cui-*
quam excidisse monuit etiam Dan. in Curis sec. supplens
licet. (*nec cuiquam licet, ut* —) Minime tamen hoc v. huc
 quadrat. || hui] — *huc* Cd. G. || quanta] Sic Cd. G.
 Rittersh. 5. — *quantam* Cd. Dan. 3. — *quantum* 1. ||
 somnum] — *somnium* 1. 4. contra Cdd. || adsignatur] —
assignantur 1. 4. contra Cdd. || nomina] de Ritt. coni. 5.
omnia 1. cum Cdd. || pauper es] om. *es* 3. || agnosses]

Sic dedi de Dan. susp. — *agnosces* Cd. G. — *agnosceres* Cett. || nemini antehac] = *antehac nemini* 3. || hoc iustum] = *iustum hoc* 2. 3. || haec parva] Sic 5. — *hoc p.* 1. 4. || *succensesne*] = *suscensesne* 1. ut saepe in Cdd. praesertim in Cd. Medic. Cic. Epp. ad Fam. Attamen in antiquissimo Cd. Plauti Ambrosiano in Maii *Fragm. Plaut.* p. 18. est *SUCCENSEAT*. || iam istinc] — *nam i.* de Ritt. coni. 5. || *felicem*] Sic 2. 5. — *facilem* 1. 4.; quod frustra defendit Barthius *Adv.* 30, 9. || tibi est] — *tibi es* Cd. Dan. || multi multos] de Ritt. coni. 5. — *om. multos* 1. 4. cum Cdd. — Isti peiores] ∞ *Isto p.* Barth. 1. 1. || *deperdant*] — *perdant* 2. (— *quia quī depereant* Barthius 1. 1.) || *maxima*] de Dan. coni. 5. — *maxime* 1. 4. cum Cdd. || Numquid e. h. fuit] De Dan. coni. haec Lari tribuit 5. || *omnes*] Sic 3. 5. — *homines* 1. 4. || *Ohe, consortes*] — *Sed c.* 3. || *faciant*] cum Ritt. 5. — *faciunt* 1. 4. || *tuere*] aberat a pr. m. a 3. || *hic simile*] — *huic s.* Dan. susp. || *facimus*] — *faciamus* Dan. susp. — *facinus* cum Grut. 5. || *hoc egomet*] — *om. hoc* 6. || *paullulum aurem*] — *paullum a.* 6. || *numquidnam*] — *numquid* 2. || *seque cum*] *se-deatque cum* Dan. susp. Sed in Annot. Mss. recte monet: *habeat, teneat, possideat* ex formularum esse sermone. Omnino *seque cum suis* dictum videtur pro: *et se et sua.* || *videtur cet.*] De Grut. susp. 5. ita haec distribuit, ut *Quid - - videtur* Laris sint, *Rursum - - redis* Queroli, *sed - - sanus es* rursus Laris. Sed sententia haec est: „Miror te iam nihil conqueri: per breve tempus tam sapiens fore mihi videris; mox rursus ad ingenium tuum (querulum) redibis.” Futura *videbitur - - redibis* sane aptiora essent. || *Quare aliis*] Sic 3. — *Quare alii* 1. 4. — *Quaere aliis* 5. || *Iam istud*] — *Iam hoc* 4. || *inferior deterioribus*] de Grut. coni. 5. *deterior inferioribus* Cdd. 1. 4. || *deflorare*] cum Ritt. 5. — *deplorare* 1. 4. || *Placet*] 3. a sec. manu. Item Dan. susp. 5. — *Placeat* 1. 2. 4. (— *Placeat, inquit, tibi optio aut electio* 2. in marg.) || *rumpere*] — *erumpere* 5. || *et miserabili*] Potest esse amarus iocus in curialium tunc

temporis miseriam: alioqui corruptum iudicarem v. c. ex: *et miseria me leva*. Pro *in parte* Dan. aliquando *in arte* suspicatus erat. || et exigere] — om. *et* 2. || mihi liceat] = *liceat mihi* 3. || non potentiam] — *et non p.* 3. || praestari hoc] = *hoc praestari* 5. || Ligerim] Sic „Alii” apud Ritt. — *Ligerem* 4. 4. — *Ligirim* 5. || Quid tum] — *quid iam* de Ritt. coni. 5. || in ossibus] ∞ del. *in* de Dan. susp. 5. || Patus] Afferunt Nicetae dictum in Alexio Duca. ὡσπερ καὶ πλοῦτος πάτος (coenum), ὁ ἱερός, ὁ τοσοῦτος τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀγλαΐαν ἀπέραντος. || appellaberis] — *appellaveris* 3. 5. || Quis vos dixit] 4. 4. — *quid dixit* 3. a pr. manu: *dixet*. Hinc: — *quid! Vos dixet* (sic) 5. Intelligi posset hoc: *quis* (praesertim poëtarum) *non vos dixit liberat!* || sim] de Ritt. coni. 5. — *sum* 4. 3. || muneras quem maxime] = *quem max. mun.* 2. || possumus, possumus] — omittit alterum *possumus* 5. || Nihil est quod plus velim] — *Nihil plus quod velim* 2. || refluos calceos] Sic 2. 3. 5. — *refl. carceres* 4. ∞ Omittit glossam Cd. S. Victoris, ut *refluos* ad cothurnos referatur. Hinc ego *calceos* [. || pulvis] — *et pulvis* 3. || aestum - - brumam] — *aestu - - bruma* 2. — *aestum vestitum* Cd. S. Vict. (— *vestris* pro vestitis 5.) || hiemes - - caneros] — *hiemes - - crancos* (sic) 2. — *hieme - - - canero* cum amico Gruteri 5. Tum 4. 4. distinguunt: *in tubulis. Age, patere* cet. || serum] — *serum* 3. || nisi quod] — om. *quod* 3. 5. || est] — *esset* de Grut. coni. 5. || illorum] — *eorum* Cd. G. || Aurum] — *curiam* Franc. Danielis susp. || eruditus] Sic 3. Cd. S. Vict. 5. — *erudite* 4. 4. || heredes] Sic 2. 3. 5. — *heroës* 4. || Heia] *Hei* 3. || nunc plane] — *plane nunc* 6. || Briseïdem] Sic 4. 5. — *Breseïdem* 4. || Ha ha he] *hae o* 2. || cum illis] — *cum his* 2. 3. || Si toto] *Scite tu* 3. || Ast (*bis*)] Sic 2. — *At* Cett. || disputatione] 2. 4. 5. — *disputatione* 4. 3. ∞ *dispunctione* Dan. susp. Placet. || mutabis] ∞ *mutaberis* Dan. dubia susp. — *mutabitur* 3. || calamitas] — *o calam.* 2. || tantum vobis] — *t. nobis* Cd. S. Vict. || At quanto] Cd. S. Vict. 3. 5. — *Quantum* (om. *at*) 4. 4. || non esse

et.] Sic 2. — *esse felicem non sinunt* Cd. S. Vict. — *inesse fel. sin.* 1. 3. 4. — *neminem esse fel. sin.* de Gruteri coni. 5. || quis ille] *qualis ille est* E Cd. affer- tur in Dan. Cur. sec. — „*ille, totum est hoc infelicitas* 2. in glossa.” || huic] Sic 3. 5. — *hinc* 1. 4. || *meam mihi*] = *mihī meam* 3. || *reperi*] — *reperis* Dan. susp. || *esse te*] om. *te* 3. 5. || *multum*] — *nullum* 5. 6. || *Sane difficile*] — *Sane si difficile* Barthius *Adv.* 28, 15. Sed manifesta est ironia. || *intelligis*] — *intelliges* 6. || *Numquid rex*] — *num quis rex* de Grut. coni. 5. || *Numquid amicus* - - *Nihil*] *Exciderunt haec e* 5. 6. || *Atqui*] — *Atque* 5. || *Et quemadmodum*] — *Et quidem* 4. err. typogr. || *quod mihi*] — *quem m.* 6. || *iuberesne*] — *iubesne* 3. || *ne fortasse*] — *ne forte* Dan. in marg., nulla auctoritate allata. || *nescius*] Sic 1. 3. — *nesciens* 4. err. typogr. 5. || *Per fenestram* - - - *clausero*] *Excide- runt haec ex* 5. || *nolim*] — *nolim mihi* 5. || *constaret*] *constares* 6. || *Quid ergo*] — *quid ego* 3. || *Cuiquamne*] Sic Dan. in marg. In idem incidit etiam Grut. — *cuius- quamne* 1. — *cui usquam* de altera Grut. coni. 5. || *nonne*] — *non me* Dan. susp. — *investigem*] — *vesti- gem* 3. || *nescio. Ubinam illa est*] Sic 1. 4. — *nescio. Ubinam est illa* 6. — *nescio nam. Ubi est illa* 5. || *de die*] om. *de* 2. || *fuerat*] Franc. Dan. volebat *non fue- rat*. Sed sententia, in qua haesit etiam Gruterus, haec est: „*interdictum mihi fuerat, ne opponerem me furibus, et, quod maius etiam magisque mirum est, ne eos ex- cluderem.*”

ACTUS II. SCENA I. *numquodnam*] — *numquidnam* 2. — *quidnam* 3. || *venor*] „*deludo vel decipio.*” 2. gloss. || *litteratos*] — *veteranos* 3. in marg. — In contextu: — *ditteranos.* || *conditum*] — „*sive saporem.*” 2. gloss. || *nocte hac vidi*] = *hac nocte vidi* 5. || *hamati*] — *amati* 3. — *circulati* glossa 2. || *aliqua*] Sic 1. 4. — *alia* 3. 5. || *Ohe*] — *Hohe* 3. || *funus videbam*] Sic 1. — *funus vidi* 4. 5. || *illud* 1. 4. 6. — *istud* 5. || *Insuper etiam*] = *Etiam insuper* 4. 5. || *aurum illud*] — *aurum illum* Cd. Dan. et 2. || *invenire*] — *inveniri* 6. || *nosque qui*] Sic

Franc. Dan. 4. 5. — *nos qui* 1. || *aediculam*] — *aediculum* Cd. Dan. 2. 3. || *Ilignis*] — *Iliginis* 1. || *hic fenestras*] = *fenestras hic* 2. || *inermes*] Franc. Danielis susp.: *immane*. || *interius*] — *interim* 5. || *Alia - - via*] Sic 1. 4. — *Aliam temptandum est viam* 5. nescio qua auctoritate. Videtur intempestive intulisse Lucretianam elegantiam. || *comitatis*] „*Hic prudentiae, alias pulcritudinis.*” Glossa 2. || *percurro cubilia*] 2. et Cd. Dan.: *cubila*. Tum ex 2. notatur: *perourro* (sic). Fortasse: *percutio cubilia*. || *ac die*] — *et die* 5. || *in recte*] — *Uno voc. inrecte* 3. Dan. fluctuabat inter: — *an recte et*: — *MAND. Recte*. Fortasse nihil aliud fuit nisi: *tu recte*. || *Hoc etiam*] 3. 5. — *Hoc iam* 1. 4.

ACTUS II. SCENA II. *hominem*] Sic 3. 5. — *hunc hominem* 1. 4. || *quem vidi modo*] — *quem vidimus* 2. || *novi*] — *vidi* 3. || *quod vidi modo*] — *quod vidimus* 2. || *exponit*] Dan. in *Curis* sec. 4. 5. *exponet* 1. || *gesseris*] — *gesserit* Cd. Dan. 2. 3. Emendavit Dan. || *qui est*] — *qui es* 2. || *vacat*] — *vocat* 5. || *aliquod*] *aliquid* 2. || *quid vos audivi*] om. *vos* 5. || *tuosque, mi sodes*] — *tuosque misides* 3. 5. (— *tuasque Mysides* Grut. susp.) || *venias*] Sic 2. 3. 5. — *venias, venias* 1. 4. || *amici expectant*] = *exspectant amici* 3. || *paulisper mane*] = *mane paulisper* 3. || *abeat*] Sic Dan. *Cur.* sec. 4. 5. — *habeat* 1. || *simul*] — *sumul* 1. cum suo Cd. et 3. || *Atqui*] Sic Dan. *Cur.* sec. 5. — *atque* 1. 4. || *Immo hercle*] om. *hercle* 2. || *hoc nescio*] scil. cuius sit loci. Sic 3. 5. — *hoc scio* 1. 4. || *iam hoc de Magis existimo*] Sic Cdd. 1. 4. i. e. iam propter hoc nomen existimo eum de Magis unum esse. — *iam hoc te magis aestimo* ex con. amici Gruteri 5. || *cognoscis*] Sic 1. 4. 5. ∞ *recognoscis* 2.; quo verbo aliquoties utitur noster scriptor. Possis etiam scribere: *agnoscis*. (Pro *si omnia cognoscis* Scaliger volebat: *somnia cognoscit, xqvivt*. Sed sententia vulgatae manifesto haec est: primum praeterita tibi narrat, ut ipse, ea tecum recognoscens, iudicare possis de eius scientia rerum occultarum. || *Magnum*] Sic 2. 3. 5. — *Magnum* 1. 4. || *hominem tu*] = *tu ho-*

minem 3. || paulisper non vacat] — *paulisper mane* 3. || similiter] — *simileter* (sic) cum suo Cd. 1. || ipsum id] Sic 3. — *ipsud* 1. 4. — *istud* Dan. susp. 5. || ferulas] — *sphaerulas* Dan. susp. postea ab ipso improbata. Cogitandum de magica ferula, ῥάβδος. (cum turbis ambulat, scil. ut circulatores, quos vulgi turba comitatur.) || hic deberet] — om. *hic* 2. || de nobis] „pro in nos” Glossa 2. || placeat] — *placet* 3. a sec. m. || hunc esse divinum vel magum] — *esse hunc div. et m.* 3. || disse- rat] — *disseras* 2. — *disserantur* 3.

ACTUS III. SCENA I. Mandrogerus] ut supra, 1. 4. — *Mandrogere* 5., et sic in seqq. semper. Servavi Cdd. scripturam. || vos volo] Sic 2. 3. — om. *vos* 1. 5. || Mandrogerus] ut supra 1. 4. — *Mandrogere* 5. || Quae- nam? Fortasse novi] Sic Cdd. 1. 4. — *Quaedam for- tasse novi* de Rittersh. inutili coni. 5. || operam tuam] — *tuam operam* 6. || disceptatione] — *disceptione* 3. (— *opus nunc disceptatione* 2.) || facillima] Ex Rittersh. emend. 5. — *facilia* 1. 4. || unum est] om. *est* 4. 5. || de maioribus neque mihi dicere] Sic 1. — *de mai. di- cere neque mihi dicere* miro errore 4. In Annott. Ritt. censet alterutrum v. *dicere* del. esse. Hinc 5.: — *de mai. dicere neque mihi.* || effigies] — *effugies* cum suo Cd. 1. || mitigare] de probabili Dan. coni. 5. *intueare* 1. 4. — *intu- rare* volebat Danaeus, haud improb. Daniele in Curis sec. || gubernari] Dan. susp. in Curis. sec. — *gubernare* Cdd. et Edd. || homines congregant] Sic 2. — *hom. non re- gant* 1. 4. — *hom. non regnant* 3. 5. || medela] = *medella* 1. 4., ut Heinsius in Prudentio semper. || ever- tant] Sic 3. — *evertat* 1. 4. 5. (— *everrant* volebat Dan. in Cur. sec.) || Istis licet] — *Isti, licet* 5. || quot] Sic 2. 4. 5. — *quod* 1. || iubent] Sic 1. 4. — *iubet* 5. || Et oracula] Sic 1. — *Oracula* om. et 3. 5. || Equisnam] cum Grut. 5. — *Etquisnam* 3. — *Et quisnam* 1. 4. || possit] — *possis* 5. || vaga] — *varia* 4. err. typogr. || Harpyiae] — *arpigiae* 2. 3. || capita et colla] = *colla et capita* 2. || et vale] Sic dedi de Scaligeri coni. — *et male* Cdd. et Edd. || eligunt] Fortasse: *eliciunt.* ||

cuncti] Sic 1. 4. — *cuncta* 5. — *cunctas* 6. || vorant] — *vocant* 5. || et limina] — *ac limina* 5. || alvi des] Sic 1. — *alvides* iunctim 3. — *alvi densi* (sic) 2. ∞ *alvi desides* nescio cuius con. apud Dan. (*γαστέρες ἀργαί.*) ∞ *aridae atque pandae manus* alia con. apud eundem, „ut apud Sidonium Apoll. Lib. 3. Epist. 13. *Taceo femur aridum et pandum.*” — *albi dentes* de alia Dan. et Ritt. con. 5. || aeditui] — *aedituos* 6. (propter falsam distinctionem.) || semper denos] — *se per denos* 2. || perorare] — *orare* 3. || vendunt; foris istis] Hoc quoque loco, ut alibi, distinctione declaravi sententiam. — *vendunt foris, istis* Edd. Sequentia *si parvo* cet. desumpta sunt, notante iam Daniele, ex Terentii *Eunucho* 1, 1, 30. (— *ut quanti* 2.) || mihique] ∞ *mih* 2. 3. || prole cognitur] Sic 1. (2.) 4. — *prole cognoscitur* de Dan. prima con. 5. ∞ *probe colitur* altera Dan. con. in Curis sec. — *aditur; Querole, quam cognoscitur* Scaligeri con. — *facilius* (a pr. manu: *facilifus*) *acbutur* (sic) *quam prolem cognitur* 3. || puto] Sic 4. 5. — *poto* 1. (2.) || affuisset] ∞ *affulsisset* Dan. susp. || scribunt gesta, quae] ∞ *scribunt, gesta quae* distinguit 2. || illic] — *illac* 3. || corymbos] — *ronchos* de Turnebi con. 5. ∞ *colymbos* i. e. *χυβιστήματα*, *saltationes*, volebat Scaliger. In alius exemplaris margine: „corymbos hic, ut puto, appellat, quod vulgo *marotte* dicimus, secundum interpretationem Scaligeri.” || pupillum] ∞ *popellum* Dan. susp. || Harpyias] — *Arpigias* 2. || volant] Fortasse: *vorant*. || mensis] — *mensas* Margo Dan. || istaec] — *ista haec* 2. || alere] Sic 1. 4. — *valere* 3. prob. Grut. Receptit 5. Sed non coit cum seqq. *neutrum placet*. || Noctivagos] Sic 2. 3. scil. Satyros, Panas. — *Noctivagas* 1. 4. 5., quod explicandum esset de Empusis. || etiam] om. 3. || celeres] — *et celeres* 3. || panem domini] ∞ *panem deum* Margo Dan. || interrogastis] — *interrogasti* 3. || istaec] — *ista haec* 2. || aliqui] antique pro *aliquis*, quod habet Dan. in marg. Male deinceps: — *nascantur* 5. || coli vel] — om. haec 3. || contra] „*per contrarium.*” Glossa 2. || Eho] Sic 5. —

Heo 1. 4. || *Mandrogerus*] — *Mandrogere* 5. sicque semper, || non licet] Sic 1. (2.) 4. — om. *non* 3. 5. || estne] — *esne* 1. (— *estne adhuc aliquid quod* 2.) || manet] — *mane* Margo Dan. || *Heus tu*] — *Heus te* 2. || *tun*] = *tune* 2. — *tu* 3. || *Quid horae cet.*] Sic distribuuntur personae in 5. In 1. 4. excidit: QUEROL. ante v. *Nihil fefellit*. Nescio quis apud Dan. Cur. sec. sic volebat: QUER. *Di te - - nuncupamus?* MAND. *Inter - - tertiam*. SYCO. *Nihil - - putes*. QUEROL. *Hem, quid igitur?* MAND. *Mars cet.* „Sed potior mihi mea videtur opinio QUER. excidisse ante v. *Nihil.*” Dan. || inter sextam] ∞ *inter secundam* Margo Dan. || respondisse hominem] = *hominem resp.* 2. (— *resp, homines* 6.) || huic] scil. Querolo. — *hinc* Dan. susp. || *servulorum*] — *famulorum* 2. || *Zeta*] ∞ *Geta* Dan. susp. || *Iamiam*] — *Iam* 2. 3. || *promito*] — *promitte* 3. — *promitto* 5. || *Tibi*] Sic Dan. con. 5. — *Ubi* 1. 4. || *illic*] Sic 2. — *illi* 1. 4. Sed archaismum hunc Queroli scriptori nolui tribuere. || *ibidem*] — *ibimet* 6. nescio unde. || *excludit*] Sic 2. 3. 5. — *excluserit* 1. 4. || *Si quosnam*] ∞ *Sed quosnam* Margo Dan. || *nunc solum*] Sic 2. 3. 5. — *non solum* 1. 4. || *iam nunc*] = *nunc iam* 3. || *colloca*] — *loca* Amicus Gruteri. || *factum*] Sic 1. 2. 4. — *factum* Cd. Dan. 5. || *momentis regi*] Sic Dan. in Emendd. 4. 5. — *monentis rei* 1. — *imminentis rei* 2. || *Hora est; synastria istaec*] Sic Dan. in Emendd. 4. 5. *hora est synastria, istaec* 1. sicque iunxit 2. addens gloss.: „*synastria i. e. constellationaria.* (— *ista haec* 2.) || *tecum sumus*] — *tecum imus* Margo Dan. — *te sequimur* Pithoei susp. || *Ergo*] ∞ *Ego* 2., ut volebat Dan. || *peracta*] — *parata* de Grut. con. 5. || *sit huic domui: nos*] *sit. Huic domui nos* distinguit 2.

ACTUS III. SCENA II. *domi fuerit*] = *fuerit domi* 2. || *destrui*] Sic Dan. con. 1. 4. 5. — *destui* (sic) Cd. Dan. ∞ *destitui* 2. 3. || *videat*] — *viderit* 2. || *atque intr.*] Sic 1. 4. — *aut intr.* 5. || *est autem*] Sic 1. — *autem est* 4. 5. || *antelucandum*] Sic 1. 4. (Item 2. cum gloss. „ante lucem surgendum.”) || *somnum et metum*] Sic

Cdd. 5. — *sommum et temetum* Dan. coni. 1., quam ipse postea improbavit. || *trepida perquisitio*] Sic iung. — *turba trepida, perq.* 1. 4. ∞ *turba, trepidatio, perq.* de Ritt. coni. 5. || *mulio nec se regens*] Fortasse: *mulio nec mulas nec se regens.* || *huic rei*] — *hinc rei* Margo Dan. || *movere*] ∞ *moveri* Ritt. susp. — *nova re altera* Ritt. susp. || *et tum litem intendit*] — *et tum licet tendit* 3. || *Atque ut - - largitur diem*] Exciderunt haec ex 5. 6. || *irarum caussas quaerit*] *irarum quaerit* om. v. *caussas* 3. || *quidquid libet*] *quidlibet* 3. a manu sec. || *quale est*] om. *quale* 3. || *Quisquamne*] Sic 1. 4. — *Quisnamne* 5. || *Calidam*] „*vel patenam.*” (sic) 3. in marg. || *sunt hae*] = *hae sunt* 2. || *contusum*] — *contunsum* 3. || *possit moribus*] = *moribus possit* 2. || *adulterium hoc*] — om. *hoc* 3. 5. || *castrata suco*] Sic Cdd. 1. 4. (In 2. est gloss.: „vino.” — *castrata sacco cum* (Ritt. et) Grut. 5. Coniectura ducta est ex Plinii *H. N.* 14, 28. *sacco frangimus vires* (vini) et ibid. L. 19, 19. *inveterari vina saccisque castrari*: sed, ni fallor, in ipso prelo vinum colatur sacco sive saccatur, non in lagena: et omnino vv. *vetere - - novo* h. l. requirunt *suco*. || *pauillum*] Sic 2. 3. -- *paxillum* 1. 4. 5. Sed significat: „etiam paullum illud argenti, quod habet, levibus tensum foliis sive laminis in salino v. c. vel in patinis, limari attenuarique semper credit.” || *nullae sunt cet.*] Sic Cd. Dan. 3. (*praestigiae* habet 5.) — *mille sunt praestigia* 1. 4. (5.) sicque, si fides collatori, 2. Sed illos Cdd. sequendos duxi; quia sententia haec esse videbatur: „In argento fortasse decipere herum possumus, unus quum eius sit color; sed in solidis aureis nil iuvant nos praestigiae; nam etsi mutare remutare tentamus aurum, tamen hoc mutari non potest. Saepe nobiscum dicimus: Has saltem tam gemellas formulas solidorum distinguere non oportet cet. nihilominus etiam hic [in auro] quaeritur distantia cet.” (Verbo *facimus* adscriptum „i. e. dicimus” in 2. || in auro] Videtur gloss. v. *hic*. Cd. 2. sic distinguit: *quaeritur: in auro vultus.* || *patria*] — *paria* 5. || *scripulos*] Sic 3. = *scrupulos* 5. —

scriptulos Cd. Dan. 1. 4. || *sed mali*] Sic 1. (2.) 4. — *sed et mali* 3. prob. Grut. 5. || *dicantur, si*] — *dictantur, sic* 6. || *malo - - est*] *Exciderunt haec e* 5. || *semperque*] Sic 1. 4. — *semper* 5. || *tam stulti*] — *om. tam* 5. || *quiescit*] — *non quiescit* Franc. Dan. susp., quâ tamen perit iocus. || *splendoris*] Sic Cd. S. Vict. 2. 4. 5. — *plendoris* 1. cum suo Cd. et 3. || *illud*] ∞ *id* Cd. S. Vict. || *non quod publicet*] i. e. non rem omnem, furta nostra manifestet. Sic 2. — *omitt. non* 1. 4. 5. (*publicet* [sic] Cd. Dan.) — *om. haec tria vv. Cd. S. Vict.* || *domino*] — *domino meo* Cd. S. Vict. — *domi* 3. || *latera*] *om. Cd. S. Vict.* || *effusa*] — *effossa* 2. || *obseramus*] de Ritt. coni. 5. — *observamus* 1. 4. || *illis*] *om. Cd. S. Vict.* — *Vae apud nos* Cd. G. || *servis - - de nocte abscideris*] — *servis abstuleris mediis omissis* Cd. S. Vict. || *Quanti*] ∞ *Quanti enim* 2. || *vesperi*] Sic 2. — *vespere* Cett. || *Nunquam tibi, Querole, opus est, cum istaec omnia nos exercere tu aut tributum cogites*] Haec corrupta. Sic 1. Ex 2. notatur: *ut ista haec* (*om. cum*) et: *autem pro aut.* (*autem etiam* 3.) Et: *cogitas* 3. a pr. m. — *opus est tecum istaec omnia nos exercere: tu ad tributum cogitas* 5. de Dan. priore coni. (in qua tamen Margini adscripserat *cogites*.) Idem autem Dan. in Curis sec.: „Potius legendum: *Nunquam tibi, Querole, opus est, ut quum istaec omnia nos exercemus, tu haud tributum cogites*; i. e. „tu cogites non esse nobis tributum istaec exercere.” Fuitne?: *Numquidnam [tibi,] Querole, opus est tecum istaec omnia nos exercere? Tibi haud tributum cogites* scil. hoc ius servulorum tuorum. Vel: *Tu tuum ambitum cogites*: cfr. sequentia. || *Propter hoc*] *om. propter* 3. || *clamabit*] de Dan. emend. 5. — *clamavit* 1. 4. || *meus ille*] Sic 2. 3. — *ems* (cum lin.) *ille* Cd. Dan. — *omnis ille* 1. 4. 5. || *nimis sit*] Sic Margo Dan. — *om. sit* Cdd. et Edd. Sententia haec est: „nunquamne id obtinebo a vobis diis, ut herus meus adipiscatur immunitates illas officiorum curialium cet., quas ambit? Tum minus, spero, erit durus, quoniam postquam uactus est aliquis

principis indulgentiam, ipsi sordidior solet videri abiectio, propter quam nunc tot molesta patitur ipse nosque tam dure vexat." (Verba *Accipienda* cet. desumpta sunt ex Terentii *Adelphis* 2, 1, 53.) || istud] — *illud* 2. || abiectio] — *obiectio* 5. err. typogr. || circumforanus] Sic Cdd. 1. 4. = *circumforaneus* cum Ritt. 5. || circum-spectator] — *circumspector* 3. || speculator] — *spectator* 3. || salutet fastidientes] Sic Cd. S. Vict. 1. 4. 5. — *salutat fastidiantes* (sic) Cd. Dan. 3.

ACTUS III. SCENA III. Mandrogerus] — *Mandrogerere* 5. || istaec] — *ista haec* 2. sicque semper. || venit] ∞ *evenit* Ritt. susp. || inclusimus] — *includimus* 3. || monita] Sic Dan. in Emendd. 4. 5. — *non ita* 1. (2.) || Mala haec] — om. *mala* 3. prob. Grut. || istoc] Sic Cd. Dan. 2. 3. 5. — *istuc* 1. 4. || foras] cum Ritt. 5. — *foris* 1. 4. || cognatos, amicos] — *amicos, cognatos* 2. || ipsam bonam] *ipsamque bonam* 4. solus contra Cdd. || non habebis] Sic 1. 4. — *num hab.* 3. 5. || ipse] — om. 2.

ACTUS III. SCENA IV. Mandrogerus] — *Mandrogerere* 5. || Istud iam sequitur] Cum Cdd. 1. 4. — *Istud, quod iam sequitur* de mala Ritt. susp. 5. || Mandrogerus] — *Mandrogerere* 5. || inspexero] — *intellexero* 3. a pr. manu. || Pro] = *Proh* 5. || servantur] Sic Cdd. 1. ∞ *asservantur* 4. 5. || frequentantur] Sic 2. 3. 5. — *frequentur* cum Cd. suo 1. || celeri] ∞ *celeriter* Margo Dan.

ACTUS III. SCENA V. quae nos] Sic 3. 5. — *quod nos* 1. 4. || ossibusque] — *ossibus* 3. || Non; sed] — om. *Non* 2. || et libere] om. *et* 5. || quod nosti bene] Sic 1. 4. = *bene quod nosti* 5. || occooperat] Sic 3. 5. — *coeperat* 1. 4. || hoc quod fores] Sic 1. (2.) 4. ∞ *hoc? fores* 3. 5. || clausas] *clausas esse* 3. || divinam rem] = *rem divinam* 2. || Zeta] ∞ *Geta* Margo Dan. || Silentium est] — om. *est* 5. || adest] Sic 5. — *est* 1. 4. || Eamus huc] — *E. hinc* Margo Dan. || quod nosti] Sic 2. 5. — *quam n.* 1. 4. || ducce] — *ducere* 2. || intercludi] = *interclaudi* 3.

ACTUS IV. SCENA I. SARD. Sumite] ∞ *SYCOF.*

Sumite 2. || tristitiam] ∞ *tristia* Marg. Dan. || vere] —
vero Cd. S. Vict. || pauper] ∞ *paulisper* de ingeniosa
Ritt. con. 5. || Nae te] ∞ *Tene* Margo Dan. || ego] —
ergo 2. || sequor] *sequar* 2. || Iamiam omnia recognosco]
Iam recognosco om. *omnia* 3. || varia] An *vana*? || mu-
tavere] Sic Cdd. 1. 4. — *muta vere* divise 5. || haec
est] = *est haec* 2. 3. || quo iam] de Gruteri con. 5. ∞
quonam 1. con. — *quoniam* Cd. Dan. 2. 3. || Meticu-
losus] — *Metuculosus* cum suo Cd. 1. (supra idem:
fortona.) || Hem me miserum! Hem me miserum] ∞
Heu — *heu* de Ritt. con. 5. Semel tantum habet: *Hem*
me miserum 3. Semel: *Heu me m.* 6. || in faucibus] —
in faucibus haeret 3. || istud] Sic 2. — *illud* 1. 4. 5. ||
diris] *duris* 3. || fragrat] cum Ritt. 5. — *flagrat* 1. 4. ||
ranciscere] = *rancescere* Margo Dan. || graculae] Sic
Cdd. 1. 4. Habet hanc formam Glossar. Henr. Stephani
1573. Col. 322. *gracula*, *κολοιός*. Vulgarem: *graculo*
cum marg. Dan. et Ritt. in Annot. praetulit 5. ∞ *ar-*
culae Alia margo Dan. e Festo p. 35. *Amst.*: *ARCULA*
dicebatur avis, quae in auspiciis vetabat aliquid fieri;
ubi Scaliger volebat: *Arciva*. || Ego in laqueos] — om.
Ego 2. || conscidit] Sic 3. 5. — *conscendit* 1. 4. || crura
ipsa] — *crura ipse* 5. err. typogr. || ne defunctus] Sic
1. 4.; in hac Latinitate partim prisca partim decrepita
accipi potest pro *ne defunctus quidem*, nisi cum Marg.
Dan. legendum: ∞ *nec defunctus*: ut infra Cd. Dan. a
pr. manu; *ne bonam* pro *nec bonam*. — *defunctusne*
male 5. || agelasto] Post h. v. (in Cd. Dan. et) 3. gloss.
irrepsit: *sine risu minimo stans*. || desines] Sic 2. 3. 5.
— *desinens* 1. 4. (— *desinis* Margo Dan.) || Et quid]
Lege: *Ecquid*. — *Hei quid* Gruteri susp. || ludamus]
Recepi Pithoei certam emendationem. — *laudemus* 1. 4. 5.
cum Cdd. || et virgas] = *ac v.* 4. 5. || isti illam] Sic 2. 3. 5.
om. *illam* 1. 4. || inruas] Sic 1. 4. — *ruas* 3. 5. || vi-
des] Sine interrog. 1. 4. ∞ Cum interrog. Margo Dan.
— *violos* cum amico Gruteri 5. || Zeta] ∞ *Geta* Margo
Dan. || hinc potius] Lege: *hinc ocius*. || recipio] Sic
2. 3. 5. — *recipiam* 1. || nec bonam] — *ne bonam* Cd.

Dan. a pr. manu. || ad ianuam] — *ad hanc ianuam* 3. 5. || sevoca] — *evoca* Margo Dan. || celeriter huc] — om. *celeriter* 3. || quidquid] Sic 2., ut volebat Dan. 5. — *quid* 1. 4. — *quod* 3. || exhorrescet] cum Grutero 5. — *exhorrescit* 1. 4. || erravimus, et non semel] Haec ita deformata *erravimus, sed n. s. 5.* [. Sunt etiam in 3. || Sed quid ego nunc? Solum] Sic distinguit 2. — *Sed quid ego? Nunc solum* Cett. || restat nunc] Hoc nunc del. censebat Marg. Dan. Delevit 5. || Ibo] — *Ideo* 2.

ACTUS IV. SCENA II. pondere] de Dan. (in Curis sec.) et Ritt. susp. 5. — *pondera* 1. 4. || adipisci] *adipisci se* Margo Dan. || ubique] — *ubi* Cd. S. Vict. || faveat] — *foveat* 3. || Mandrogerontem illum] — *Mandrogerum ante illum* 3. || codicillos] — *codicellos* 2. || fiet] ∞ *flet* Margo Dan.

ACTUS IV. SCENA III. flere] cum Marg. Dan. et Ritt. 5. — *fieri* 1. — *fieri* Cd. Dan. || bonum] Fortasse: *donum.* || ubi] de Dan. con. 5. — *ibi* 1. 4. || At quid] de Dan. con. 5. — *Aut quid* 1. 4. ∞ *At qui* 6. || mathematicumque] Margo Dan. Ritt. susp. 5. — *mathematicum* 1. 4. || sese] Sic 1. 4. — *se* 5. || ut opponerem] Inseruit haec 5. de Ritt. sententia. Absunt a Cdd. 1. 4. || plane illud] — om. *illud* 5. || omnia bona] = *bona omnia* 2. 3. || falleretur sic] = *sic falleretur* 2. 3. || Arbiter? meos ut] de Ritt. sententia 5. — *Arbiter meus, ut* 1. 4. — *Arbiter mi, ut* 3. a pr. m. — *Arbiter meo, ut* 3. a sec. m. || hominem] — *homine* Cd. Dan. || evenerunt] de Ritt. con. 5. — *venerunt* 1. 4. || huc Ritt. 5. *hic* 1. 4. || exhibit] de Ritt. con. 5. — *exibet* (sic) cum Cdd. 1. 4.; quod Dan. interpretabatur: *exhibet.* || urnae illius] — *illius urnae* 6. || isti] Sic 1. 4. — *illi* 5. || retineam] ∞ *retineamus* Dan. susp. || sequentur] Sic dedi de Dan. susp. — *sequuntur* Cdd. (= *secuntur* 2.) — *sequantur* de alia Dan. susp. 5.

ACTUS V. SCENA I. Ave, mi Q.] — *Veni, Q.* 3. || si vivo] Sic 2. 3. 5. om. *si* 1. 4. || expilasti] Sic 1. (2.) 4. — *exspoliasti* 3. 5. || hodie meum] — om. *hodie* 3. || Nam] Sic 2., ut volebat Rittersh. — *non cum interr.* 1. 4. — *num* 5. || adseveres] Sic 1. 4. — *adsereres* 5. || bim-

lum] Sic 1. 4. — *trimulum* ridiculo errore 5. || quam coheredem esse] *quam herede essem* (sic) 5. || Salutem. Dicit. Filio.] Sic 1. 4. — *Filio. Salutem. Dicit.* 5. || vel per] — om. *per* 3. || Mandrogerontem] — *Mandrogerum* 3. a sec. m. || sic fides] cum Ritt. 5. — *si fides* 1. 4. || opera] — *opora* 1. cum Cd. suo. || in summam] — *in summa* Margo Dan. || si libuerit] — Gloss. videbatur Danieli. || nobiscum! Missa istaec face] Sic scripsi cum Marg. Danielis. *nobiscum* scil. egisti. — *nobiscum missa istaec tace* Cdd. Dan. et 3. Ex 2. nihil notatur. Hinc Dan. fecit: *nobis commissa istaec tace* (1. 4.) nulla constructione. — (idem etiam: *taces* in marg.) *nobis commissa istaec esse tace* 5. (scil. *esse* ante v. *tace* inserit 3.) || aliquod thesaurum] Sic 1. = *thesaurum aliquod* 2. ∞ *thesaurum aliquem* 4. ∞ *thesaurum aliquando* de Ritt. coni. 5. (v. Forcell.) || Et aurum] — *At aurum* 6. || fidem] Sic (de Dan. susp.) 5. — *fidem equidem* 1. 4. || lusisti] de Ritt. susp. 5. — *solvisti* 1. 4. Mox ante *Dīs gratias*, 1. 4. notant: *MAND.*, ante *Dīte*: *QUER.* Personas de Gruteri sententia sustulit 5. || explicui] — *explicavi* 6. || Mandrogerus] — *Mandrogere* 5. || manus tuas] v. *tuas* de Ritt. sententia inseruit 5. Abest a Cdd. 1. 4. || *thesaurum - - nostrum* Sic Cd. Dan., quod constantiae causa praetuli. ∞ *thesaurus - - noster* (2.) Edd. || pedem, nisi restitues] Sic 1. 4. — *pedem; restitue* 5. deceptus sequente Ritt. annotatione. Mox *infittias* 2. || inquam] de Dan. susp. 5. — *inquit* 1. 4. ∞ om. hoc verbum 3. || restitue] Sic 2. 3. 5. — *restitues* 1. 4. || Hac per] — *Hic per* 6. || codicillorum] *codicellorum* 2. || praescriptionem] Ex Dan. emend. 4. 5. — *perscriptionem* 1. || O tempora] — *O patria! o tempora* 2. || per Deos iuro, ipsum] Sic 3. 5. — *per Deos, ipsumque* (om. v. *iuro*) 1. 4. || proieci tuas] — *tuas proieci* 6. || Mandrogerus] — *Mandrogere* 5. || ARB. Praesto] An haec Pantomalo tribuenda sunt? || Mandrogerus] — *Mandrogere* 5. || praestigiae] Sic 5. = *praestigia* 1. 4. || huc] de Ritt. coni. 5. — *huic* Cd. Dan. 3. — *hinc* 1. 4. || dispicis] — *me dispicis* 2. ||

gratiam] — *gratias* 3. || dicis] — *dicetis* 2. || compilasti] „vel *spoliasti*.” 2. || ab istoc] Sic 2. — *abstoc* (sic) 1. 4. — *abs hoc* 5. || nunquam te celeriter] Haec corrupta. Melius, nec tamen sincere, Cd. S. Vict. *nunquam tu celeriter*. — *nunquam te celerites* de Dan. susp. 5., quasi a v. frequentativo *celeritare*. — *nunquam te scelera celeriter* Gruteri susp. Fortasse fuit: *nunquam tu celeriter i usque*, vel: *nunquam te excites* sive *irrites*. || vera est] — *est vera* 6. || illius defuncti] = *def. illius* 2. 3. || reconduntur] Sic recte Cdd. 1. 4. — *recondantur* de Ritt. susp. 5. || Mandrogerus] — *Mandrogere* 5. sicque infra. || Iuro per Deos] — *Iuro Deos* 5. || paululum in iudicio] = *in iud. paul.* 2. || eiusmodi] — *huiusmodi* 6. || constat] Sic 1. 4. — *constet* 2. (3. a sec. manu.) 5. || utrum dixero] — *utrum utrum dixero* de Ritt. coni. 6. || Dicam] — *Dico* 3. || quid in aula quid] Sic 1. ∞ del. alterum *quid* 4. 5. Si alterutrum inducendum, malim deletum prius. || Ego interim non proposui] Sic 1. 4. ∞ del. *non* cum 3. a pr. manu 5. — *iterum pro interim* Cd. Dan. a prima manu, retento tamen, ut videtur, *non*. — *Ego intentionem non proposui*: — *Ego interim rem proposui*: — *Ego integram rem pr.* variae suspp. in Margg. Dan. || quod] Sic 2. — *quid* 1. 4. 5. || res ipsa] — om. *ipsa* 3. || acquiescis] — *acquiescit* 4. err. typogr. || ita sese res] Sic (2.) 1. 4. — *ita sic se res* Cd. Dan. 3. — *ita se res* 5. || sustulisti] — *tulisti* 2. 3. || Nam si te ingredimur] Sic corrupte (2.) 1. 4. — *Nam si ingredimur* 3. 5. ∞ *Non litem ingredimur*, vere, puto, Dan. in Curis sec. || temptandum est via] Corruptum videbatur in Curis primis Danieli ceterisque Edd. Sed in Curis sec. Dan. id defendit, Graecum comparans *πειρατέιον ὁδῶν*, „via et ratione”; „prudenter ac tranquilla mente.” || Quodnam] — *Quidnam* 2. || Iamiam] — *Iam* 3. || convincar nefas] — *convincar. Nefas!* (exclamatio). 2. || circuitione rem geris] Sic recte Cdd. 1. 4. — *circuitione rem quaeris* supervacanea Dan. suspicio, ex qua parum intellecta 5. fecit: — *circuitionem quaeris*. || asseritur] — *apeeritur*

(sic vitiose) 5. || nil] Sic 1. 4. = *nihil* 2. 5. || illic erat] — *pondus* post haec excidisse ratus est Ritt. || Magus] — *Mage* 5. (qui omnes istos vocativos *Mandrogere* cett. contra Cod. etiam Palatinum (3.) videtur introduxisse.) || illius urnae] = *urnae illius* 2. 3. || omnia sibi] — *sibi omnia* 6. || praestigiis] — *praesidiis* 2. || certus] Sic 1. 4. — *certis* sine auctoritate 5. || thesaurum] Sic cum Cdd. 1. 4. — *thesaurus* cum Grutero 5. || Ac si] *has habuisset* 3. a pr. manu. — *an si* 3. a sec. manu. || illuc] de Ritt. coni. 5. — *illic* 1. 4. || tibi] ∞ *tibi* 3. || non noveras] — om. *non* 2. || te etiam] om. *te* 3. || Mandrogerus] — *Mandrogere* 5. || agnosco ingenium lep., agnosco plane] Sic Cdd. 1. — Exciderunt e 4. verba: *agnosco ing. lep.* — *agnosco ingenium lep.; plane* om. altero *agnosco* 5. || tales - - dilexit] cum Grut. 5. — *talem - - dilexit* 3. et Margo Dan. — *talem - - dixit* 1. 4. || Hem] Sic 2. 3. 5. — *He* 1. 4. || fuisse te scio] = *te fuisse scio* 2. — *fuisse nescio* 3. || elegantem] Sic 2. 4. 5. — *elegantem* 1. || ne permiseris] — *ne miseris* 3. — *ne siveris* Grut. susp. || tibi reliquit] — om. *tibi* 3. || Servilianum] — *et Serv.* 2. || ad legem] ∞ *ad legem* (= *allegem* verbum, cum interrog.) cum 3. volebat Gruterus. || Porciam] — *Portiam* 2. || Fufiam] — *Fusiam* 2. 3. || parum] Cd. Dan. a pr. m. 3. 5. — *parvum* 1. 4. || iure] Sic 2. — *iura* 1. 4. 5. — *iuris* 3. || illi sunt] — om. *illi* 6.

ACTUS V. SCENA II. Nos quoque] Sic 3. 5. — *nosque* 1. 4. || tris (= *tres* 2.) edaces domus] Sic 1. 2. 4. (Ex 3. nihil notatur.) — *TPIS KAI DECA* (sic prorsus:) 5. || pro merito] — om. *pro* 6. || Mandrogeronte] — *Mandrote* 3. || victum] Sic Margo Dan. — *victus* Cdd. et Edd. || solidi unius, de] de Dan. coni. 5. — *solidi illius, de* Cdd. 1. 4. || et tumor] — om. *et* 5. || bessem] Sic 5. = *bissem*, ut saepe est in Cdd., 1. 4. || aposiae] Sic Cdd. — *apoziae* de Dan. sententia 5. (In Curis sec. cogitabat Dan., annon scribendum esset: ∞ *aporiae*, quum in Vetere Lexico invenisset haec: „*Aporia*: anxietas, taedium, vulnus, stimulus, abominatio.

Aporiari: tribulari. *Aporia*: fluxio, derivatio, sordes.") || hoc est, excocionis] Gloss. hoc videbatur iam Danieli. || contemplatione] de Dan. con. 5. — *contemplationis* Cdd. 1. 4. || infixis] ∞ *inflictis* Margo Dan. — *defixis* 3. || summoto] Sic 2. — *summo* 1. 4. 5. || criminali] — *criminari* Cd. Dan. et 3. || inspicientum] = *inspicientium* 2. || luxu] Sic 2. 3. 5. — *loxu* 1. || commodum placuit] — *commodum complacuit* 3. || protinus] Sic 2. 5. = *protenus* 1. 4. || inveniatur] Sic 1. 4. ∞ *inveniet* 5. || defecerit] ∞ *decesserit* Margo Dan. || inter hominum liberorum et aequalium lasciviens turba] Haec vel manca vel corrupta. De Dan. susp. 5.: *inter se hominum* cet. Dan. praeterea proposuerat: *interim, interea, interdum hom.* At in Curis sec.: *inter hominum l. et ae. lasciviam turba*; sed ne ex hoc quidem commoda existit sententia. || a patrono vel servo patroni] — *a patroni* (sic; cett. omissis) 5. err. typogr.

XIX. QUINTILIANI quoque, quae feruntur, declamationes, ut in alio genere Querolus Pseudoplauti, ad eas antiquitatis reliquias sunt referendae, quas secundarias rite dixeris. Deperditae si essent, nemo magno opere eas desideraret; nunc, quum exstant, nec prorsus eas negligere possumus, nec tamen magna cum voluptate iis immoramur. Devorandae igitur sunt. Quo in genere scriptorum sequens aliqua philologorum aetas, ut habeat, quid agat, prudenter spero, ita elaborabit, ut paret primum editiones quam maxime accuratas*), ut qui velit ac debeat, totis studiis in eas incumbat; sed pauci semper hi erunt; ceteris lectoribus eadem philologorum secta ita prospiciet, ut continua potissimum, sed brevi, enarratione exponat, quid declamator iste (ut in hoc nunc subsistamus) conferat historiae et rerum gestarum et morum

*) Vix enim dici potest, quam negligenter sit constituta lectio declamationum istarum in Ed. Burmanni, quam optimam dicunt. Quam parum porro fidendum sit etiam annotationibus, antequam ad ἀρχέτυπα sua corrigantur, ipse experientia edoctus sum. Quocirca in hoc scriptore expoliendo erit ad laureolam satis iuveni alicui docto.

ac religionum; quibus adiunget, quae paucissima licet de singulis personis ab eo traduntur: latior iam campus erit explicandi ea, quae ad iuris civilis scientiam spectant, ita ut iure consultus facili opera, quaecumque suam disciplinam iuvare aliquatenus possunt, ea in disputatione inveniatur. Nimirum creaverant sibi declamatores isti ius aliquod, ut ita dicam, scholasticum; mire mixtum et e Graecis legibus et e Romanis et ex ipsorum arbitrato confictis; cuius tamen iuris declamatorii semina a veritate non prorsus abhorrentia curiose investiganda sunt ICTo historico, ne, quae suprema lex est nostrarum disciplinarum, quidquam ab eo negligatur. Verum his nondum satisfactum erit editoris officio; etenim seliget is praeterea, si placuerit, *γνωμολογίαν* Quintilianeam; insunt enim in plerisque futilibus sententiae nonnullae Romano ore dignissimae; grandes, fortes, magnanimae; quibus in scholis saltem utentur magistri: quod genus ab avis nostris nimis fortasse frequentatum, nimis rursus nunc nos negligimus: quamquam vel mihi paene puero a primis Sallustii verbis *Omnes homines qui sese . . .* miram quandam impulsionem datam esse recordor, quae, nisi fallor, nondum prorsus vim suam amisit. Sed deridebunt haec eruditi, alia qui unice volent; neque ego contra dico, immo quantum in me est exhortor futurum editorem, ut studiose excerpatur, quae ad grammaticam disciplinam pertinent, atque ut ante omnia elaboret glossarium, quod dicunt, ubi quisque quod libet quaerat, reperiat, non reperiat. Etenim, vere ut dicam, ex hoc genere scriptorum secundi, tertii, quarti etiam ordinis longe equidem mallet ut quam copiosissime locupletaretur Forcellinus (cui, unius aetatis homini, primaria opera insumenda erat in scriptores et optimos quosque et antiquiores, etsi minime spernenda praestitit etiam in deterioribus excerpendis) hoc, inquam mallet, quam ut referciretur subtilitatibus ac difficilibus nugis nostrorum temporis Grammaticorum, quorum multiplex opera et in plerisque vana praeludere tantummodo videtur verae ac certae Grammaticae Latinae illorum

κατορθώματα conservanti, errores silentio praetermittenti, qualis fortasse pronepotibus nostris destinata est. At, cur tandem haec deblateras? inquit. Idcirco dumtaxat, quia dum verso Bernense exemplar Pithoeanae editionis (Lutetiae MDLXXX.) istarum declamationum occupatus in Taciti dialogo de oratoribus ab incredibilibus corruptelis nuper illatis accurate repurgando, incido in *Almari* RANCONETI, Iureconsulti Burdigalensis, viri acutissimi emendationes a Bongarsio margini adscriptas; e quibus quae maxime memorabiles videbantur, hinc in usum futuri editoris excerpti. Insunt in iis nonnullae, quas Aerodius iam habet in margine, aliae, in quas postmodum, ut fit, inciderunt itidem Schultingius et Gronovius, quae fortuita consensio magnum semper est veritatis argumentum; aliae denique adhuc incognitae; quarum omnium documentum hoc quaecunque exstare volui, horas dum aliquot subsecivas ipsis declamationibus Quintilianicis non sine fructu insumo. Accipe ergo haec, mi Madvigi, et, si placet, horis item subsecivis diiudica. Ad alia enim utrumque nostrum vocat et studium et brevissimum vitae spatium.

Ed. Pith. Ed. Burm.

- | | | |
|--------|---------|--|
| p. 28. | p. 456. | virgines competebant] Ranc. <i>virgines complures petebant</i> |
| 29. | 457. | plus saepe] Al. <i>plus semper</i> |
| » | » | nobis adfert] <i>nobis adferet</i> |
| » | » | tum omnium, quas singulis facitis, iniuriarum] <i>tum omnium, quam singulis facitis, iniuriae.</i> |
| » | » | istius etiam moror] <i>istius immoror</i> |
| 30. | 458. | Comitia nostra] <i>Comitia vestra</i> |
| 31. | 459. | respiciunt] <i>recipiunt</i> |
| 34. | 461. | causas habeat] <i>c. habet</i> |
| 35. | 463. | apud quos dicit] <i>a. q. dicite</i> |
| » | » | periculosus] <i>privatis</i> |
| 36. | 464. | nec enim scriptum] <i>n. e. secretum</i> |
| 38. | 465. | pietatem in causa] <i>pietatem causam</i>
Ranc., ut Schulting. |

Ed. Pith.	Ed. Burm.	
p. 38.	p. 464.	litem iniustam conditione] <i>l. iniusta c.</i> , rursus ut Schulting; et Gronov. p. 502.
69.	495.	sententiam formabit] <i>sententia forma-</i> <i>bitur</i> ; quod tribuitur Brissonio.
„	„	in qua malint] <i>in quam m.</i>
72.	497.	ceterum quidem] <i>ceteroquin</i> ; quod af- fert Pith.
76.	501.	quomodo in ceteris] <i>quum in c.</i> Ranc., ut Schult.
„	„	quis tamen] <i>quis tum</i>
„	„	hoc esse pro re publica] <i>hoc esse pro</i> <i>civitate, esse pro re publica</i>
78.	503.	ac potestati] <i>ac populi potestati</i> ; pror- sus ut Gronovius.
„	„	adhuc animi] <i>adhuc inimici</i>
80.	504.	Illic mihi] <i>Illinc mihi</i>
„	„	has inimicitias] <i>hae inimicitiae</i>
83.	508.	ad formam] <i>ad formulam</i> , ut margo Aerodii.
85.	510.	consolaberis] <i>consuleris</i>
90.	514.	frequenter etiam honestissima] <i>fr. cau-</i> <i>sam honestissimam</i>
95.	519.	et idem] <i>et item</i>
98.	521.	non inde ceciderunt] <i>non impune ceci-</i> <i>derunt</i>
100.	522.	dolore multo] <i>dolore invito</i>
104.	526.	Ponamus cet.] <i>Ponamus enim debito-</i> <i>rum sine sponsore rationem: ut opi-</i> <i>nor, detracto aere alieno cet.</i>
109.	531.	ad delictum] <i>ad vindictam</i>
132.	552.	ius sacerdotis] <i>ius sacerdotii</i>
„	„	quam sacerdotis] <i>quam sacerdotii</i>
171.	590.	non casu eos] <i>non casu duos?</i> Al. nos. Fortasse: <i>binos</i>
172.	„	et istas innocentes manus committite] Al. <i>mitis</i> (pro <i>committite</i>). Fortasse: <i>et</i> <i>istas innocentes manus committis</i>

Ed. Pith.	Ed. Burm.	
p. 185.	p. 604.	potest videri novitium] Al. <i>non vitium</i> . Ranc.: <i>non ultimum</i> .
186.	»	posteriore testamento] Al. <i>primo</i> . Ranc.: <i>postremo</i> .
»	»	non esse velut testamentum] <i>n. e. ulti-</i> <i>mum t.</i>
187.	605.	ut proxima] <i>ut postrema</i>
196.	615.	apud nos nihil nostro animo] <i>apud vos</i> <i>nihil vestro animo</i>
203.	621.	Est autem communis cura aliis contro-
		versiis] <i>Est autem commune cum aliis c.</i>
204.	622.	Furore] <i>hic furore</i>
208.	625.	iam prompta] <i>iam propria</i>
»	»	ut natura dignum sit] <i>ut n. d. est</i>
»	»	quam mirum esse aliquem qui pereat (sic Pith. Burm.: qui deserat] Al. <i>qua</i> Al. <i>nimirum</i> . Ranc.: <i>quia nimirum</i> <i>esse aliquem oportet qui pereat</i> .
»	»	Non utique periit lex: quare?] <i>Non</i> <i>utique contra legem peto</i>
209.	627.	Erratis] <i>Errastis</i>
211.	628.	si contigisset felicitati] <i>si c. civitati</i> Ranc., ut postmodum Gronov.
212.	629.	In eo quod quaerimus cet.] <i>In eo quod</i> <i>quaeritur, quid sit dementia, definit</i> <i>et cet.</i>
»	»	quo reus Pith. quod reus Burm.] <i>qui</i> <i>reus</i> Ranc.
213.	»	separata] Al. <i>separatim</i>
215.	631.	tam inimicus fuit cet.] <i>tam inimicus rei</i> <i>publicae fuit, ut periclitari eventu</i> (deleto <i>ex</i>) <i>pugnae unius civitatem</i> <i>suam vellet</i> . Ranc. Praestat Gronovii ratio: <i>tam iniquus - - civitatem sum-</i> <i>mamque rem publicam v.</i>
217.	633.	iaceat in turba] Al. <i>iactat</i> . Ranc.: <i>iactatur</i> , ut Aerodius.

Ed. Pith. Ed. Burm.

- p. 219. p. 634. Ante omnia cet.] *Ante omnia enim testamento non est cautum, quod solvam*
221. 637. dilationis] *delationis*
- » » hic infamiae vides poenam] Al. *infamia*
Ranc.: *hic infama*; (verb.) *vides p.*
223. 638. propositorum animorum] *propositum animorum*
246. 659. serit virtutum] Al. *sedit*. Ranc.: *dedit*
262. 674. iustum debet cet.] *ius tum debet iudex sequi proximum.*
264. 676. necesse sit] *necesse esset*
265. 677. licebat, constituitur] *l., constituetur*
» » neque ideo conscripta] *neque ideo non conscripta*
267. 678. si alterum occisuri] *sed alii te occ.*
269. 681. qua rerum] Al. *quam r.* Ranc.: *quantum*
» 682. quanto istud] *quanti i.*, ut Schulting. et Gronov.
279. 691. ille iuvenis] *ille et iuv.*
280. 692. Ira actus me in] *Mirantur me*; ut de Brissonii sententia Aerodius.
281. 693. antequam adulterum] Al. *adulterium*
» » sine ulla conventionione] *s. u. conditione*
» » sed quatenus] *sed quando*
» » Stari voce mea sit aequum conventionione
pactorum. Quod quale fuit?] Al. *iure*
- - *actum*. Ranc.: *Stari in re mea sit aequum conventionione. Pactum porro quale fuit?*
283. 694. quin dicturus fuit] *q. d. fuerit*. Ne illum quidem soloecismum emendavit Burmannus.
- » 695. Num alioqui] *Num alicui*
- » » parte agri mei] *parte agri mea*
299. 710. id scribere] *ita scribere*, ut postea Gronov.

Ed. Pith. Ed. Burm.

- p. 303. p. 714. quo partem] *quod partem*
 328. 740. ut pecuniam cet.] *ut petitor excidisse*
formula, quum aliter, quam potuerit,
egerit, dicatur. (fere ut Brissonius.)
 345. 755. Horum enim primum cet.] *Horum enim*
trium (ut Aerod.) *iam verba signavi:*
illorum quattuor aequae signabo?
 (Vide, ne hic quoque ut alibi v. c.
 apud Tacit. *Dial. de Or.* 16 et 23 leg.
 sit *significavi - significabo.*)
 346. 756. corpus efficeres] *corpus efficerent*
 363. 773. Quidni non abdicaret] *Quid abdicaret*
 „ „ gravet in parricidium causa] *graves*
(verbum) in parricidii causa
 364. „ ad preces decurrere, non ad venena]
Al. advena. Ranc.: ad preces decurrere
non audeo; prorsus ut postea Gronov.

Manibus meis trivi illud quoque Bernense exemplar editionis Aërodianae Parisiis MDLXIII., in quo summus Cuiacius margini adscripsit permultas correctiones tum ex Pithoei editione, tum e Codice aliquo, ut videtur, tum ex proprio ingenio petitas. Ex utraque cura vides, Madvigi, quanto opere divini illi Sec. XVI. Icti desudarint in isto qualicumque scriptore legendo atque emendando; unde minus etiam, cur nunc tam neglectus iaceat, intelligo. Certe uterque liber Bernensis futuro editori minime erit negligendus. Ego vero ad alia nunc propero.

Ex quo autem haec, tardantibus saepe operis, typis exscribi coepta sunt, duo pergrata mihi oblata sunt munera. Primum, mense Aprili haec mihi scripsit I. Bake, Vir Clarissimus: „Quum superiori anno afferretur Madvigii Epistola critica scripta ad te, statim et agnovi libri praestantiam et quam possem diligentissime de eo in quinto volumine Bibliothecae referendum esse iudicavi. Feci, et censura superiori aestate conscripta sub huius anni initium exiit in quinti Voluminis parte prima, quam in Helvetiam missam esse spero.” (Ego

nondum vidi.) Feci tum mentionem Codicis Leidensis, de quo saepius verissime suspicatum esse Madvigium ostendi, dixique me istius Codicis cum Regio comparandi collationem tibi destinare mittendam. Et sane praeter illas Verrinas et Divinationem insunt aliae orationes haud sine fructu a me collatae. Quantum eius absolvi nunc non mittam ad te, sed ipse afferam." Quod insperatum donum gratissimo nunc animo exspecto. Paulo post accepi novam et accuratissimam collationem Codicis Regii ipsius ab erudito iuvene Hanhartio, Basileensi, intercedente Gerlachio meo, institutam. Ita, spero, fiet, ut omnia dubia, quae adhuc remanebant, de eius lectione amoveantur, satisque sit fundamenti, cui innisus potero, quoad nunc licebit, emendare Verrinas; qua in re permagnum semper erit meritum et Bakii et tuum, mi Madvigi. Multa et praeclara exspecto item a Zumptio, cuius cura nondum ad nos allata est. Haec scripseram Kalendis Iuniis MDCCCXXX.

His ipsis autem diebus felici itinere quum huc advenissent VV. CC. Bake, Geel et Hamaker insigni benignitate usus Bake iam meus attulit mihi accuratissimam collationem Cod. Leidensis Verrinarum de signis et de suppliciis aliarumque nonnullarum orationum Tullianarum; pluraque etiam tres illi viri optimi atque humanissimi mihi polliciti sunt, ita ut, quod vix sperare ausus eram fore, ut unquam mihi recluderetur aditus ad Leidensis bibliothecae thesauros, post hoc sincerae amicitiae foedus in initum pro certo iam magna mihi subsidia inde ventura promittere possim iis, qui meliora in dies de Cicerone meo merito et postulant et exspectant. Latissimus enim adhuc patet eampus emendandi ea, quae aut deliqui imprudens aut melioribus adiumentis etiam tum destitutus, corrigere non potui. Inter felicissimos autem et iucundissimus vitae meae dies post eos, quos cum Wolfio et Hermanno transegi, hos numero, quibus una fui cum Bakio, Geelio, Hamakero. „*Manibus date lilia plenis* talibus diebus vos, o Parcae, vitae deae:" sic, novo utique significato, mihi est precandum. Speciminis autem gratia dabo

propediem selectas aliquot Ciceronis orationes, in quibus Verrinam illam utramque, scholarum in primis usui accommodatas.

Alterum est, quod supplementi loco hîc adiungere iuvat. Videlicet quum strenua cum cura Gerlachius meus iam designatus bibliothecarius, denuo quaesisset codicem Arateorum Caesaris Germanici cum vetere Scholiasta*), tandem eum reperit mihiq; illico Turicum transmisit. Scriptus est seculo IX. vel X. ineunte, forma quadruplicata, fol. XLV.; tribus paginis dumtaxat scriptura, quam vocant Anglosaxonicam, reliquis Langobardica. In fine haec leguntur a manu longe recentiore: „Honorabili Domino ac patri suo (sequitur nota mihi aequae inextricabilis ac Faeschio, pristino huius Cd. possessori) Fuld. Eccl. abbati . . . Decanus totusque eiusdem Eccl. conventus paratam ac devotam obedientiam:” ex quibus coniectura fieri potest eum in monasterio Fuldensi exaratum vel certe aliquando asservatum esse. Insunt figurae constellationum rudi artificio delineatae, ita tamen ut manifesto vestigia retineant imitationis antiquissimarum picturarum, quibus iam apud ipsos Romanos, ni fallor, solebant exornari ista Aratea. Ex horum autem lectione Fulda-Basileensi studiose enotata perspexi multa iam emendari posse in corruptissimo etiam nunc poemate, meliore utique sorte perquam digno; idque aliquando praestare conabor, quum inspexero etiam Cdd. Bernensem et Einsiedlensem. Maximum autem pretium Cd. Basileensis in eo continetur, quod habet versus a Burmanno solo editos. Iam vero quod ad Scholiastam attinet, hic Códex per totum scriptum rursus permultum differt et a Cd. Leidensi et a vulgata et ab Epitomis Sangallensibus ac Turicensi: modo brevior est vulgata, modo longior atque uberior; et in iis quoque quae communia habet cum vulgata saepissime verba ipsa atque eorum ordo ab illa differunt. Speciminis loco hîc

*) In Haenelii V. C. *Catalogis Mss.* p. 658. b. mire sic notatur: „Claudii Caesaris, Germani, versio Horatii c. comm.; membr.”

caput XI. exhibeo consulto servatis omnibus ipsius Cd. erroribus :

Recensio Schaubachii :

Ad adspectum [autem] Bootis Virgo constituta est, [quae Eri-gone dicta est] quae inter Leonem et Libram in zodiaco locum tenet. Hanc Hesiodus Iovis et Themidis filiam esse dicit, nomine Iustitiam¹. Hunc secutus Aratus dicit, quod, quum esset immortalis in terra² morabatur et, a virorum aspectu se subtrahere solita, cum feminis consulto ludere et conversari videbatur, et ab iis Iustitia vocabatur³ et nondum inter homines nequitiam neque navigationem fuisse, sed illam [in terris moratam] aequitatem hominibus praestitisse eo saeculo, quod aureum dicebatur. Sed postquam insecuti homines ab aequitate recesserunt⁴, illa cum iis minus⁵ conversata est; postquam vero hominum mores in deterius versi sunt, in toto⁶ se e terris abstulit et in ea parte caeli habitavit, quae et nunc moratur⁷. Nonnulli dicunt eam⁸ esse Cererem, eo, quod spicas teneat, alii Atargatin, quidam vero Fortunam⁹. Nigidius de Virgine ita refert: Virginem Iustitiam dici sive Aequitatem, quae ab hominibus recesserit et ad immortales merito transierit. Nam, quum inter mortales conveniret, omnibus locis conciliabulisque solitam consistere et praecipere hominibus, ne temere a iustitia et aequitate discederent, eosque, quamdiu¹⁰ monitis eius obedirent, diu in vita sine cura et sollicitudine futuros; sed, quum negligentius aequitatem observantes in insidias declinarent cupiditate¹¹ et avaritia alter alterum deciperet, ab hominibus discessisse et digna caelesti numero immortale praemium

Codex Basileensis :

Absunt haec: Ad adspectum - - - locum tenet. a Cd. Basileensi.

Hanc hesiodus iovis et themidis filiam esse nomine iustitiam quae cum mortalibus in terris morabatur virorum aspectu se abstinere solitam cum feminis consultam ludere nondum inter homines nequitiam neque navigationem fuisse sed omnia terra morata vitam alere aequitatemq. eis praestitisse eo saeculo quod aureum dicebatur sed postquam minutae quiescent homines minime cum eis conversatam postquam vero hominum mores in deterius versi in toto se e terris abstulit et in ea parte caeli habitavit qua et numeratur alii dicunt eam esse cererem quod spicas teneat alii atargatin alii fortunam ob quam rem sine capite astris refertur. Nigidius de virgine ita refert virginem iustitiam dedici sive aequitatem quae ab hominibus recesserit et ad immortales merito pervenerit. Cum inter mortales conveniret omnibus locis conciliabulisque solitam consistere et praecipere hominibus ne temere ab aequitate atque iustitia discederent quam diu mortales monitis obedissent tamdiu vitam sine cura ac sollicitudine futuros sed cum negligentius aequitatem observarent insidiasque declinassent cupiditate et avaritia alter alterum deciperent ab hominibus dis-

pietatis possidere¹². Habet autem stellas in capite unam nimis obscuram¹³ (propter quod sine capite astris infertur¹⁴) in singulis humeris singulas, in unaquaque ala [obscuras] duas; ex iis¹⁵, quae sunt in dextra ala a parte humeri, est clara una, quae vocatur Vindemiator; in¹⁶ singulis cubitis singulas; illa, quae dextra, clarior est et vocatur Spica; in tunica obscuras sex; in singulis pedibus singulas. Sunt omnes decem et novem.

1) *Editio princeps*: iustam
 2) in terris 3) iusta vocatur
 4) diminuti homines a veritate quieverunt 5) cum eis minime
 6) versi in toto 7) qua enumeretur 8) Nonnulli autem eam
 9) Fortunam pro eo quod sine capite astris infertur 10) discederent: qui quamdiu 11) observantes declinarent insidiisque cupiditate 12) possedit. *Quae in Cd. Basileensi sequuntur de Icaro et Erigona simillima* Hygini Fab. cl. *absunt ab Editione principe et Schaubachii recensione.*
 13) obscuram nimis unam
 14) *Omittit h. l.* propter quod sine capite astris infertur *Ed. princeps.* 15) ex eis 16) clara una; et in *cet.*, *omissis verbis*: quae vocatur Vindemiator. — Ex toto hoc specimine rursus vides, mi Madvigi, qua libertate in constituendis libris scholasticis, qualis hic sane fuit, posterioribus Romani imperii temporibus versati sint ludorum magistri, pro suo arbitratu multa omittendo, immutando; ita ut felices nos praedicemus necesse sit, quod in scriptores longe praestantiores, Ciceronem, Sallustium, Livium, qui tamen non minus in scholis tractabantur, eadem licentia grassata non est. Quae quum mecum reputo, fit interdum, ut non longe

cessisse digna caelesti numero immortale praemium pietatis possedit sunt qui aliter memorent erigonen atheniensem micari filiam fuisse quod cum liber inventum suum vinum suavitate inter mortales inlustraret veritum ne cum civibus suis obtulisset et saporis nobilitatem aebrietatem iocunditatis arbitrarentur maleficium persuasit icario amiccissimo sibi ut is inferret in civitatem quam vellet hoc est vinum quod est libens animo icarius tulit et distribuit in attice hi capti nobilitate vini languore subito vacillantes veriti ne non augendae voluptatis sed inminuendae valetudinis id est sensum sibi sublatum commoti vino praecordiaque transpulsi icarium interfecerunt quod pro iucundissimo praemio est adeptus contra morem patris erigone cum miserando ululatu mortem requirens canis leni vestigio eam accensam ad matris corpus perduxit quae eius corpus sepelit ipsa quae se in hymeto monte contulit tibi que sibi laqueo mortem adscivit tum dicitur liber a iove petisse propter quod icarius pater erigones fuisse siderum signis nobili daretur ad ea quae virgines athenienses quotannis diem festum instituerunt aras quos nos latine dicimus ideo quia illam pendentem qui iactari conspexerunt quod est apud grecos *ΦΕΡΕΚΕΜ* ex quo factum est ut solioscillo lactarentur homines carius autem pater virginis nominatur stella arcturus quae cum exoritur spurcissimas tempestates mari terreque efficit quod meminit sibi pro beneficio exsistium fuisse a mortalibus. canis autem carii qui ululans ante pedes pendentis virginis mortuus est astrum cyon nominatur quam nos canstellam (*a sec. m.*: canis stellam) nominamus qui ob can-

abhorream a Klinkhameri sententia Querolum nostrum a Scholastico aliquo ex ligata in solutam orationem consulto esse conversum: quamquam etiam nunc sunt quae vetent, quo minus hanc opinionem omni dubitatione deposita sequar. Attulerunt autem nunc mihi praestantissimi illi Batavi amici Bake, Geel, Hamaker, Klinkhameri Querolum. Ipsi Klinkhamero summas gratias ago; eumque, strenue ut pergat in haec studia incumbere, ultro exhortor. Ingenium certe ei minime deest.


dem causam qui exoritur summam pestilentiam mortalibus portat virgo figuratur stellis .xviii. in capite obscuram nimis .I. in singulis umeris singulas in sinistra ala obscuram. In dextra abumeris et ad altera Inna vocatur protrygeter in singulis cubitis singulas In singulis manibus in ultimis primis In sinistra clariora quod vocatur spica in tunica stellae obscurae sex in singulis pedibus singulae summa xviii.

Quod pag. XIV. scripsi a *Notkero*, velim emendes: „ab Ekehardo primo.” Utrumque Sangallensis monasterii incolam imprudens confudi. Pag. XXV. gratam mentionem inieci doctissimi et in me benignissimi Muenteri, qui etiam tunc, quum illa scripsi, inter vivos versabatur iamiam disciplinis ereptus, nobis lugendus. Ave, anima pia!

Tu autem, mi Madvigi, vale et me ama.

Scribebam Turici, Kalendis Octobribus. MDCCCXXX.

DIS. MANIBVS
ET
AETERNAE. SECVRITATI
CAROLI. BEIERI
CRITICI. CICERONIANI
IO. CASP. ORELLIVS
AMICVS
S. T. T. L.



M. TULLII CICERONIS

ORATOR AD M. BRUTUM.

„Potest non solum aliud mihi ac tibi,
sed mihi ipsi aliud alias videri.”

Orator. §. 237.

LECTORI BENEVOLO S. D. EDITOR.

Duplex Codicum Oratoris esse genus, alterum mutilorum, integrorum alterum primus, quod sciam, animadvertit Lagomarsinius, in Bandinii *Catal. Codd. Lat. Bibl. Med. Laur.* Tom. 2. p. 494. „Integros quidem, pergit, qui ullam satis insignem antiquitatem prae se ferrent, hoc est, qui ante seculum XV. scripti viderentur, nullos usquam neque a me repertos, neque a Victorio potuisse reperiri confiteor.” — Scilicet eam ob causam, quod eo demum seculo integer Orator repertus est. „Rem narrat, (verba sunt Lagomarsinii) Blondus Foroliviensis in *Italia illustrata* pag. 346. *Ed. Basil. 1559.*: „Gasparinus (Barzizius) Bergomensis, grammaticus rhetorque celeberrimus, Venetiis meliori solito doctrina nonnullos erudit, plurimos ad ea imitanda studia incitavit - - quum Philippus, Mediolanensium Dux tertius, Gasparinum Bergamo subditum hominem invitum Mediolanensibus edocendis Padua et Venetia evocavit; ubi id maxime adiumenti studiis eloquentiae attulit, quod repertus Laudae a summo viro Gerardo Landriano, tunc ibi Episcopo (gessit autem Laudensem episcopatum Landrianus, auctore Ughellio, ab anno MCCCCXIX. ad MCCCCXXXVII.) multis maximisque in rudibus codex Ciceronis pervetustus et cuius literas vetustiores paucissimi scirent legere, ad eius perveniens manus interitum evasit. Continebat is Codex

praeter Rhetoricorum novos et veteres, qui habebantur, tres quoque de Oratore integerrimos, Brutum de oratoribus claris et Oratorem ad Brutum M. Tullii Ciceronis. Unde liberatus est bonus ipse vir Gasparinus ingenti, quem assumpserat, labore supplendi, quoad poterat, librorum de Oratore defectus, sicut diu ante in Quintiliani Institutionibus multo labore suppleverat. Et quum nullus Mediolani esset repertus, qui eius vetusti codicis literam sciret legere, Cosmus quidam egregii ingenii Cremonensis tres de Oratore libros primus transcripsit: multiplicataque inde exempla omnem Italiam desideratissimo codice repleverunt. Nos vero, quum publicis patriae tractandis negotiis adolescentes Mediolanum adissemus, Brutum - - primi omnium mirabili ardore ac celeritate transcripsimus; ex quo primum Veronam Guarino, post Leonardo Iustiniano Venetias misso, omnis Italia exemplis pariter est repleta. — Nec vero est, cur de huius narrationis veritate quidquam dubitemus, etsi falsa quaedam in ea inesse suspicatus est Ernestius tum in *Praefat.* p. XIII., tum in *Fabricii Bibl. Lat.* T. 1. p. 148. seqq.; quamquam in Barzizii Epistola (*Opp.* p. 215.) de unius Oratoris exemplo „pro illo vetustissimo ac paene ad nullum apto” Gerardo Landriano remisso sermo est. Certa enim res est nec Bruti Cdd. antiquiores exstare nec vero librorum de Oratore integrorum: qua de re omni consule Lagomarsinii eruditam disputationem l. l. Constat autem Oratorem repertum esse ante annum MCCCCXXXIII., quum hunc annum prae se ferat *Plut. L. Cd.* XVIII. (*Bandini* l. l. p. 510.) Mutili vero Cdd. adhuc noti ultra Sec. XIII. non ascendunt; quippe quum antiquissimus inter omnes — mihi notos semper dico — sit Mediceus *Plut. L. Cd.* I. Sec. XIII. deinde Gud. 2. Eberti 201. sive Schuetzii Gu. 3. Sec. XIV. in Gallia exaratus; denique Ambrosianus *Part. infer.* E. 81. item Sec. XIV. Duo alii mutili Ambrosiani *Part. sup.* E. 127. et O. 158. ambo sunt Sec. XV. Iam truncis his Cdd. desunt omnia a §. 1 — 91. aliquantoque robustius; pro quibus habent

multoque robustius, Erlangensis habet haec ipsa duo verba, sed post haec casu quodam, ut opinor, evulso folio in eius archetypo, perguit inde a §. 100. extremis verbis *subtiliter et magna*; (hi Cdd. *subtiliter et alta*.) Deinceps habent omnia usque ad §. 191. *Quod enim*, quae sine ullo defectus indicio statim excipiuntur verbis §. 231. *in eodem semper versetur* usque ad finem. Ex uno igitur eodemque Cd. antiquissimo sic mutilato hi omnes manarunt.

Ex Laudensi autem Cd. duplex rursus ortum est genus Cdd.; nam vel integra describebant apographa scholae Barzizianae, vel eo contenti erant, ut supplerent defectum utrumque Cdd. mutilorum ex integris; cuius generis pro certo novimus ipsum illum Cd. Medic. *Plut. L. Cd. I.* partim Sec. XIII. partim in capitibus scil. Laude repertis Sec. XV. exaratum. Quid? quod mature iam videntur e mutilis receptae esse lectiones in integri apographa, eodem fere modo quo critici recentiores utrumque genus permiscuerunt.

Iam Codd. mutili, sed nunc certe, deperdito iam Cd. Laudensi, antiquiores, adhuc hi sunt collati:

1. Vetus Caroli Stephani in eius Ed. 1555. admodum diligenter excussus.

2. Erlangensis a Beiero accuratissime collatus ad Meyeri editionem; quo Cd. ego primus usus sum; atque ita quidem, ut ex integra eius lectione primum manifestata sit tota horum ipsorum Cdd. indoles, quae ex eclogariis perspicui nunquam satis potest. Eam autem ipsam ob causam universam eius varietatem in fine Oratoris exscripsi.

3. Gu. 2. Eberti 201., cuius multa excerpta dedit ex Heusingeri collatione Schuetzius in Ed. maiore. Ipsi est Gu. 3., ut supra adnotavi; sed insigni errore, in Capitibus I.—IV. e Gu. 3., qui iis caret, affert lectiones aliquot: ibi igitur substituendum erit pro *Gu. 2. 3.*: *Gu. 1. 2.*

4. 5. 6. Excerpta admodum pauca Cd. Pithoeani, qui idem videtur cum Vetere Stephani; item Palatinorum

duorum, primi et secundi, apud Gruterum: quibus addendi sunt Cdd. aliquot Lambini; complura enim is ex interpolatis ascivit. Habebat tamen etiam unum alterumve integrum.

Codices autem integri, quibus uti potuerunt Critici inde a Grutero, hi sunt Seculi omnes XV.:

1. Einsiedlensis chartaceus forma quadruplicata, scriptus intra annos MCCCCXL. et MCCCCCL. ab Alberto de Bonstetten*), illius Monasterii Decano, quem ex summa benignitate Illustrissimi Principis Abbatis Coelestini et Reverendissimi Meinradi Kaelinii domi meae summo cum otio conferre potui. Continet is complura Opuscula et Epistolas Francisci Petrarcae; duas Controversias sive Invectivas Sallustii et Ciceronis; Praecepta et Institutiones rhetoricas Casparini Pargamensis (*sic*) i. e. Gasparini Barzizae s. Barzizii Bergomatis; Epistolas scholasticas incerti scriptoris Seculi XV., Epistolas aliquot Plinii, Epistolam Plutarchi ad Traianum imperatorem (ex Ioannis Sarisberiensis *Policratici Lib. V. Cap. 1.* cfr. Fabricii *Biblioth. gr. ed. Harles. Vol. 5. p. 192.*) M. Tullii Ciceronis de Inventione Lib. II., item ad Herennium Lib. IV. „Ao. Dni. 1442. die 7a. Ianuarii Indict. 5. Concilii Basileensis anno VI.” (Haec de solis his libris de Inventione et ad Herennium valent: non

*) „*Der Dekan Albert von Bonstetten war von der Linie der Bonstetten, welche sich zu Bern niederliess, um die Mitte des XV. Jahrhunderts. Sein Vater hatte die Tochter des Schultheissen Adrian von Bubenberg geheirathet. Bei Kaiser Friedrich III. und Maximilian I. stand er in Gunsten; er erhielt den Titel Comes Palatinus und kaiserlicher Capellan. Man hat von ihm eine ungedruckte Descriptio Helvetiae, welche auch viele historische Nachrichten enthält. Siehe Hallers Schweizerbibl. I. N. 669. Ein Auszug daraus steht im Schweizerischen Museum, December 1783. Seine Historia Austriaca ist nach dem Geschmack der Zeit mit genealogischen Fabeln angefüllt. Eine Geschichte des Burgundischen Krieges beendigte er 1477., also gleich nach dem Ende des Krieges. Haller Bd. V. N. 206. Man hat auch einige Heiligengeschichten von ihm. Ueber seine Bildungsgeschichte ist nichts bekannt. Er lebte noch Anfangs des XVI. Jahrhunderts.*” Haec debeo amicitiae optimi collegae, Henrici Escheri, V. Cl., Professoris Historiae nostro in Carolino.

enim uno eodemque anno omnia, quae Cd. continet, scripta sunt.) Epistolam Petri Pauli Vergerii de Iustinopoli ad D. Lodovicum Imolae Dominum; Partitionem philosophiae et scientiarum ad eam spectantium; M. Tullii Ciceronis de Oratore librum; eiusdem Paradoxa; Collectionem Proverbiorum quorundam Hinemari; Franc. Petrarchae de conflictu curarum suarum librum; Notamina quaedam ad Graecam linguam scripta per Albertum de Bonstetten.

Iam quod ad Oratorem attinet, codicem istum Einsiedlensem omnium adhuc collatorum optimum esse diuturno usu comperi: ubique enim fere praebet meliores lectiones a Meyero primum repertas praesertim in Vitebergensi, nonnullas habet suas et proprias merito vulgatis anteferendas, et liber est tum a glossematis, tum a multis imperitiae erroribus, qui deformant vel ipsum Vitebergensem, nec unquam declinat ad genus illud mixtum, cuius exemplar exhibet Dresdensis. In eo uno postponendus est Vitebergensi, quod nimis pronus est in omitenda et singula vocabula, quae minus necessaria fortasse videbantur scriptori ceteroqui admodum perito, et versus integros maxime inter eadem vel similia verba. Errores autem, quos proprios habet Einsiedlensis, eiusmodi sunt, ut neminem facile decipere possint, unde consulto pleraque eius generis reieci in varias lectiones separatim ex eo enotatas: e quibus, ut id quoque significem, collata Meyeri editione, id praesertim apparebit, ubi in pravis lectionibus consentiat aut cum Cdd. et Edd. vett. ab illo collatis, aut propriis, ut fit etiam in optimis Cdd., erroribus sit inquinatus. Iam vero, quum eodem in Codice insit Gasparini Barzizae Rhetorica, admodum probabile est, Tullii quoque Oratorem hunc ductum esse ab Alberto de Bonstetten e scholae Barzizianae exemplari sincero, ab aliquo Barzizae discipulo non sine cura exarato. Barziza autem mortuus est Anno 1431.

2. Einsiedlensi proximus est bonitate, in nonnullis, ut significavi, praefendus etiam Vitebergensis, scriptus Romae anno 1432., id est, decem circiter annos post

inventum ἀρχέτυπον Laudense. Pauca habet glossemata et ea maxime Einsiedlensis ope facile agnoscenda, sed longe minus peritus Latinaeque consuetudinis gnarus fuisse videtur scriptor Milo de Carraria Patav[in]us ex Magnatum genere, quam Albertus nostras. Negligenter Cd. Viteb. contulit Ernestius; accuratissime Meyerus.

3. Monacensis Seculi XVI., scriptus, ut perhibent, in usum Petri Victorii, sed admodum negligenter ac vitiose. Nullam propriam habet auctoritatem; adminiculi dumtaxat instar mihi fuit ad melius perspiciendam Cdd. integrorum indolem.

4. Oxoniensis, negligentissime collatus, ita ut ex silentio Editorum singulis in locis nihil omnino colligat.

5. Dresdensis, diligenter collatus a Meyero. Est ex eo genere mixto, quod in multis a nescio quo immutatum videtur e lectione Cdd. mutilorum; magna igitur cum cautione eo utendum esse vidi nec facile adductus sum, ut ex eo solo quidquam novarem.

6. 7. Excerpta Gud. 38., Eberti N. 200., Schuetzii Gu. 4., et 12. 13. Aug., Eberti N. 199., Schuetzii Gu. 2. non excurrunt ultra Cap. XXVII. Nam quod pag. 197. Schuetzius laudat Gu. 2. merus est error typographicus. Ad reliquam huius libri partem perpauca lectiones Gud. 38. exhibet Schneiderus in Epistola ad Langerum Wetzellii *Bruto* praemissa.

8. 9. 10. 11. 12. Excerpta pauca Cdd. Memmiani et Palatinorum quattuor (3. 4. 5. 6.) apud Gruterum. Memmianus idem fortasse fuit cum uno eorum, quos aliquoties laudat Lambinus.

Praeterea memorantur Cd. Borromaei a Manutio; Cd. Lovaniensis „optimus” a Lipsio *Var. Lectt.* 2, 7. et Carrione *Antiqq. Lectt.* 2, 12.; Cd. Alexandri Glorierii a Mureto *Var. Lectt.* 12, 20.; Cd. Harleiensis apud Pearceium Oliveti ad §. 80.; Cdd. Goerenzii V. C. *de Finn.* 3, 2, 4.; Cdd. aliquot Regii apud Leclercquium; de quorum paucissimis excerptis nullum iudicium ferre audeo.

Iam, ut de diversa duplicis istius Cdd. generis indole disputemus, manifestum est Cdd. mutilos omnes ita inquinatos esse interpolationibus consulto factis, ut vix decem verba deinceps legantur, in quibus non eiusmodi corruptela aliqua compareat. Sed duplex rursus est genus huius varietatis; alterum veritatis interdum habet speciem fallacissimam idque antiquius videtur et nescio quo consilio inductum ab aliquo ludi magistro sive rhetore, qui vel emendare elegantio remque reddere ipsum Tullium vel variare saltem eius orationem studeret. Certius tamen ea de re iudicari tunc demum poterit, ubi collatus erit aliquando Cd. inter mutilos antiquissimus Mediceus *Plut. L. Cd. 4.* Sed quatenus has interpolationes nunc novimus, vix tribui possunt Seculo XIII., quo ille exaratus est; verum ad rhetorem aliquem fortasse Gallicanum Seculi quarti aut quinti referendae videntur. Scilicet tale quid

— — *brevibus Gyaris et carcere dignum*

facile in mentem venire poterat hominibus Iulii Victoris atque Pompeii Grammatici similibus. Alterum autem in his Cdd. varietatis genus adeo pravum et vitiosum est, ut sensum prorsus pervertat, adeoque saepe primis grammaticae disciplinae legibus adversetur. Hoc utrum medio demum aevo alius magistri stultitiâ, an librariorum tantummodo stupore in hos Cdd. irrepserit, in medio relinquam necesse est. Nihilominus in quisquiliis istis ineptissimae lectionis insunt aliquot, sed paucae, veri reliquiae vel saltem vestigia, in integris Cdd., ut fit, oblitterata (cfr. §. 94. 118. 237., ut de aliis taceam.) Hi vero, et in primis Einsiedlensis ac Vitebergensis, in plerisque veriore m exhibent lectionem; liberi fere sunt ab interpolatorum ineptiis atque erroribus illis ridiculis, quibus refertum est alterum genus. Attamen id ante omnia tenendum est, ubi in lectionibus aut per se probabilibus aut in talibus, quae ex solis Cdd. pendent, velut varietas inter particc. *et et ac*, *quod et quia*, et ordo verborum, ubi, inquam, inter se consentiunt contra Ernestianam lectionem vulgatam Cdd. vere integri (Eins.

Viteb.) cum Cdd. interpolatis omnibus inter sese simillimis, magnum id esse praeiudicium de vera Ciceronis manu. Vix enim casu existere poterat eiusmodi consensus, sed credibile est Cd. Laudensem ipsum eandem habuisse lectionem cum Cdd. interpolatis, in aliis demum oblitteratam. Sed ab hac consensione, ut ante dixi, excludendus est Dresdensis.

Eo confidentius autem de tota hac re pronuntiare licet, quum Quintilianus 9, 4, 37. inseruerit Oratoris §. 134—139.; quo in loco maxima debet esse auctoritas Cd. Turicensis. Diligenti autem eius examine instituto, reperi hinc quoque confirmari omnia ea, quae supra de indole utriusque familiae Cdd. disserui. Nimirum in plerisque Cd. Turicensis conspirat cum Cdd. integris ac sinceris, in primis cum Einsiedlensi et Vitebergensi; in paucis tamen inclinatur ad lectionem mutilorum et in ceteris vitiatorum; in quibusdam autem solus veram lectionem in utroque genere Cdd. depravatam servavit. Quod ut manifestius appareat, speciminis loco saltem §. 134. et 135. ex utraque lectione comparatas exhibebimus.

Lectio nostra.

Et reliqua ex collocatione¹ verborum quae sumuntur quasi lumina magnum afferunt orationi: sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scenae aut fori appellantur insignia, non quod sola ornent, sed quod excellent. Eadem ratio est horum, quae sunt orationis lumina et quodammodo insignia; quum aut duplicantur iteranturque verba, aut breviter commutata ponuntur, aut ab eodem verbo ducitur saepius oratio aut in idem coniicitur, aut utrumque, aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extremum refertur: aut continenter unum verbum non eadem⁸ sententia ponitur; aut quum similiter vel cadunt verba vel desinunt: aut

Lectio interpolata Erlang.

Et reliqua ex collocatione verborum quae sumuntur quasi lumina magnum afferunt *ornamentum*² orationi: sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scenae aut fori appellantur insignia, non *quia* sola ornent, sed *quia*³ excellent. Eadem ratio est horum, quae sunt orationis lumina et quodammodo insignia; quum aut duplicantur iteranturque verba *omnia*⁴, aut breviter commutata ponuntur, aut ab eodem verbo ducitur saepius oratio aut *in eodem*⁵ coniicitur, aut *in*⁶ utrumque, aut adiungitur idem iteratum (*iteratim* Vet.) aut idem ad extremum refertur; aut *continetur*⁷ unum verbum non *in* eadem sententia ponitur, aut quum similiter vel cadunt verba vel desinunt; aut

multis modis contrariis relata contraria; aut quum gradatim sursum versum¹⁰ reditur; aut quum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur; aut quum aliquid praetereuntes, cur id faciamus, ostendimus; aut quum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes; aut si est aliqua exclamatio¹¹ vel admirationis vel conquestionis¹²; aut quum eiusdem nominis casus saepius commutantur.

Sed sententiarum ornamenta maiora sunt; quibus quia frequentissime Demosthenes utitur¹⁴, sunt qui putent¹⁵ idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem. *cet.*

quum sunt⁹ contrariis relata contraria, aut quum gradatim sursum *versus* reditur (*redditur* Gu. 3.) aut quum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur; aut quum aliquid praetereuntes, cur id faciamus ostendimus; aut quum corrigimus nosmet ipsos quasi reprehendentes; aut si est aliqua exclamatio vel admirationis vel conquestionis; aut quum eiusdem nominis casus saepius *commutatur*¹³.

Sed sententiarum ornamenta maiora sunt; quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco *eam*¹⁶ eloquentiam maxime esse laudabilem. *cet.*

1) *collatione* vitium Eins. et Viteb. casu habet etiam Turic. 2) *ornatum* Turic. et Cdd. sinceri. *ornamentum* interpolatorum ex eorum genere est, quod deceptit etiam Criticos, h. l. Schuetzium. 3) Duplex quia ex eo genere potest censer, quod casu potius, quam certo consilio immutatum est. 4) *omnia* ex interpolatione consulto facta. 5) *in eodem* mutatio prorsus perversa. 6) *in* ex interpolatione repudiata a Turic. Eins. et Viteb. 7) *continetur* ex pessimo errore. 8) *non eadem* Turic. (et alii Cdd. Quintil.) *in* e vetusto additamento inserunt Cdd. etiam sinceri. 9) *quum sunt* interpolatio de industria facta deceptit Stephanum, Lambinum, Schuetzium. 10) Rectiorem scripturam servavit Turicensis. 11) *exclamatio* veram lectionem servarunt Turic. et Cdd. interpolati. Est igitur ex eo genere, ubi sequendi sunt. — *explanatio* Eins. Viteb. 12) *conquestionis* ex mea quidem sententia rectius interpolati et Eins. quam *questionis* (vocabulo nondum satis firmato aliis auctoritatibus) Turic. et Viteb. 13) *commutantur* Turic. Eins. Monac. — *commutatur* perverse Cdd. ceteri et integri et mutuli. 14) *utatus* (sic) Turic. a pr. manu. id est, *utatur* Eins. Dresd. Monac.; Cdd. interpolati et Viteb. consentiunt in *utitur*. 15) *putent* recte ex mea quidem sententia Turic. Eins. et Cdd. interpolati; certe Erlang. — *putant* Ceteri Cdd. integri praeter Einsied. prob. Meyero. 16) *eam* pravâ immutatione Cdd. interpolati. Sic in brevissimo hoc loco omnis generis lectionum habes exempla satis luculenta.

Iam quod ad Editiones pertinet, principes accuratius notae scil. Veneta utraque, Mediolanensis, Ascensiana prima referunt fere Cdd. integros eius generis, cuiusmodi sunt Einsiedlensis et Vitebergensis; etsi in his quoque Editionibus est quaedam licentiae varietas; iam vero sequens aetas Aldinarum, Iunt. Ascens. sec. Cratand. Hervag. Victor. Man. plura praesertim in ordine ver-

borum*) ascivit vel e Cdd. mutilis, vel e mixtis, cuius generis memoravimus Dresdensem; ita tamen, ut insignes illae interpolationes et corruptelae Cdd. mutilorum etiam tunc reiicerentur. Harum ipsarum vero magnam partem non sine gravi detrimento huius libri e Vetere suo primus recepit Carolus Stephanus, maiore utique cum iudicio Lambinus; pleraeque autem earum in marginem reiectae sunt in pessimis illis Repetitionibus Lambinianis, quas festinatâ operâ aliquot in locis refinxit Gruterus partim e Cdd. suis, partim e Victoriana sive potius in rhetoricis ex Rob. Stephani nondum ad Victorianam confirmata editione; Gruteri rursus lectionem tum e Veneta prima et Mediolanensi magis quam e Cd. suo Vitebergensi longe meliore, tum ex ingenio reformavit Ernestius, neglecto tamen prorsus Schirachio, qui, etsi leviter tota re defunctus, aliquot certe in locis veras lectiones recepit e Lambino et Gruteri copiis, ne memoratas quidem Ernestio. Iam vero Schuetzius quum nactus esset collationem Heusingerianam Gu. 3., is ignarus et Veteris Stephani et Lambini, permultas lectiones fallacissimas ab illis iam receptas, tum alias aequè falsas ex eodem fonte haustas, tum suas coniecturas haud paucas Ernestianae lectioni substituit; atque ego ipse, nondum satis perspecta vera Cdd. utriusque familiae indole in prima editione partim a Vet. Stephani, partim a iudicio Stephani, Lambini et Schuetzii me decipi passus sum, ita tamen, ut, vere dicam, maiore certe cum cautione ea in re versarer, quam decessor meus.

Verum inter Editores omnes nemo melius meritus est de hoc libello, quam Meyerus meus, qui collatis tribus Cdd. familiae sinceræ et Edd. vett. quam plurimis, atque

*) Sic Erlangensis collatio et Excerpta Gu. 3. mihi demonstrarunt, ad hoc genus referendas esse v. c. has lectiones Aldinarum, Iu. Crat. §. 140. *laudum mearum.* §. 142. *domus floruerunt.* §. 149. *ut fiat quasi.* §. 155. *consuetudo licentiam.* Sic §. 159. *insana lectio et ne multis quidem* est iam in Mediolanensi, quae ipsa, etsi sinceros Cdd. pressius sequitur, in quibusdam facit cum interpolatis. Interpolationes autem illae haud paucae, quae propriae sunt Aldinae tertiae (1533.), a Viri docti arbitrio potius quam a Cd. aliquo profectae videntur.

subacto iudicio examinatis omni lectionis varietate et coniecturis opinionibusque editorum praecedentium, egregiam nobis obtulit editionem. Palmaris autem illa fuit amici nostri sententia: pag. 57. ad Cap. 29.: „Equidem non audeo fere quidquam recipere e Gu. 3. vel Vet. Steph., (id est Cdd. mutilis sive interpolatis) quum singula prope verba Ciceronis in his Cdd. aut plane perversa aut de industria mutata videantur.” — quibus in verbis involuta est omnis nostra de iisdem Cdd. et de tota huius libri critica ratione disputatio.

Iam quum nactus essem tum praestantissimum illum Cd. Einsiedlensem, tum Schedas Caroli Beieri optimaefrugis plenas cum collatione Cd. Erlangensis ab eodem amico instituta, nihil antiquius habui, quam ut adornarem novam editionem, qua prioris meae errores corrigerentur totusque libellus eum in modum emendaretur, qui, novis subsidiis repertis, merito nunc ipsum requiritur. Duplicis autem generis sunt Schedae Beierianae; elaboratiores alterae meam post editionem conscriptae usque ad Cap. 27., alterae breviores et inchoatae in omnibus magis quam perfectae; dignae tamen semper egregii illius critici et ingenio et doctrina. Optimi autem editoris, Meyeri, rationem nondum habere ille poterat; in multis tamen utrique convenit. Praeterea novissimum editorem Billerbeckium, in multis vel falsis prorsus vel levibus ubi aliquando recto esset usus iudicio, minime negligendum esse duxi: prorsus enim nihil spernendum ei, qui rei ipsi, id est, disciplinae, non personis deserviret, iamdudum perspexeram. Sed in constituenda lectione, quae praecipua pars erat consilii mei, ita nunc versatus sum, ut praeter ceteros Codices sequerer Einsiedlensem ac Vitebergensem ab iisque ibi tantummodo abirem, ubi manifesta id fieri iuberet necessitas. Qua ratione inita factum nunc est, ut mea recensio in rebus maximis minimis ab Ernestiana distet locis fere ccxxx. Et quamvis molesta opera me levasset summa Meyeri industria in conferendis Edd. vett., ipse tamen eas, quae praesto erant, Venetam alteram (1492.), Ascensianam utramque aliasque,

ubi opus erat inspexi, unde supplementa aliquot addita sunt curis Meyerianis.

Id autem consulto spectavi, ut Meyeri cura cum hac mea continenter comparanda esset Ciceronis studioso neque ullo modo illi quidquam detraheretur. Praeclara enim multa habet sua et propria, quae in meam transferri nec poterant neque debebant; varietatem dico integram Cdd. et Edd., locos Rhetorum Graecorum Latinorumque similes, interpretationes locorum difficultium, observationes consuetudinis et grammaticae Latinae; quibus omnibus nemo carere potest, qui huic libello vel accuratius legendo vel interpretando vel rursus edendo operam erit daturus.

In notis Codicum id sedulo cavendum erit, ne quis confundat *Vet. i. e. Veterem Stephani cum Vit. sive Viteb., Vitebergensi.* Ceterae omnes facillimam habent explicationem petendam e Meyeri Ed. p. xix. seqq.

In margine interiore ponitur primum Ernestii lectio literis, quae antiquae dicuntur; tum Lambiniana integra literis inclinatis; cuius duplex est genus: alterum idque sine uncis Editionis ipsius sinceræ 1566. non semper memoratum in margine Repetitionis 1584.; alterum cum uncis et literâ *b.* praeterea notatum huius ipsius marginis 1584., quae rursus exhibet vel ipsas lectiones Ed. 1566., vel Lambini curas secundas (notatas sic: *Lamb.*) vel *Al. „Alii”*, qua sub nota haud raro veniunt lectiones Ed. 1566. a nobis sine () exhibitae nec e margine *b.* bis positae; vel *Fort.* Fortasse; quarum pars certe videntur ipsius Lambini suspiciones nec receptae neque in adnotationibus propositae; vel denique *V. C. i. e. Vetus Codex:* quod genus notavi: *e Cd.*

Quod autem ego ad magis etiam expoliendum hunc libellum praestare non potui, id in eo versabitur, ut ante omnia comparentur plures etiam Codices, unde lectionis veritas in dies magis elucescat amoveanturque errores nobis non perspecti. Praeter ceteros autem digni sunt qui conferantur tum antiquissimus ille Mediceus *Plut. L. Cd. I.*; e quo solo certiore ratione poterit iudicare sequens aetas de interpolationum genere toto; tum is, quem

scripsit Poggius: *Medic. Plut. L. Cd. xxxi.* (*Bandini l. l. p. 516.*) et tertius ille anni *MCCCXXXIII.* exaratus a Iac. Ant. Curlio: *Medic. Plut. L. Cd. xviii.* — Id autem per se intelligitur, omnes meas suspiciones, interpretationes atque sententias de lectionis veritate olim propositas, sed in secundis his curis haud repetitas nunc prorsus a me reiici, etsi id non semper *διαρρήδην* significatum est.

Addenda nunc habeo haec:

§. 26. [*sensim incendens iudices*] Similis est difficultas loci *Caelianae* §. 25. utrum, quod praefero, legendum sit: *oratio ad animos vestros sensim ac leniter accederet*, an *oratio animos v. s. ac l. accenderet*.

§. 32. De difficillimo loco egregie sic disputavit Bake meus *Bibl. crit. novae V. 4. p. 179.*: „In Oratore 9, 31. Cicero, quum prius dixisset nihil a Thucydide transferri posse ad forensem usum, quaerit, *quis porro unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit?* non tamen oratores intelligens, sed dicendi magistros: moneo propter Ernestum, qui secus intellexisse videtur. Nempe quod Cicero affirmat de iis, quos cognovit, nos fere confirmari videmus eorum silentio rhetorum, qui post fuerunt. Sed quae mox dicuntur, ancipitem viris doctis continere sententiam visa sunt, *ibid. 32. nec vero si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, quum praesertim fuisset honoratus et nobilis.* Complures requisiverunt *nomen eius non exstaret, aut non nomen eius exstaret;* quasi hoc voluerit Cicero, etiam si historiam non scripsisset Thucydides, nihilominus exstaturum fuisse nomen eius, nam fuisse honoratum et nobilem. Sed hanc affirmandi formam excludit universa disputatio Ciceronis: *nunquam est numeratus orator: ne nomen quidem eius exstaret, nisi historiam scripsisset.* Minus etiam Orellius probandus, qui sic explicare videtur (*scil. in Ed. mai.*): *quamvis fuisset honoratus praesertim, non exstaret nomen eius, nisi.* Nempe *exstare nomen eius* dicitur, qui ut in hoc genere Thucydides, propter orationis praestantiam laudatur et commendatur in rhetorum disciplina, cuius auctoritas memoratur. Et

certe si nihil scriptum reliquisset, nulli poterant ei honores, nulla nobilitas talem auctoritatem vindicare. Hanc igitur putidam explicationem deseramus oportet. Sensus hunc esse puto: quoniam historiam scripsit, propterea nomen eius exstabat apud rhetores, commendabatur quippe etiam splendore et rerum gestarum fama. Nimirum ex ea negatione, unde orditur sententia, quaeque formam magis, quam id quod enuntiandum erat, attingit, in postremis verbis affirmatio haec intelligenda est, *ut nunc videmus exstare propterea etiam quod honoratus.* — Late patere hanc breviloquentiam pluribus demonstrare exemplis nunc non attinet. Uno defungamur, *pro Milone* 10, 28. de Clodii itinere, *nullis impedimentis, nullis Graecis comitibus, ut solebat* i. e. contra quam solebat: quam negationem pro hodiernarum linguarum consuetudine sic collocaremus: *nec, ut solebat, ullis Graecis comitibus*: similique transpositione cogitanda planius illa intelligentur: *et vero, si historiam non scripsisset, honoratus praesertim et nobilis, nomen eius non exstaret.*”

§. 73. *Magnus est locus hic*] Haud male Giese V. C. ad ll. *de Divin.* p. 244. delendum censet verbum substantivum, retento v. *hic*.

§. 153. Certa sedes verborum καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι est in Euripidis *Hecuba* v. 837., ita ut illa *palm' et crinibus* fortasse desumpta sint ex *Hecuba* Ennii.

Ad *Bruti* §. 167. cfr. de C. Titio Weichertii V. C. doctissimum et eximium opus *de Poët. Lat. cet. vitis* p. 372.


Ibid. §. 180. Weichert l. l. p. 425. praefert vulgaram scripturam *C. Gorgonium* alteri a me e Cdd. de Bentleii iudicio nunc receptae *C. Gargonim*. Equidem hanc etiam nunc tueor partim ob mirabilem consensum Cdd. aliquot *Bruti* et *Horatii Serm.* 1, 2, 27., partim, quia probabilius videtur librariorum *Gorgoni* assuetos ex poëtis, quos triverant, lit. *a* primae syllabae in *o* mutasse quam contra. Quamquam video, sine novis atque indubitatis auctoritatibus rem ad liquidum perducere non posse.

Ibid. §. 237. Scripturam *L. Turius* defendit Weichert l. l. p. 97. et §. 259. cum Pighio legit *C. Erusio* pro *C. Rucio*.

M. TULLII CICERONIS

AD

M. BRUTUM ORATOR.



Utrum difficilius aut maius esset negare tibi saepius 1
idem roganti, an efficere id, quod rogarès, diu multum- 1
que, Brnte, dubitavi. Nam et negare ei, quem unice
diligere cuique me carissimum esse sentirem, praesertim
et iusta petenti et praeclara cupienti, durum admodum
mihi videbatur et suscipere tantam rem, quantam non
modo facultate consequi difficile esset, sed etiam cogita-
tione complecti, vix arbitrabar esse eius, qui vereretur
reprehensionem doctorum atque prudentium. Quid enim 2
est maius, quam, quum tanta sit inter oratores bonos
dissimilitudo, iudicare, quae sit optima species et quasi
figura dicendi? Quod quoniam me saepius rogas, ag-
grediar, non tam perficiundi¹ spe quam experiundi vo-

Ernestius. 1) perficiendi

Lambinus. vers. 8. eius esse 13. perficiendi - experiendi

§. 1. [*aut maius*] Lectio *ac maius* Ven. 2. et quae eam fere sequitur, Tulichii, non videtur nisi correctio falsae Cd. Monac. *an maius*. Pro *dubitavi*: — *disputavi* Eins., sed in marg. veram habet lectioneum. Tum idem: ∞ *carissimum me esse*. OR.

§. 2. [*Quid enim est*] Orellius aliis emendandum relinquit *Quid est enim?* Sic de Or. 1, 12, 51. Hic tamen in dubio ponimus, an *est* potius insititum sit, ut suspicamur ibid. 8, 31. pr. N. D. 1, §. 1., ubi certe omittit Cod. Guelph. in vv. *quid est enim temeritate turpius*. Cfr. tamen Or. 34, 120. BEIER. Hoc nimirum significare volebam, inanem insumi operam in transponendas particulas *enim, autem, etiam* ac similes, item, addo nunc, in eiiciendum et inserendum verbum substantivum, nisi ubi optimi quique Cdd. mutationem vulgatae suadent. OR.

[*perficiundi* — *experiundi*] Sic aliq. Codd. (Viteb. Eins. Dr. Gu. uterq.) praeter Edd. Crat. Hervag. Man. pro volg. formis in *iendi*, quas cum Orellio probat O. M. Müller in

luntate. Malo enim, quum studio tuo sim obsecutus, desiderari a te prudentiam meam, quam, si id non fecerim, benevolentiam.

3 Quaeris igitur idque iam saepius, quod eloquentiae genus probem maxime et quale mihi videatur illud, cui nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum iudicem. In quo vereor, ne, si id, quod vis, effecero

Iahni *Annal. philol.* Vol. 2. p. 94. Priscam formam Cicero quidem videtur usurpasse in vv. puris cadentibus in *io* aut *ro*; itemque in formularum solennium verbis quibusdam cadentibus in *bo*, *co*, *do*, *go*, *ro*, *to*, v. c. *pro Scauro* 2, 4. *moriundum*; *de Re publ.* 2, 14. *conveniundi*; 24. *gerundis*; 39. Cod. Vatic. a manu pr. *disserundi*. Cfr. Ruddimanni *Institt. grammatt. ed. Lips.* 1, p. 305. n. 28. BEIER. Tota haec quaestio mere est orthographica. (Eiusdem generis est, quod statim sequitur *magno opere*, Cdd. *magnopere*; vani enim sunt, qui in his discrimen quaerunt.) Nihilominus nunc Codices secutus sum; in priore Ed. cum Lambino dederam *perficiendi* — — — *experiendi*; nimis enim ridiculum videbatur Ern. *perficiendi* — — — *experiundi*. Eadem forma sane ubique retinenda erit in formulis *scribundo adesse*, *finibus regundis*, *flando feriundo*, *duumviri iuri dicundo*, *rebus repetundis*, *iudicibus reiciundis* cet. Sic Oudendorp ad Appuleium T. 1. p. 491. e Cdd. edidit *oneri ferundo*, haec annotans: „passim cum antiquis gerundia effert Appuleius v. c. in *Deo Socratis* p. 691. *causa dicunda*.” OR.

§. 3. [*cui*] Gu. 3. (ex falsa numeratione Schuetzii.) Item Dresd. Ven. 1. 2.) Norimb. *quo*. Id pro *quoui* accipit Orellius. Cfr. Quintil. 1. *Inst.* 7, 27. BEIER. — *quo*, particulam probabat Heusing., male, meo quidem iudicio. Mecum autem, *quo* ex antiquiore scriptura *quoui* ortum esse censente, me tum quidem inscio, fecit Tulichius *quoui* integrum exhibens. Eins. autem: — *ad quod nihil addi possit*. — *cui nihil addi potest* Viteb. Idem contra §. 8. *percipi possit pro p. potest*. OR.

[*perfectissimum*] Ruhnk. ad *Rutil.* p. 200. *sed a perfectissimis*] propositâ optimâ coni. *peritissimis* ita perguit: „Negat quidem Pompeius Grammaticus, cuius specimen Mallio Theodoro subiecit Cl. Heusingerus p. 67. *perfectior*, *perfectissimus* recte dici. Sed subtilior, quam verior haec est observatiô. Ipse Cicero *Orat.* 1. cet. „Consule omnino, quae de hac re notavi ad libellum *de optimo genere oratorum* §. 6., ubi satis probavi Ciceroni abiudicandum minime esse superlativum *perfectissimus*, neque propterea h. l. fortasse emendandum *summum et perfectum*; ut est sane *de Orat.* 1. §. 131. *ad ipsa summa atque in omni genere perfecta*: — *pro lege Manil.* §. 39. *in summo atque perfecto oratore*. OR.

eumque oratorem, quem quaeris, expressero, tardem studia multorum, qui desperatione debilitati experiri id¹ nolent², quod se assequi posse diffidant. Sed par est omnes⁴ omnia experiri, qui res magnas et magno opere expetendas concupiverunt. Quod si quem aut natura sua aut illa praestantis ingenii vis forte deficiet aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum, quem poterit. Prima enim sequentem honestum est in secundis tertiisque consistere. Nam in poëtis non

E. 1) *Abest* id 2) *nolint*

L. 4. *magnopere* 5. *concupivere*

[*experiri*] Additum volgo sane cum emphasi quadam pron. *id* delevit cum (Med.) Nor. Ernestius. Verbum illud absolute ponitur 1. *Leg.* 4, 12. et pron. demonstrativum saepe inculcatum reperitur ante relativum. BEIER. Sed Cdd. satis id defendunt. Recte igitur restituerunt Sch. et Meyerus; iidemque et Beier cum Eins. etiam *nolent* pro *nolint* Viteb. Gu. 2. Ern., quod significaret, iam tunc, quum Cicero eorum studia tardaret, eos noluisse id experiri; satis id quidem perverse. Tum: — *quod assequi posse* Eins. Mon. cfr. *ad Famil.* 1, 7, 10. OR.

§. 4. [*deficiet*] Lectio Viteberg. *destituet deficiet* non tam interpolatori tribuenda est, quam librario illi, qui primus descripsit Cd. Laudensem, in quo prope evanido, non satis distinguui poterat, nisi omnia me fallunt, utrum *destituet* legendum esset, an *deficiet*: id quod postea praevaluit, firmatum etiam ab Eins.; nec a me loco movebitur, etsi alterum quoque verbum habet, quo se tamquam rarius, sed utique Tullianum, tueatur. Paulo ante Eins. cum cett. Cdd.: = *magnopere*. OR.

[*aut minus*] Schuetzius facile addidit *si* e V. D. coniectura, quam commendaverant *Litterar. universar. indices critici Haenses* a. 1813. m. Decemb. n. 294. p. 679.; cautius repudiaverat Gernhard in *litter. diar. critt. Jen.* a. 1811. n. 195. Pron. alio casu iterandum subauditur II. *Offic.* 6, 21. pr. Cfr., quem Perizon. ad Sanctii *Min.* I, 18, 1. et III, 14, 1. laudavit, locum Salustii in *Iug.* 101. BEIER. (Cfr. *Topica* §. 93. *aut sine*, ubi Valla, Asc. *aut si sine*. Hoc quidem loco particula *si*, etiam ex meo sensu, oppositionem efficeret minus iustam.) Pergit BEIER: „Ad prox. cfr. Varro *L. L.* IV. p. 5. Bip. *Quod si summum gradum non tetigero, tamen secundum non praeteribo.* Horat. *Epp.* I, 1, 28–32. cum commentario Obbarii.”

[*Nam in poëtis non Homero*] (Asc. 2.) Crat. Herv. *Non enim in p. H.*, ut existat negationum quaedam *ἐπιναφορά* proxumis etiam deinceps sententiis sic exordientibus: *Nec vero — Nec solum — Nec.* Facile scribendi compendia *N. en.*

Homero soli locus est (ut de Graecis loquar) aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro, sed horum vel secundis
 5 vel etiam infra secundos. Nec vero Aristotelem in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia et copia ce-
 2 terorum studia restinxit. Nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti non sunt, sed ne opifices quidem se [ab¹] artibus suis removerunt, qui aut Ialysi,

E. 1) *Abest* ab

accipi potuerunt pro *Nam*, tumque sententiae vi efflagitante denuo inseri *non*; quae sic sententiam exordiens, similes turbas concivit pro *Milone* 1, 2. pr. BEIER. Cdd. omnes noti, etiam Eins. Ox. et Gu. 2. 3. (Schuetzii pag. 134.), contra quam ratus est Meyerus, et Edd. vett. habent *an*, cui tamen hic locus est nullus, non *nam*. *Nam* igitur ex non mala coniectura legitur primum in Iunt. 2. Altera rursus coniectura est Asc. 2., quae placuit Beiero, non mihi. *Nam enim* vix locum habet post praecedens *enim*; dein compendium eius hoc est in Cdd. et Edd. vett.: *.n.*, non *en*. Videndum autem aliis erit, an aliorum coniecturae *Nam* mea praestet *Sane*; ex utroque *An* nasci poterat; sed facilius ex *v. sane*. Utique hoc quidem loco particula *nam* mihi videtur haud nimis apta. Similes autem turbas in voc. *Sane* vide ad *Famil.* 3, 5, 5. *Sane vellem*, Md.: *an sane vellem*. OR.

§. 5. [*scientia et copia*] Nemo hic, qui facillimus erat error, *scientiae copia*, ut plerique *Tusc.* 1, §. 7. Cfr. *Topica* §. 3. *restrinxit* cum aliis male etiam Eins. OR.

[*deterriti*] Consulto idem verbum repetit. Schuetzii *deducti* post *v. deterruit* nimis esset tenue, praeterquam quod omni caret probabilitate critica. Statim in *v. non sunt* negationem, quam delendam censebat, non tamen delevit Ern., recte tuitus est Meyerus omninoque et de hoc loco et de toto genere egregie disputavit. Rationem ab eo allatam etiam loci mihi noti firmant. Duos nunc subiiciam Plinii *Epp.* 8, 7. et 20., quos nuper observavi. Idem ac Meyerus significarat magis, quam enucleaverat hunc ipsum locum Oratoris tractans et adversus Ern. defendens etiam Censor Ienensis 1818. N. 73. OR.

[*artibus*] Lamb. (et Schuetz in Ed. mai.) *ab artibus*. Facile *AB* proxume ante *AR* potuit negligi. Sed praepositionem non desideramus. BEIER. Doctius etiam Meyerus amandavit nos ad Ruhnk. ad *Vellei.* 2, 32, 5., quo loco est *remotoque mari loco*, et a Ruhnk. affertur hic ipse *Orat.* locus, et alius Suetonii *Tib.* 42. iubemurque conferre interpretes. Quos ubi inspexeris, videbis optimum eorum, Oudendorpium, amandare nos ad Burmannum; isque Suetonii eum usum esse satis confirmat, simul autem adnotat in Ciceronis loco a Casaubono

quem Rhodi vidimus, non potuerunt aut Coae Veneris pulchritudinem imitari. Nec simulacro Iovis Olympii aut Doryphori statua deterriti reliqui minus experti sunt, quid efficere aut quo progredi possent: quorum tanta multitudo fuit, tanta in suo cuiusque genere laus, ut, quum summa miraremur, inferiora tamen probaremus.

allato *Verr.* 2, 5, §. 80. *amoeno sane et arbitris remoto loco* ab omnibus nunc legi *et ab arbitris*: neque mihi nunc ulla eius loci varietas nota est, nisi quod video a Nizolio item afferri: *et arbitris*. Deest igitur *ab* in nescio qua Ed. vetere. Ceteris in locis Tullianis constanter est *remotus ab aliquo*, nam quod Nizolius affert ex *Orat. pro Domo* §. 22. *M. Catonem tribunatu tuo removisses*, ablativus est instrumenti, „per tribunatum tuum, operâ tribunatus tui”, non „a tribunatu tuo.” Praeterea in talibus ignoramus semper, utrum Lambinus secutus sit. felix suum ingenium, an codicem nobis ignotum. Id quoque velim animadvertas, in loco isto Verrinarum *AB*, nescio qua in editione, rursus excidisse ante *AR*. Equidem cum [] *ab* inserui. OR.

[*Ialysi* cet.] De *Ialyso*, heroe, Protogenis tabula v. Plutarch. in *Demetrio* p. 898. c. 22. Plin. XXXV. c. 10. sect. 36. §. 20. cum interpp. Fronto *ad M. Caesarem* cet. l. II. *Epist.* 2. p. 42. ed. Rom. Gesneri *Chrestom. Cicer.* c. 23. n. 7. de *Coa Venere* III. *Offic.* 2, 40. de *Phidiae Iove Olympio* praeter Pausan. V. 10—12. e recentioribus Ern. Henr. Toelken *Öbss.* Gottingae 1812. 8. editas, postquam Volkeli a. 1794. 8. Lipsiae, et Siebenkesii a. 1795. 8. Norimbergae prodierant libelli: *Ueber den Tempel und die Statue des Iupiter zu Olympia. Doryphorus erat statua Achillea, i. e. nuda tenens hastam ab epeborum gymniciis exemplaribus* interprete Plinio XXXIV. c. 5. Cfr. Georg Gottlieb Boerner *de statu Achilleis* libellus. Lipsiae. 4. BEIER.

[*miraremur* - - *probaremus*] Norimb. *mireremur* sane error est typogr., eadem quum retineat *probaremus*; est tamen eiusmodi error, qui rem accuratius ut examinaremus, nos excitavit; unde consulto in Ed. prima huic lectioni signum hoc : ∞ : praeposuimus. Id scil. per se intelligebatur, tum leg. esse *mireremur* - - *probemus*; quod aequè rectum est ac vulgatum; etsi probe scio, interpretando effici posse, ut ex imperfectis quoque istis eliciatur generalis sententia. Verba tamen sic ambiguitate non carent; nam vv. *mireremur* - - *probaremus* non minus significare possunt: „ut quum ego (Tullius) summa illa artificum opera, Ialysum v. c., spectarem, ea mirarer, inferiora tamen probarem”: id quod h. l. pravum esset. Utrumque autem tempus in Cdd. et Edd. vet. frequentissime confundi compertum habeo. Hic autem, quod semper recordemur necesse est, uno cum Codice *ἰοχηύρω* nobis res est. OR.

- 6 In oratoribus vero, Graecis quidem, admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Attamen, quum esset Demosthenes, multi oratores magni et clari fuerunt et antea fuerant nec postea defecerunt. Quare non est, cur

§. 6. [*vero*] Hanc partic., cui Gu. 2. substituit *autem*, editoribus (post Goerenz *de Finn.* 1, 19.) suspectam tuetur O. M. Müller l. c. p. 94. Infert haec part. argumentum primarium, cuius vim intendit *quidem*. BEIER. Cum Müllero et Meyero retineo nunc particulam *vero*: satis firmatam a Vit. Eins. Dresd. ac consulto ideo quoque positam, ne male iungeretur *In oratoribus Graecis quidem*; nam haec *Graecis quidem* velut separatim posita sic sunt explicanda: „quod quidem de Graecis praesertim valet, quum inter Latinos nemo adhuc inter omnes aequae excellat, atque inter illos Demosthenes.” Id autem verissimum est, quod observavit Goerenz *de Finn.* p. 10. *etiam, enim, autem, vero* saepenumero confundi: nec vero, ubi variant libri inter *autem* et *vero*, idcirco semper de interpolatione cogitandum; quamquam negari non potest haud raro a librariis intrusas esse istas particulas adversativas, ubi consulto scriptor eas omiserat, quo magis vivida evaderet oratio. Incredibile est autem, quam saepe in hoc erratum sit etiam a Criticis. v. c. in illis §. 8. *quod neque oculis neque auribus neque ullo sensu percipi potest, cogitatione tantum et mente complectimur*, ubi oppositio ipsa magis elucet particula adversativa ante *cogitatione* omissa, non talem quidem, sed quod fere peius est, *quod* inculcavit Schuetzius. De singulis igitur locis singulatim iudicandum erit. Statim Cd. Oxon. om. *inter omnes*. Contra Eins. a pr. manu: — *inter omnes quidem unus excellat Demosthenes. Ac tamen cum esset Demosthenes. Sed deletum postea quidem et prius Demosthenes.* OR.

[*Attamen*] ∞ *Ac tamen* Cdd. plerique etiam Eins. Med. Asc. pr. Schuetz. Meyer. Beier.; Viteb. tamen videtur retinere vulgatum *Attamen*. Id fatendum est, inde ab Aldo saepe *Ac tamen*, quod vitiosum nonnullis videbatur, etiam contra Cdd. in *Attamen* esse mutatum; contra quod ego ipse in Cdd. recentioribus praesertim aliquoties observavi constanter poni *Ac tamen*, ubi meliores et antiquiores alterum habent. Sic scribebant *Acticos, Actice*, ut Eins. habet §. 23. Hoc igitur loco satius esse duxi sequi Viteb. et Oxon. ceteris cum Edd., quum non videam, prorsus necessarium cur sit *Und doch*, reiiciendum *Aber doch*, „nihilominus tamen.” Eandem autem rationem secutus sum etiam *ad Famil.* 7, 23, 1. 7, 26, 2. 8, 2, 1. ubi ipse Md. *ac tamen*. Saepe Cic. *et tamen* (*Verr.* 2, 2, 49.), non *ac tamen*. OR.

[*et antea fuerant*] Haec vv. O. M. Müller l. l. pag. 95. tuetur contra gentilis sui C. N. E. Mülleri *Progr. Züllichaviae* a. 1817. editum interpretaturque sic, ut nec ipse Demosthenes deterritus esse nec alios deterruisse dicatur, com-

eorum, qui se studio eloquentiae dederunt, spes infringatur aut languescat industria. Nam neque illud ipsum, quod est optimum, desperandum est et in praestantibus rebus magna sunt ea, quae sunt optimis proxima.

L. 1. aut spes

parato C. 30, 405. BEIER. Scil. C. N. E. Müller vv. ista sic impugnat: „Haec verba h. l. mihi non videntur apta. Cicero enim in universum probare vult, viros excellentissimos praestantissimis in quoque genere et h. l. in primis praestantia Demosthenis non deterritos fuisse. Quomodo autem fieri poterat, ut oratores, qui ante Demosthenem fuerant, non deterrerentur eius praestantia? Itaque, nisi omnia me fallunt, illa verba vel a Ciceronis negligentia, vel quod multo veri similis est, a librariorum incuria et temeritate profecta sunt.” Contra disputat O. M. Müller: „*Der Sinn ist vielmehr augenscheinlich so zu fassen: Demosthenes strebte nach dem größten Ruhme in der Beredsamkeit, obgleich er unter seinen Zeitgenossen eine große Anzahl ausgezeichnete Redner sah, und es auch früher schon viele dergleichen gegeben hatte; so wie es auch später ebenfalls nicht an ihnen fehlte.*” Sed quomodo tria ista verba quum esset Demosthenes significare possint, Demosthenem summam eloquentiae laudem affectasse, adeo ut haec praecipua sit clausulae sententia, reliqua autem membra, quae apud Ciceronem ex ipsius constructionis lege primariam constituunt sententiam, illi subiungantur, equidem non video. Immo sententia manifesto haec est: „At tamen, quamquam in uno duntaxat Demosthene extitit tandem vera summi et perfecti oratoris imago, multi nihilominus et inter eius aequales magni fuerunt oratores, et antea fuerant, nec postea defecerunt cet.” Certe si Cicero h. l. minus eleganter scripsisset: *ut etiam antea fuerant*, nunquam, ut opinor, in h. l. haesisset C. N. E. Müller. OR.

[*studio eloquentiae se dederunt*] Sic Schuetzius cum Gu. 2. Ceteri *se studio eloq.* Cfr. *Offic.* I, 21, 71. *de Or.* III. 15, 57. BEIER. Sed *de Off.* l. l. est: *doctrinae sese dederunt*, non *se*, et *de Or.* l. l. *ei studio se excellentissimis ingenii homines dederunt*; neuter locus igitur probat propter nescio quam necessariam legem ordinem Gu. 2. adsciscendum esse: immo in hoc quoque varietatem placuisse Tullio uterque demonstrat cum nostro. Tutius igitur sequemur ceterorum consensum. OR.

[*dederunt, spes*] Post *dederunt* verborum serie continuata facile negligi potuit part. *aut*, quae a Lamb. proximis praeposita displicet Orellio. Sed bene se haberet *non - aut - aut* pro *neque - nec*. Sic hoc membrum concinnius sit ad seq. *nam neque et*. BEIER. Quid? si hanc ipsam concinnitatem consulto vitavit Cicero? Praeterea, si cum Beiero receperis *aut Lambinianum*, ista: *spes infringitur, languescit industria* tamquam duo diversa ponentur, quum tamen hoc potius illius sit consequens. Atque omnino talia contra Cdd.

7 Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuit. Non enim quaero, quis fuerit, sed quid sit illud, quo nihil possit esse praestantius, quod in perpetuitate dicendi non saepe atque haud scio an nunquam¹, in aliqua autem parte eluceat² aliquando, 8 idem apud alios densius, apud alios fortasse rariius. Sed ego sic statuo, nihil esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit, unde illud ut ex ore aliquo quasi imago exprimatur, quod neque oculis neque auribus neque ullo sensu percipi potest, cogitatione tantum et mente complectimur. Itaque et Phidiae simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, et iis³

E. 1) unquam 2) elucet 3) his

L. 5. unquam a. (nunquam b.) 12. his

nunc quidem notos recipienda non sunt. Mox in praestantibus rebus primus habet Aldus; e coni., ut opinor, sed optima. Ambigua est scriptura Eins.: *pn̄tibus* cum lineola. Sed ceterorum Cdd. et Edd. vett.: *et in praesentibus* res nullam rectam admittit explicationem. Eadem varietas est ad *Famil.* 1, 9. §. 2. OR.

§. 7. [*possit esse*] Sic de re publ. I. 23. quo nihil possit esse praeclarius, sed h. l. Gu. 2. 3. *esse possit*: quae varietas utrumvis suspectum faceret alio quidem sententiarum nexu. BEIER. *esse possit* etiam Eins. Dresd. Guelf. 1. 2. Vict. OR.

[*haud scio an nunquam*] Sic de Lamb. suspic. in marg. ed. a. 1584. Cum relicuis O. *an unquam*. Utraque formula negationem illa quidem continet; sed an Cicero usus sit hac negationem significandi ratione, dubium me reddidit Matthias. V. de Or. 2, 4, 18. de Leg. I, 21, 56. f. In Optativo *eluceat* observa attractionem, ut I. de Off. 21, 72. BEIER. Post egregiam de h. l. disputationem Handii Tursellin. I. p. 328. ex Eins. a prima manu, ex margine Asc. sec. (in qua inter Edd. id primum reperi), Iuntina sec. Marg. Lamb. 1584. cum Schuetzio et Beiero ego quoque recepi *nunquam* pro ceterorum *unquam*. Omnes autem recentiores, Sch., Meyerus, Beier Cdd. (etiam Eins.) lectionem *eluceat* Ernestianae coniect. *elucet* recte praetulerunt. OR.

§. 8. [*videmus*] ἀποστρωσ̄ pro *videre possumus*. BEIER. Memorabilis sane, etsi falsa, erat septem certe Edd. vett. (nam sic etiam Nor. et Asc. pr. praeter eas, quas affert Meyer. Item Eins. a sec. manu.) lectio: — *vidimus*. Unice rectum *videmus*, scil. omnes, qui eas spectare possumus. *Vidimus* ad unum Ciceronem eiusque per Graecia itinera referretur. Paulo post *iis* correxi ex Eins. (*hiis*) Cd. Monac. et Gryph. 2. Quod §. 9. pro *in eaque defixus* Margo Lamb., sine Lambini

picturis, quas nominavi, cogitare tamen possumus pulchriora. Nec vero ille artifex, quum faceret Iovis formam aut Minervae, contemplabatur aliquem, e quo similitudinem duceret, sed ipsius in mente insidebat species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus ad illius similitudinem artem et manum dirigebat. Ut igitur in formis et figuris est aliquid perfectum et excellens, cuius ad cogitatam speciem imitando referuntur ea, quae sub oculos ipsa non¹ cadunt; sic

E. 1) *Abest non*

L. 5. (*in eamque Al. b.*) 8. *excogitatam* 9. *Abest non*

tamen nomine, habet *in eamque defixus* adversatur Tullii consuetudini. OR.

§. 9. [*in formis et figuris*] Meyer ex Ven. sec. et Tulich. *in formis et in figuris*. Nullam tamen video h. l. oppositionem inter *formas* et *figuras*; nec *figurae* plus sunt quam *formae*; nec ulla propria est auctoritas duarum istarum Edd. vett.; id quod in talibus semper spectandum est. OR.

[*quae sub oculos ipsa non cadunt*] De h. l. BEIER in Schedis sic disputavit: »Schwierig und unsicher ist, wenigstens für den Rec., das Urtheil über Herrn Or. Vertheidigung der Negation in der allerdings bedenkliehen Stelle c. III. §. 9. »*quae sub oculos ipsa non cadunt*«, wo sämtliche Herausgeber seit Vettori, auch Olivet *non* weggelassen hatten, wahrscheinlich nicht ohne alle handschriftliche Zustimmung, obgleich Herr Or. das Gegentheil versichert. Aber wenigstens scheint *non* in dem nach Olivet's Ausg. verglichenen Oxforder Codex und in einem Wolfenbüttler zu fehlen. Wenn es nicht hinzu gesetzt wird: muß man *imitando* in activer Bedeutung zugleich mit *referuntur* auf einerley Subject, nämlich auf *ea*, beziehen (etwa nach dem Beyspiele; *hominis mens discendo alitur et cogitando*): so daß hier sich der Sinn ergäbe: *ad cuius cogitatam speciem, dum eam imitantur oder imitari videntur, also tamquam imagines (εἰκόνας) referuntur* (d. i. *cum cuius specie comparantur) ea*. Nicht nöthig wäre es, außer *non* dann auch *ipsa* (d. i. unmittelbar) zu tilgen, da dieses Pronomen bloß auf einen Gegensatz hindeutet, indem es so viel ist als *secus quam ista species vel idea*. Wird aber *non* beybehalten: so bezieht doch Rec. nicht, wie Herr Orelli in den *Addendis* Vol. II. p. 587., die Worte *ad cuius cogitatam speciem imitando referuntur ea* auch auf den kunstsinnigen Beschauer eines Meisterwerks (denn ein solcher würde kaum passend *imitator* genannt); sondern bloß auf den Künstler, welcher nach dem allgemeinen und eben darum in der Wirklichkeit nirgend darstellbaren, der Einbildungskraft nur unbestimmt, wie in unerreichbarer Ferne vorschwebenden Urbilde (τῷ τοῦ εἰκασθέντος γένει, der Pla-

perfectae eloquentiae speciem animo videmus, effi-
10 giem auribus quaerimus. Has rerum formas appellat

tonischen Idee) in seiner Seele ein bestimmtes Muster oder Vorbild des zu schaffenden Werkes entwirft. Dieses *παράδειγμα*, *cogitata species* von etwas Vollkommenem und Vollendetem, was in einem wirklichen Abbilde dargestellt wird, welches allein *αἰσθητόν, ὁρατόν, φαινόμενον* ist, muß andererseits, in Rücksicht auf sein ewiges *ἀρχέτυπον*, selbst wieder als *μίμημα τυπωθὲν ὑπ' αὐτοῦ* oder *ὁμοίωμα* betrachtet werden. Denn zwischen Gott und einem menschlichen Künstler ist nach Platon der Unterschied: Gott hat die Ideen selbst geschaffen und schaut sie unmittelbar an. Der menschliche Künstler aber vermag nur in dem Zustande des Enthusiasmus die Erinnerung an das Reich der im reinen Sonnenglanze übersinnlicher Schönheit strahlenden Urbilder zu beleben. S. Phaedros p. 247. G. 250. A. B. Doch scheint einer solchen Erklärung, wodurch sich *non* allenfalls rechtfertigen ließe, besonders der folgende §. entgegen zu seyn."

Abstrusam huius loci sententiam longe melius quam ego aliquando feceram, explanavit Meyerus, quem consule. Est scilicet haec: „Ut igitur in formis et figuris a summis fictoribus pictoribusque elaboratis inest utique aliquid perfectum et excellens (*etwas Ideales*), quod cogitatione dumtaxat percipitur, et quo ipso artifex, singulas dum formas imitatur (*während er darstellt*, nicht: *nachahmt*), exprimere studet *ea*, quae sub oculos ipsa non cadunt, id est, pulchri *ιδέων* aeternam sibi insitam, quam secutus atque imitatus solum potest efficere illud quod cogitantibus nobis perfectum apparet in singulis eius operibus contemplandis; nec tamen propterea unquam totum opus vel perfectissimum universam pulchri *ιδέων* amplectitur atque exprimit: sic etiam perfectae eloquentiae *ιδέων* animo videmus, effigiem (*die völlige Verwirklichung dieser Idee*) nusquam reperimus, sed semper desideramus (hoc enim est „*auribus quaerimus*“, non ut accepit Victorius) etiam in optimis eloquentiae exemplaribus. Ad *πρότασιν* cfr. infra §. 101. et ex parte etiam *Topica* §. 27. Praeterea iuvat apponere verba divini illius artificis Raphaëlis Urbinatis in Epistola ad Comitem Castilioneum: *Lettere pittoriche* Milano 1822. Vol. 2. p. 23. „*Nostro Signore con l' onorarmi m' ha messo un gran peso sopra le spalle. Questa è la cura della fabbrica di S. Pietro. Spero bene di non cadervici sotto, e tanto più quanto il modello che io n' ho fatto piace a sua Santità, ed è lodato da molti belli ingegni. Ma io mi levo col pensiero più alto. Vorrei trovar le belle forme degli edifici antichi, nè so se il volo sarà d'Icaro. Me ne porge una gran luce Vitruvio, ma non tanto che basti. Della Calatea mi terrei un gran maestro, se vi fossero la metà delle tante cose che VS. mi scrive; ma nelle sue parole riconosco l' amore che mi porta, e le dico che, per dipingere una bella, mi bisognerebbe veder più belle, con questa condizione che VS. si trovasse meco a fare scelta del*

ἰδέας¹ ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato: easque gigni negat et ait semper esse ac ratione et intelligentia contineri: cetera nasci occidere, fluere labi, nec diutius esse uno et eodem statu. Quidquid est igitur, de quo ratione et

E. 1) ideas

L. 1. ideas

meglio. Ma essendo carestia e di buoni giudici, e di belle donne, io mi servo di certa idea che mi viene nella mente. Se questa ha in sè alcuna eccellenza d'arte, io non so; ben m' affatico d' averla."

Raphaël igitur Tullianis verbis ita scribere potuisset: „Insa quadam utor pulchri forma (ἰδέα), quae sub oculos ipsa non cadit, quamque cogitatione tantum et mente complector. Hanc imitari studeo in operibus meis omnibus, et in picturis et in aede S. Petri exstruenda, eo scil. fine ut in iis sit aliquid perfectum et excellens sive cogitata species illius ἰδέας (ein Gedankenabbild jenes Urbildes). Oculis enim vel totum opus vel eiusdem partes cernimus; illud autem quod in eo est excellens (ideal) animo tantum videmus. Hoc igitur perfectum ut assequar, ego, dum aliquid initor, animi oculis continuo intueor ἰδέαν ipsam nunquam prorsus ulla effigie exprimendam." Iam videamus de singulis: *excogitatam* Edd. vett. usque ad Lamb. reiicitur a Cdd. Manifesto autem propter constructionem vv. *ad cogitatam speciem* referuntur ad vv. *aliquid perfectum et excellens*, non ad ἰδέαν ipsam: (die geistige Anschauung dessen, was in dem einzelnen Kunstwerke ideal ist; nicht: die Anschauung der Idee des Schönen selbst). Pro imitando prorsus necesse non est, ut legatur in imitando: sic tamen interpretandum: v. non habent Cdd. noti (etiam Eins.), neque ex miseris excerptis Gu. 2. et Oxoniensis rite colligitur ab iis abesse: delendum suaserunt Victorius *Var. Lectt.* XI., 14., et Lambinus; quo deleta sententiam Victorius hanc esse dicit: „Quae sub oculos ipsa cadunt, id est τὰ ὀρατά, referuntur ad speciem illam cogitatam, cuius ipsa tamquam imago sunt: cogitatam enim speciem vocat ἰδέαν νοητήν, id est, quae cogitatione et mente percipitur: eodem modo ideam eloquentiae mente complectimur, effigiem vero ipsius auribus sentimus." Non animadvertit autem Victorius, quod reservatum fuit O. M. Müllero, tum v. *ipsa*, (etsi nunc callidius quam verius a Beiero defensum) simul esse eiciendum: quam propter causam (ut de sententia ipsa taceamus) prorsus improbabilis sit Victorii coniectura, a seqq. praeter me ac Meyerum approbata. Nulla enim ratio excogitari potest, cur in hac parte libri a glossematis satis libera aliquis inculcasset vv. *ipsa non.* OR.

§. 10. [ἰδέας] Etiam sine auctoritate Graece scribendum erat. Me secutus est Meyerus. OR.

via disputetur, id est ad ultimam sui generis formam speciemque redigendum.

41 Ac video hanc primam ingressionem meam non ex oratoriis¹ disputationibus ductam, sed e media philosophia repetitam et eam quidem tum² antiquam tum subobscuram aut reprehensionis aliquid aut certe admirationis habituram. Nam aut mirabuntur, quid haec pertineant ad ea, quae quaerimus; quibus satisfaciet res ipsa cognita, ut non sine causa alte repetita videatur; aut reprehendent,
12 quod inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Ego autem et me saepe nova videri dicere intelligo, quum pervetera dicam, sed inaudita plerisque: et fateor me oratorem, si modo sim aut etiam quicumque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exitisse: illa enim sunt curricula multiplicium variorumque ser-

E. 1) oratoris 2) cum

L. 4. oratoris (Margo oratoriis Al.) 5. cum

§. 11. [*ingressionem meam*] — om. *meam* Eins. OR.

[*oratoris disputationibus*] Genitivus obiecti quamvis possit defendi positus pro *disputationibus de Oratore* ut 1. *Nat. D.* c. 12. pr. *in deorum opinione*, probamus tamen quod VV. DD. cum Strebæo maluerunt adiectivum. Nolumus tamen cum isdem reponere *oratoriis* pro contracta ablativi forma *oratoris*, quae casu servata est etiam in *Bruto* 89, 305.; quo exemplo eandem reposuerim equidem ib. 90, 309. f. Sic est in cod. palimps. lib. 1. *de rep.* c. 17. *propriis*. Alia vide apud Maium in *indice* p. 554. BEIER. Ego cum Schirachio, Sch. et Meyero scripsi *oratoriis*. OR.

[*tum antiquam, tum*] Al. *quum* — *tum*. At hic nullus reprehensionis nexus indicatur, immo potius varietas quaedam aliorum alia de causa repraesentantium. BEIER. Cum Beiero secutus sum Cd. Viteb. cet. Meyerus quidem meus *quum* — *tum* (Eins.) haud male sic fere explicat: quum antiquam, tum, quia antiqua est, etiam subobscuram. Vana omnino erat Sch. suspicio *et eo quidem*, quae prave significaret: *ideo eam esse antiquam, quia e media philosophia repetita sit*. Mox Eins.: — *ut non tam alte* cet. unde fortasse alii facient: — *ut non sine causa tam alte* cet. OR.

§. 12. [*et fateor*] Respicit haec et seqq. Quintil. X, 1, 81. (Schuetzius et Meyerus addunt: XII, 2, 23.) et Tacitus *dial. de Or.* 32. Deinceps nescio an transponendum: *illa enim curricula sunt*. Mox post *primum* sequitur *sed*, quum expectaretur *deinde*. BEIER. — *quidquid sim* Ven. 1. ut *Pet. Cons.* 1, 2. *Offic. T.* 2. p. 296. Beier voluerat: *illa sunt enim c.* Sed omnes

monum, in quibus Platonis primum sunt impressa¹ vestigia. Sed et huius et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus maxime orator est et adiutus. Omnis enim ubertas et quasi silva dicendi ducta ab illis est nec satis tamen instructa ad forenses causas: quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus Musis reliquerunt. Sic eloquentia haec forensis spreta a philosophis¹⁵ et repudiata multis quidem illa adiumentis magnisque caruit, sed tamen ornata verbis atque sententiis iactationem habuit in populo nec paucorum iudicium reprehensionemque pertimuit. Ita et doctis eloquentia popularis et disertis elegans doctrina defuit.

Positum sit igitur in primis, (quod post magis intel-⁴ ligetur) sine philosophia non posse effici, quem quaeri-¹⁴ mus, eloquentem: non ut in ea tamen omnia sint, sed ut sic adiuvet ut palaestra histrionem: — parva enim

E. 1) impressa sunt
L. 15. sint omnia

istiusmodi transpositiones sine Cdd. factae neque criticum decent nec quidquam iuvant. OR.

[*sunt impressa*] Hunc ordinem praebent etiam Viteb. et Eins. probavitque cum Meyero Beier. — *impressa sunt* Ern. OR.

[*et exagitatus*] „excitatus et exercitatus est, ninirum et apud Graecos et apud Romanos. Sic *de Orat.* III. 16. *exagitare dicendi exercitationem.*” BILLERBECK. Insignis est iste error Viri D., quum utroque loco *exagitare* sit „explodere, improbare, reiicere,” ut recte exponit Forcellinus, vel, si mavis, „impugnare.” Monui, ne quis adolescentum deciperetur. Tum Eins.: = *ducta est ab illis, nec tamen satis.* OR.

[*reliquerunt*] Ex uno Viteb. Meyerus recepit *reliquere*. Ut supra §. 4. *concupivere* Lamb. infra §. 25. *ascivere* rursus Meyerus e Nonii duabus Edd. vett. Sed haec forma Ciceroni abiudicanda, historicis relinquenda est. Cfr. nos in Scholis Wolfianis ad *Tuscul.* 2, §. 4. et *Verr.* 2, 1, 15. 2, 3, 59. OR.

§. 13. [*quidem illa*] Mallem *illa quidem*. Nam etiam 23, 76. quidam transposuerunt *quidem illa*; itemque Tulichius 14, 44. Vide Annot. ad II. *Offic.* 6, 24. f. BEIER. = *quidem illa magnisque adiumentis* Eins. OR.

§. 14. [*omnia sint*] O. M. Müllero l. c. p. 96. placet cum Lamb. transponi *sint omnia*, ut *de Or.* II. 53, 215. pr. *Ad Fam.* XV, 14. *De Legg.* II. 10, 24. Volgatae (etiam Eins.) favet *Somn. Scip.* c. 7. (*De rep.* VI. c. 23. pr.) et *Seneca Consol. ad Polyb.* 26. BEIER.

magnis saepe rectissime conferuntur; — nam nec latius neque¹ copiosius de magnis variisque rebus sine philo-
 15 sophia potest quisquam dicere; si quidem etiam in Phae-
 dro Platonis hoc Periclem praestitisse ceteris dicit ora-
 toribus Socrates, quod is Anaxagorae physici fuerit au-
 ditor: a quo censet eum, quum alia praeclara quaedam
 et magna didicisset, uberem et fecundum fuisse nar-
 rumque² (quod est eloquentiae maximum), quibus orationis
 modis quaeque animorum partes pellerentur. Quod idem
 de Demosthene existimari potest, cuius ex epistolis intel-
 16 ligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor. Nec
 vero sine philosophorum disciplina genus et speciem
 cuiusque rei cernere neque eam definiendo explicare nec
 tribuere in partes possumus nec iudicare, quae vera,
 quae falsa sint; neque cernere consequentia, repugnantia
 videre, ambigua distinguere. Quid dicam, de natura
 rerum, cuius cognitio magnam orationis suppeditat co-

E. 1) nec 2) gnarumque

L. 2. nec

[*nec latius neque copiosius*] Sic dedi cum Eins. Kob. Asc. pr. favetque corruptela Viteb. Gu. 2. *atque cop.* Quantum enim observavi, Tullius non minus quam Lucretius solet alternari inter utramque formam. Vel, si mavis cum Dresd. Gu. 2. 3. legas: *neque latius nec cop.*, qui particularum istarum ordo frequentior, nec tamen constans. v. Cort. ad *Sall.* p. 189. Or.

§. 15. [*Periclen*] Sic Gu. 3. (Schuetzii) Volgo *Periclem*. BEIER. *Periclen* placebat etiam Frotschero. Sed tum illico recipiamus §. 5. e Cd. Dresd. *Aristotelen.* ex eodem §. 172. *Naucraten.* Tum: — *si quidem* — *dicat* Eins. Vit. Dresd. Edd. vett. Or.

[*a quo — — fecundum fuisse*] H. e. „extitisse” vel „factum esse.” BEIER. Sic optime refutavit Sch. suspicionem *didicisse, tum uberem*. Eins. omittit *quaedam*. Statim Meyerus praetulit Lambini *narumque*. Recte; cfr. infra §. 158. Sic *navitatem* praebet Cd. Medic. ad *Famil.* 10, 25. Or.

[*animorum partes pellerentur*] Simplex hoc verbum de animo usurpatum offensioni fere ubique fuit librariis. Hinc h. l. Eins. prorsus corrupte *appellerentur*; speciosius Ald. sec.: — *impellerentur*; prorsus ut *Partitt. Oratt.* §. 4. vulgata est lectio: — *ad impellendos animos*; sed ex optimis Cdd. Gryphiano et Viteberg. restituendum: ∞ *ad pellendos animos*. Or.

§. 16. [*nec tribuere in partes*] Quod Lambinus proposuit *nec genus tribuere in p.*, ex interpretatione est, non emendatio. Or.

[*orationis*] Ven. 1485. Med. Ascens. *oratoris*; unde Schuetz. post Ernestum coni. *oratori*; edidit autem *orationi* (cum Ald. 2.

piam, de vita, de officiis, de virtute, de moribus sine multa earum ipsarum rerum disciplina aut dici aut intelligi posse?¹ Ad has tot tantasque res adhibenda sunt 5 ornamenta innumerabilia, quae sola tum quidem tradebantur ab iis, qui dicendi numerabantur magistri. Quo 17 fit, ut veram illam et absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi disciplina est et ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina quaeritur. Itaque 18 M. Antonius, cui vel primas eloquentiae patrum nostrorum tribuebat actas, vir natura peracutus et prudens, in eo libro, quem unum reliquit, *disertos* ait se vidisse multos, *eloquentem* omnino neminem. Insidebat videlicet in eius mente species eloquentiae, quam cernebat animo, reapse² non videbat. Vir autem acerrimo ingenio (sic enim fuit) multa et in se et in aliis desiderans, ne-

E. 1) potest 2) re ipsa

L. 3. potest 14. reipsa (sic) (Margo e Vet. Cd. ut nos.)

Gryph. 2.) Neutrum probamus. Cfr. *Tusc.* II. 11, 27. V. Goerrenz ad Ciceronem *de Finn.* II. 9, 27. 35, 118. pr. IV. c. 15. f. V. 15, 43. BEIER. Sane Cdd. optimi Eins. Vit. Dresd. firmant *orationis.* OR.

[*intelligi posse*] Hanc codicum (etiam Eins. et Vit.) lectionem me secuti recte restituerunt amici Meyerus et Beier. Hic in Schedis: *posse ziehe auch ich vor wegen der hier im Synathroesmos herrschenden Epanaphora der Praeposition de, welche einen ununterbrochenen Zusammenhang der Rede erfordert.* Falsissimam lect. vulgatam, a Lambino introductam: *Quid dicam de natura rerum - - - copiam? de vita - - - de moribus? sine multa - - - intelligi potest?* retinuit Billerbeck. Sed quum ea in lectione v. *de natura rerum - - - de moribus* pendeant e v. *dicam*, verbis dici et intelligi nihil remanet, quo referantur; in nostra vero lectione iungenda sunt *dici aut intelligi de natura rerum* cet. Ac prorsus necessaria esset saltem particula interrogandi ante v. *sine multa*. Idem Billerbeck pessime: „dici potest: kann man wohl reden, intelligi verstanden werden:” quum sit: *kann darüber etwas gesagt und richtig gedacht, eingesehen werden?* OR.

§. 17. [*ab iis* cet.] — *ab hiis quoque dinumerabantur* ex male intellecto scribendi compendio Eins. OR. De facto disscidio quasi linguae atque cordis cfr. *de Or.* III. c. 16. BEIER. Recte in seqq. Eins. *ab aliis rerum*, quum ipse Viteb. habeat *ab his rerum.* OR.

§. 18. [*primas eloquentiae*] Gloss. *partes* addunt Viteb. et Edd. aliq. antiquae. OR.

[*reapse*] Sic margo Lamb. 1581. Volgo *re ipsa*. Ista vox

- minem plane, qui recte appellari eloquens posset, videbat.
- 19 Quod si ille nec se nec L. Crassum eloquentem putavit, habuit profecto comprehensam animo quandam formam eloquentiae, cui quoniam nihil deerat, eos, quibus aliquid aut plura deerant, in eam formam non poterat includere. Investigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem nunquam vidit Antonius, aut qui omnino nullus unquam fuit: quem si imitari atque exprimere non possumus, quod idem ille vix deo concessum esse dicebat, at qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere.
- 20 Tria sunt omnino genera dicendi, quibus in singulis quidam floruerunt: peraeque autem (id quod volumus) perpauci in omnibus. Nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et

L. 9. *attamen*

contracta ex *re ea ipsa*. Vide *de rep.* l. I. 2. l. II. 39. Reapse palmam tribuere eloquentiae L. Crasso, secundum ab eo M. Antonium collocare Cicero videtur Laelio Bisciola *Horar. subseciv.* T. I. Lib. II. c. 21. De utroque oratore v. Wetzeli Appendix I. ad Obs. in *Brutum* germanice scriptas p. 269-286. BEIER. Reapse praetuli ego quoque, quia in marg. 1584 affertur e Codice. Cfr. Oudendorp *ad Appul.* T. I. p. 779. Tum *ad Famil.* 9, 15, 1., ubi ex: *reapse ex literis* in Cratandrina factum est: *re ipsa apens literis*, et *Laelii* §. 47. OR.

§. 19. [*putavit*] — *putabat* Eins. Tum idem Cd.: = *ille idem*. OR.

[*at qualis*] Lamb. lectionem: — *attamen qualis* multae habent Edd. vett., sed in nullo Cd. adhuc inventa est. OR.

§. 20. [*gravitate*] i. e. *δεινότητι*. Schuetzii correctionem *granditate* reiecit H. A. Burchardi in *Animadvv. ad Cic. Orat.* Berolini 1815. 8. p. 9. cum eoque Ch. D. Beck in *Diar. litt.* Lips. 1816. N. 78. p. 622. (Recte scil. Burchardi inter alia: „Immo magis (quam vulgata) me offenderent ista: *grandiloqui* fuerunt cum ampla sententiarum *granditate*.”) Ad v. *quod ipsum* in parenthesi a nobis posita intellige e superioribus fuerunt. Sic Plautus *Cist.* 1, 3, 1. *Utrunque haec et multiloqua et multibiba est anus*. In Schedis haec addit: „*der ganze Satz quod ipsum - - - et terminata sollte durch Parenthesenzeichen eingeschlossen seyn, da er die Rede unterbricht, und den vorangehenden Worten die ihm nachfolgenden et contra tenues entgegen stehn*. BEIER. Sane et nescio cuius apud Lamb. susp. *quorum ipsorum* et Bipont. ac Schuetzii in *quo ipso* et interpolatio Gud. 2. *quod ipsum - - - terminata sunt consecuti* reicienda sunt. OR.

maiestate verborum, vehementes varii, copiosi graves, ad permovendos et convertendos animos instructi et parati: — quod ipsum alii aspera, tristi, horrida oratione neque perfecta atque¹ conclusa, alii *lêvi*² et structa et terminata: — et contra tenues, acuti, omnia docentes et dilucidiora, non ampliora facientes, subtili quadam et pressa oratione limati; in eodemque genere alii callidi, 6 sed impoliti et consulto rudium similes et imperitorum: alii in eadem ieiunitate concinniores, id est, faceti, florentes etiam et leviter ornati. Est autem quidam inter- 21 iectus inter hos, medius et quasi temperatus, nec acu-

E. 1) neque 2) laevi

L. 4. *neque* Ib. *instructa* 7. et *limata* 10. *interiectus*, *intermedius* a. (b. ut nos.)

[*neque perfecta atque conclusa*] Sic Eins. Vit. Dresd. Cfr. Goerenz *ad Finn.* p. 195. — *neque concl.* Cett. OR.

[*lêvi*] E Cod. Ox. *lêvi* scripsi pro *laevi* sensu eodem. BEIER. Sic etiam Cd. Eins. et Santenius *ad Terentianum* p. 244. — *leni* male Vit. Dresd. Mon. Mox Cdd. lectionem *instructa* pro Ern. coni. *structa* reduxit Meyerus. Rectius Beier hanc defendens laudavit Cap. 44. Adde §. 232. *bene structam collocationem*, et de *opt. gen. or.* §. 5. *sed etiam verborum est structura quaedam* cet. Significatum optime explicavit Ern. in *Clavi*. *Instructa* autem h. l. et molestum est post praecedens *instructi* et propter ipsum significatum non tolerandum: *instruere enim orationem, quaestionem* (*Topica* §. 92., ubi vide nos), *causam, litem* est argumenta ac testimonia conquirere apteque inter se collocare, qua de re hic sermo non est. Mox Eins. habet vitium Med. Kob.: — *pressa ratione limata*, unde L.: — *et limata*. Tum cum Mon. Ven. 1. Med. Eins.: — *inconsulto*. et solus: — *concinni, id est, florentes et leviter ornati* om. etiam. OR.

[*leviter ornati*] Meyerus scripsit *laeviter ornati*; quae tamen iungi posse nondum mihi persuasit. Sed *leviter* (Eins. Viteb.) prima brevi, *ornati*, est, ut recte Billerbeck, *leicht, nur obenhin, ein wenig*: ita scil., ut ne nimius sit ornatus ideoque vel molestus fiat vel ineptus. OR.

§. 21. [*interiectus inter hos medius*] Haec non praedicati, quippe quod verbo *est* praemisso contineatur, sed subiecti loco sunt. Neque *medius* explicandi gratia apponitur. Noli igitur haec cum O. M. Müllero distrahere sic interpungendo: *Est - - - inter hos; medius - - - temperatus; nec - - - superiorum; vicinus - - - excellens; utriusque - - - expers*. Item in Schedis: — *in den Worten* inter hos, *medius wünsche ich das Komma weg; denn medius ist keine erklärende Apposition, sondern der vollständige Subjectsbegriff ist: inter-*

mine posteriorum nec flumine utens superiorum, vicinus¹ amborum, in neutro excellens, utriusque particeps, vel utriusque (si verum quaerimus) potius expers. Isque

E. 1) ut cinnus

L. 1. fulmine Ib. ut cinnus

iectus inter hos medius. BEIER. Mihi etiamnunc tria videntur membra: *interiectus inter hos, medius, temperatus*. Cfr. modo *de opt. gen. or.* §. 2. *alios eis interiectos et tamquam medios*. Idem hic locus demonstrat falsam esse lectionem etiam Eins. et Viteb. *interiectus intermedius*. OR.

[*fulmine*] (Sic Cdd. noti, etiam Einsied.) h. e. singulari orationis vi et gravitate. Cfr. *ad Fam.* IX. 21. pr. *verborum fulmina*, et infra 9, 29. BEIER. Omnes reliquerunt Ernestium e Nonio in v. *Cinnus* reponentem ∞ *flumine*, pro qua tamen lectione afferri potest *Orat.* §. 53. et 66. ubi *fluens* oratio opponitur *acri*. *De Orat.* 2, §. 188. *tantum est flumen gravissimorum optimorumque verborum; rectius autem opponitur flumen acumini, quam fulmen*. Praeterea quaero, num Cic. alibi metaphorice usus sit v. *fulmine* in num. singulari? Nunc igitur sequor Ernestium, quamquam fortasse mihi opponentur seqq. *in dicendo fluit*. OR.

[*vicinus*] (Sic Eins. Vit. Dresd.) *Lectio ut cinnus* debetur Nonio p. 59. *Merc.* v. *cinnus*. Eidem p. 43. (v. *concinare*) est *potionis genus ex multis liquoribus confectum; Arnobio V. post med. p. 174. (218. Herald.) adoris potio, cyceonem quem nuncupat Graecia*. V. Ern. *Clavis* s. v. In Philoxeni glossis, ubi est *cinnus, veῦμα*, leg. suspicor *μύγμα*. (Immo *γεῦμα*. OR.) Convenit haec lectio supradicto *quasi temperato*: quam tamen rudiores generis medii notionem Cic. statim corrigit adiectione. Ceterum potui comparatur oratio per metonymiam pro ipso oratore, poculi ministratore. Idem 21, 70. dicitur *temperator*. Ern. malebat *velut cinnus*. Vocabula maiusculis literis et simpliciter *N*, ut olim solebant scribere, exarata facile legi poterant *VICINUS*, ut est in Cic. Codd. Sic c. 32. pr. *vicinam eius atque finitumam*. Et hanc, ut videtur, lectionem secutus est Gellius VII. 14. *medius in confinio est, utriusque modi particeps*. Deinceps legebatur *in neutro*; praepositionem abiecit cum Nonio Lamb. BEIER. Si Viri docti tantummodo Grammatici illius, non omnium pessimi, auctoritate moti lect. *ut cinnus* probant, non satis tuto mihi facere videntur, qui illi de veterum scriptis facile credant, quem sexcentis locis aliud egisse, quum in horum lectione versaretur, constat. SYLBURGIUS. Omnes Codd. noti (etiam Einsied.) habent *vicinus*; nisi quod Monac. Sec. XVI. *cinnus* omisso tamen *ut*, ac, ut fallor, hoc ipsum e Nonio, qui saepe peioribus Cdd. Ciceronis usus est, quam sunt nostri, veluti in v. *Iactuosae* p. 130. *Merc.* monstrum vocabuli nobis obtrudit, pro *actuosae* in hoc ipso Oratoris libro §. 125. Recte autem de h. l. iudicasse arbitror Sylburgium, Schneiderum in *Ep. ad Lange-*

uno tenore, ut aiunt, in dicendo fluit nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem, aut addit aliquos ut in corona toros omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit. Horum sin- 22
gulorum generum quicumque vim in singulis¹ consecuti sunt, magnum in oratoribus nomen habuerunt. Sed quaerendum est, satisne id quod volumus effecerint.

Videmus enim fuisse quosdam, qui iidem ornate ac 7
graviter, iidem versute et subtiliter dicerent. Atque

E. 1) vim [singulis]

L. 2. facultatem et aequalitatem 5. vim singulis 8. et.

rum p. LII. et Schuetzium; quorum rationibus hanc addo, admodum inficetam atque rusticanam esse totam hanc *cinni* similitudinem, et Cicerone, in hoc praesertim scripto elegantissimo, prorsus indignam. Quantopere autem excuset et quasi mitiget duriora atque humilia vide §. 235. *ut in proverbio est, (etsi humiliter dictum est, tamen simile est) scopas, ut ita dicam, mihi videntur dissolvere.* Hic autem simpliciter eum dicturum fuisse *ut cinnus*, nunquam adducar, ut credam. Meliora doceri debebant *cinni* fautores vel ex loco illo a Beiero allato. Quod autem idem, quasi cum Lambino, ex Nonii auctoritate deleturus erat *in*, insigne rursus est exemplum, quam saepe Lambino tribuantur, de quibus ille nunquam cogitavit. Nam nec in Ed. 1566. nec in Marg. 1584. neque in *Adnott.* ullum eius rei est vestigium. Notatur dumtaxat in marg. Gothofredi, a Nonio illud omitti. Eam omissionem Lambino ascripsit Schuetzium. OR.

[*in dicendo fluit*] = *fluit in dicendo* Eins. OR.

[*ut in corona toros*] i. e. lemniscos. V. Ern. *Clav.* in voc. p. 796. et Hier. *Mercurialis Var. Lectt.* III. c. 9. Pro partibus in ambitu coronae collectioribus ac rigidiusculis accipit Paschalius *de coronis* II. 42. ad fin. et X. 47. p. 622. Sed in Philoxeni glossis vet. *torus* explicatur *ὠλένη*, ergo i. q. *ὠλένης, ἐκλεδανός.* BEIER. Paulo ante *facultatem* etiam Eins. Viteb. Dresd., de qua perpetua confusione cfr. Henr. Stephani *Castigg. Cic.* p. 107. *Facilitatem*, Manutii ac recentiorum lectionem probabat etiam Lamb. OR.

§. 22. [*vim in singulis*] Sic egregie iam Hervag. et Camer. Rursus Meyerus e Cd. Viteb. prob. Mosero in *Heidellb. Jahrb.* 1827. p. 804. — *unum ex singulis* Eins. — *vim singulis* Cett. ante Sch. nullâ sententiâ. — *vim singuli* legit ex Borromei libro Manutius; rursus Sch. coni. probata aliquando mihi et Beiero; quam etiam nunc, etsi meliore lectione reperta, defendit Billerbeck. OR.

[*ac graviter*] Sic etiam Eins. = *et gr.* Vit. Lamb. Meyerus. Mox Eins.: ∞ *ac subtiliter.* OR.

utinam in Latinis talis oratoris simulacrum reperire possemus! Esset egregium non quaerere externa, domesticis esse contentos. Sed ego idem, qui in illo sermone nostro, qui est expositus in Bruto, multum tribuerim Latinis, vel ut hortarer alios vel quod amarem meos, recordor longe omnibus unum anteferre Demosthenem, qui vim accommodarit ad eam, quam sentiam, eloquentiam, non ad eam, quam in aliquo ipse cognoverim. Hoc nec gravior extitit quisquam nec callidior nec temperatior. Itaque nobis monendi sunt ii, quorum sermo imperitus increbuit, qui aut dici se desiderant Atticos aut ipsi Attice volunt dicere, ut mirentur hunc maxime, quo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas: quid enim

L. 8. (cognorim b.) 11. increbuit

§. 23. [*recordor longe*] — *recordor me longe* non tam Gothofredi est lectio, ut ait Meyerus, quam comparet in contextu Ed. 1584. Optime autem de hac pronomini ommissione disputavit Hand ad *Wopkens* p. 12. Tum Eins.: *Demosthenem vim accommodare ad eam.* OR.

[*in aliquo*] h. e. *in alio quo.* Opponuntur inter se *quam cognoverim* et *quam sentiam.* Frustra igitur nonnemo suspicatur corrigendum *ipse cognoverit.* Alioqui scriptum oportebat *cognovisset.* BEIER. Recte sic Beier refutavit O. M. Mülleri et Billerbeckii suspicionem *cognoverit.* OR.

[*temperatior*] ∞ *temperantior* Eins. Monac. Fuit, quum hanc formam ubique magis probarem. Sed *temperatior* est etiam apud Caelium *ad Famil.* 8, 15, 1. Vellei. 2, 20, 2. et rem conficit *ad Attic.* 9, 11. *homo temperatus et prudens.* Cfr. etiam infra §. 175. *intemperatius*; ac de simili forma *toleratior* Gronovium *Obs.* 1, 14. p. 92. — Difficilis in primis est optio *Paradox.* 3, §. 21. ubi pro: *nec temperante temperantio* Cd. Einsiedlensis nuper a me collatus et Basil. habent: *nec temperato temperantio*. — *ad Fam.* 10, 1, 1. *intemperantissimi* Medic., — *intemperatissimi* Recentiores. Utraque tamen forma apud Cic. agnoscenda. OR.

[*quorum sermo imperitus increbuit*] Brewerius interpres Germanicus refert ad exempla, quae isti ediderint incitarum orationum satis multa. Sed *sermo* spectat ad hanc ipsam eorum, quae deinceps castigatur, professionem. Alii cum Edd. vett. scribunt *increbuit*, quibus favet analogia in vv. *piguit*, *putuit.* Cfr. Ruddimanni *Instt. Gr.* 1. p. 250 et 255. Nos cum Lamb. sequimur analogiam verbb. *macrui*, *nigrui.* Cfr. Oudend. *ad Suet. Iul.* c. 79. p. 124. Mencken *Obs. ling. Lat.* p. 476. *Miscell. Critt.* ed. Friedemann et Seebode 1. p. 69. Goerenz. *ad Cic. de Legg.* II. 26, 66. BEIER. Ego praetuli

sit Atticum, discant eloquentiamque ipsius viribus, non imbecillitate sua metiantur. Nunc enim tantum quisque 24 laudat, quantum se posse sperat imitari. Sed tamen eos studio optimo, iudicio minus firmo praeditos docere, quae sit propria laus Atticorum, non alienum puto.

Semper oratorum eloquentiae moderatrix fuit audito- 8 rum prudentia. Omnes enim, qui probari volunt, voluntatem eorum qui audiunt intuentur ad eamque et ad eorum arbitrium et nutum totos se fingunt et accommodant. Itaque Caria et Phrygia et Mysia, quod minime politae minimeque ele- 25 gantes sunt, asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipatae dictionis genus, quod eorum vicini non ita lato interiecto mari Rhodii nunquam probaverunt, Graecia¹ autem² multo minus, Athenienses

E. 1) Graeci 2) abest autem

L. 12. adipatum 14. Graeci autem

increbuit cum Eins. Viteb., Meyero, Frotschero, (qui laudat Heindorfium ad *Horat. Sat.* 2, 5, 93.) Struvio *Lat. Decl. n. Coni.* p. 225. et Mosero in censura Ed. Meyerianae p. 804.: „*Uebrigens scheint es uns seltsam, dass Cicero sollte increbui gesagt haben, wenn er nachdrücklich reden wollte, und increbui ohne Nachdruck.*“ Mox recte reiecit Schuetzius lect. Eins. *Dresd. Gu.* 1. Mon. Edd. vett. quo *Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas* probatam Schneidero ad *Langer.* p. XIII. — quo *Ath. q. i. magis non credo f. A.* Viteb. Frequentissime autem turbant Cdd. in formula *ne — quidem.* OR.

[*ipsius viribus*] id est, eloquentiae viribus. Memorabilis, nec tamen vera est lectio Eins.: *illius viribus* cum glossemate: *viribus Demosthenis.* OR.

§. 25. [*adipatae*] Al. *adipale.* Nos sequimur Nonium C. 2. N. 4. in v. *adipatum* cum Turnebo *Adverss.* II. 7. et Laelio Bisciola *Horar. subsec.* T. I. Lib. II. c. 9. *Tralatum* voc. est a *cibis.* Similiter constructio variatur 25, 86. *actio non tragica nec scenae.* Lib. 1. *de rep.* 29. pr. *Horat. Sat.* 1, 2, 10. Vid. Perizon. ad Sanctii *Minerv.* 1. c. 18. n. I. et III. 14. n. I. ibique Bauer n. c. p. 687. Ruddimanni *Instt. Gramm.* II. p. 314. ss. BEIER. Recte etiam Meyerus et Billerb. praetulerunt *adipatae*; quod videntur habere Cd. Oxon. et Mon. Frotscher et Moserus commendant ∞ *adipale*, vocab. Arno-bianum, quod habent Eins. *Dresd. Gu.* 1. 2. Lamb. dedit *adipatum.* E mira correctione semidocti hominis est Viteberg. *opipar.* OR.

[*Graecia*] Sic Schütz e *Gu.* 2. Accedit optumus Cd. Goerenzii ad III. *Finn.* 2, 4. pr. Volgo *Graeci autem*, quae a Grutero atque Ern. expuncta particula abesse videtur a *Gu.* 1.

vero funditus repudiaverunt; quorum semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans. Eorum religioni quum serviret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat.

26 Itaque hic, quem praestitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima summissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressius¹, post sensim incendens² iudices, ut vidit ardentem, in reliquis exultavit audacius. Attamen³ in hoc ipso diligenter examinante

E. 1) summissus — — pressus 2) incedens 3) Ac tamen

L. 6. *summissus* err. typogr., ut videtur. 8. *incedens*

et molesta est, quum statim sequatur part. *vero* gradationi inserviens. De *Atticismo* docte disputavit Io. Gottfr. Hauptmann, Haynens. Lipsiae 1737. 4. BEIER. *Graecia* habent etiam Eins. et Dresd.; placuit Frotschero quoque. (Vit. *Graeci autem*.) Recte Goerenz: „Vulgo *Graeci*; sed praecesserat *Caria, Phrygia, Mysia*; et Cic. variationem amat.” Praeterea mihi displicet oppositio *Graeci* (*Athenienses*; rectius sane *Graecia*, Graecorum natio) (*Atheniensium* populus. Quod autem Grut. tacite expunxit v. *autem*, a Cdd. etiam Eins. Vit. Dresd. et Oxon. servatam, nec imitari neque adeo commendare debebant recentiores. Cfr. *de Orat.* 1, 16, 70. *verborum autem licentia liberior, multis vero ornandi generibus* cet., quem locum affert Hand *Tursell.* 1, p. 566. Ex silentio autem Schuetzij de Gu. 1. nihil colligi potest, quum is excerpta tantum lectt. Cdd. dedisse videatur. Tum Eins.: — *incorruptum et elegans audire.* OR.

§. 26. [*summissius* — — — *pressius*] Scil. *agit* v. *dicit*, ut C. 21. f. Hanc librorum (etiam Eins.) scripturam sequitur Brewerius. Orellius autem cum Lamb. et Ern. correxit *summissus*, deinde cum Ern. *pressus*, quod iam a Victore Pisano inventum nescio qua fide testatus sit Schuetz. Rectius vero pro volg. *sensim incedens, iudices ut vidit* cet. idem et Or. e libris (Gu. 2. Mon. Oxon.) *incendens iudices, ut v.* Cfr. *de Orat.* II, 45, 188. f. 190. f. BEIER. Certe in Ed. Victoris Pisani *Venetis* 1492. fol., quam ipse habeo, et in contextu et in commentario est *summissius* — — *pressius*, idque nunc restituendum erat cum Meyero. Contra retinui *incendens* satis firmatum et a Cdd. et a locis simillimis, quos attulerunt Beier et Schütz (*Orat.* §. 152.): nam nullam rectam gradationem equidem invenio in *summissius, pressius, sensim incedens*, quum *sensim incedere* manifesto minus sit et tranquillius significet orationis genus quam *pressius agere*. Favet autem nostrae lectt. etiam Eins. etsi leviter corruptus: — *sensim intendens, iudices: intendere* autem sic absolute dictum Ciceronianum non est. OR.

[*Attamen*] Sic Vit. Mon. Lamb. cfr. §. 6. ∞ *Ac tamen* Eins. Cett. — *dura pro dira* etiam Eins., solito errore. OR.

verborum omnium pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat illudensque dira, odiosa, intolerabilia esse dicit. Quin etiam quaerit ab ipso, quum quidem eum beluam appellet, utrum illa verba an portenta sint: ut Aeschini ne Demosthenes quidem videatur Attice dicere. Facile est enim verbum aliquod ardens (ut ita dicam) notare idque restinctis iam animorum incendiis irridere. Itaque se purgans iocatur Demosthenes; negat in eo positas esse fortunas Graeciae, *hoc an illo verbo usus sit*¹, huc an illuc manum porrexerit. Quonam igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, quum etiam Demosthenes exagitetur ut putidus? Quum vero inclinata ululantiq[ue] voce more Asiatico canere coepisset, quis eum ferret? aut potius quis² non iuberet auferri?

E. 1) *hoc an illud verbum dixerit* 2) quis potius

L. 2. *dura* 9. *Graeciae* * *in hoc in eum* * *huc*, a. (*Graeciae*, *hoc an illud locutus sit*, *huc*, b.) 14. *quis potius*

§. 27. [*Facile*] — *Futile* Eins. OR.

[*negat*] O. M. Müller l. l. p. 96. adversante Ambrosio in *Lucam* II. 2. p. 1296. *Mab.*; ed. Froben. T. V. p. 24. (*Si orator illorum, qui phaleras sermonum sequuntur, negat in hoc fortunas positas esse Graeciae, hoc an illo verbo usus sit, sed rem spectandam putat cet.*), auctor fit corrigendi vel *nec negat* vel *sane*; nimirum ut non simpliciter sententiam significet Cicero Bruto, Demosthenis lectori assiduo atque admiratori, sed ut verbo tenus ipsam vim exprimat *ioci*, id est, ironiae apud Demosth. *Or. pro Ctesiph.* p. 305. *Vol. 1. ed. Reisk.* πάνυ γὰρ παρὰ τοῦτο (οὐχ ὀρεῖς;) γέγονε τὰ τῶν Ἑλλήνων. Post v. *positas* ed. Nor. omittit *esse*, quod sic supprimitur *Offic.* III. 2, 9. pr. *De rep.* 1. c. 33. pr. BEIER. Supervacanea certe est utraque Mülleri suspicio, satisque monstrant et Ambrosius l. l. et Augustinus *contra Crescon.* L. II. init. laudatus Meyero, Tullium ipsum dedisse *negat*. Mox cum Sch., Meyero et Beiero adscivimus supplementum ex Ambrosio petitum *hoc an illo verbo usus sit*, posthabito altero Strebacii, Fr. Gryphii et Ern. *hoc an illud verbum dixerit*. Insigne hoc est documentum, omnes Cdd. huius prioris partis ex uno fluxisse; quod in eo quum casu excidissent verba ista vel similia, in nullo adhuc reperta sunt. Nobbe sic edidit: — *Graeciae* [*in hoc*] *num huc an illuc manum porrexerit*. Eins. locum corruptum sic exhibet: *Graecie in hoc in eum an hac an illuc manum p.* Deinceps cum Eins. Vit. (Dresd.) scripsi *potius quis pro quis potius*. Tum Eins.: — *Ad Acticorum* (sic) *aut res teretes*. OR.

9 Ad Atticorum igitur aures teretes et religiosas qui se
 28 accommodant, ii sunt existimandi Attice dicere. Quo-
 rum genera plura sunt; hi unum modo quale sit suspi-
 cantur. Putant enim qui horride inculteque dicat, modo
 id eleganter enucleateque faciat, cum solum Attice dicere.
 29 Errant, quod solum: quod Attice, non falluntur. Isto-
 rum enim iudicio, si solum illud est Atticum, ne Peri-
 cles quidem dixit Attice, cui primae sine controversia
 deferebantur; qui si tenui genere uteretur, nunquam ab
 Aristophane poëta fulgere, tonare, permiscere Graeciam
 dictus esset. Dicat igitur Attice venustissimus ille scri-
 ptor ac politissimus Lysias, (quis enim id possit negare?)
 dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quod
 tenuis sit atque inornatus, sed quod nihil habeat insolens
 aut ineptum. Ornate vero et graviter et copiose dicere
 aut Atticorum sit, aut ne sit Aeschines neve Demosthenes
 30 Atticus. Ecce autem aliqui se Thucydidios esse profi-
 tentur, novum quoddam imperitorum et inauditum genus.

L. 3. quale id cumque sit 10. fulgurare

§. 28. [quale sit] i. e. „nur von Einer Gattung des Atti-
 cismus, und deren Beschaffenheit haben sie einige Ahndung.“
 Mirum est in hoc v. quale haesisse Lamb. coniciendum quale
 id cunque sit et Burchardium, qui volebat, quod tale sit. OR.
 Burchardi suspicionem refutavit etiam Beckius l. l. In pro-
 ximis Schirach inutili distinctione horride inculteque dicta ad
 perpetuitatem orationis, eleganter enucleateque dicta ad singula
 quaedam refert. Immo horrida sunt, quae nullo ornamento
 singulari distincta sunt, opposita nitidis: cfr. Quintil. X. 17.
 BEIER.

§. 29. [fulgere] Crat. Man. Lamb. Sch. in Ed. mai.: ful-
 gurare, ut Quintil. II. 16. f. (qui cfr. XII. 2. p. 729. c. 10.
 p. 754. ed Capperon.) et Plin. 1. Epist. 20. post med. Cum
 recepta lectione compara Vellei. Pat. II. 64, 3. Sequens
 zeugma venustissimus ille scriptor ac politissimus noli virgula
 ante ac interposita disiungere cum O. M. Müllero l. l. p. 94.
 BEIER. Etiam Moserus praefert fulgurare, vel pro senario
 habenda suadet vv. Fulgere (media brevi) tonare, permiscere
 Graeciam. Sane eiusmodi versiculus obliquus legitur Orat.
 §. 147. versus, qui vetat Artem pudere proloqui, quam factites.
 Nolim tamen nisi summa urgente necessitate tales versiculos
 agnoscere, nedum componere, ut fecit Beier Offic. 2, §. 77.
 Ceterum fulgere constans est Cdd. lectio, etiam Eins., qui
 mox habet: politissimus ille ac venustissimus scriptor; in marg.

Nam qui Lysiam sequuntur, causidicum quendam sequuntur, non illum quidem amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen et qui in forensibus causis possit praeclare consistere. Thucydides autem res gestas et bella narrat et proelia graviter sane et probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. Ipsae illae conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur: quod est in oratione civili vitium vel maximum. Quae est autem in hominibus 31 tanta perversitas, ut inventis frugibus glande vescantur? An victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Quis porro unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? — At laudatus est ab omnibus. — Fateor: sed ita ut rerum explicator prudens, severus, gravis: non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret: itaque nunquam est numeratus orator: nec vero, si historiam 32 non scripsisset, nomen eius extaret, quum praesertim

L. 6. usum forensem 18. nomen eius non extaret

autem vulgatum ordinem. §. 30. idem nec qui cum Vit. pro et qui. OR.

§. 31. [*severus*] i. e. qui severitatem quandam verbis et orationis quasi maestitiam sequitur. Cfr. 5, 20. 16, 53. Vel *severus* censetur et gravis Thucydides, quippe cui *ιστορία φιλοσοφία ἐκ παραδειγμάτων*. Goerenz ad II. Acad. 45, 139. intelligit *religiosum in vero enarrando*; non male ille quidem, sed propositae notationi, quasi a *saeva veritate* dicatur, adversatur primae syllabae mensura. cfr. Doederlein *Synonymen* 1. p. 78. BEIER. Sic contra Sch. con. *sincerus* (cfr. Brut. c. 83.) recte disputavit Beier. OR.

§. 32. [*nomen eius*] Speciosius ante haec vv. Ern., quocum facit O. M. Müller p. 96., add. censuit *non*, quasi absorptam, quam, probante Goerenzio ad Acad. II. 9, 27. f. Lamb. et Schuetzius post haec. *κακοφωνία* illa Schuetzio odiosa, si ulla est, alibi etiam reperitur. Vide ad *Offic.* 1, 61. p. 143. Negationem tamen alteram hanc repudiat cum Brévero Orellius, quum *praesertim* accipiens pro *quamvis*. Commodè, si modo legeretur ante *nisi* pro *si-non*, et *praesertim* (i. q. *prae ceteris* post *quum* pro *licet*) proxime ante. adiectiva collocatum esset. Sed tum adiectum hoc membrum et otiosum esset et vix cum sententiae veritate conciliandum. Refutantur hic ineptiae diversa laudis et gloriae genera confundentium. Ampliandum

fuisset honoratus et nobilis. Huius tamen nemo neque verborum neque sententiarum gravitatem imitatur: sed,

tamen propter plusqpf. *fuisset*, quod tempus conditionale ita ut ad affirmatum v. *extaret* referretur, pro *fuisset* positum foret per attractionem. BEIER. Negationem inserendam contra Cdd. notos putant etiam Moserus et Billerbeck. Cdd. mecum secutus est Meyerus. Falsitatem prioris meae interpretationis nunc ipse agnosco. Nam negari nequit in omnibus locis, ubi apud Cic. legitur *quum praesertim*, id disiungi non posse, immo totam semper afficere sententiam: cfr. *de Finn.* 2, §. 25. *quum praesertim in eo omne studium consumeret.* — *Verr.* 1, §. 40. *quum praesertim planum facere multis testibus possim.* — *Verr.* 2, 2, 113. *quum praesertim essent multa praeclara.* — *Verr.* 2, 2, 155. *quum praesertim ex ea provincia condemnati sint complures.* pro *Sex. Roscio C.* 24. initio: *quum praesertim deorum immortalium iussu — — id fecisse dicantur:* — ad *Famil.* 2, 6, 2. *quum praesertim considerem;* — ad *Famil.* 3, 8, 6. *quum praesertim mihi usu venturum non arbitrarer;* — ad *Famil.* 5, 2, 40. *quum praesertim non deberent esse obligati;* — ad *Famil.* 3, 10, 10. *quum praesertim eas ad me is literas miserit;* — ad *Famil.* 6, 7, 1. *quum praesertim adhuc stili poenas dem.* — ad *Famil.* 8, 6, 2. *quum praesertim is sit.* *de Offic.* 2, 16, 56. *quum praesertim neque necessitati subveniatur.* *de Rep.* 1. C. 13. *quum praesertim, si haec ignoremus, multa nobis et magna ignoranda sint.* Item Tacitus *Dial. de Oratt.* Cap. 10. et 24. (Dubius interdum ordo, quum variatur in Mss. Sic *Paradox.* 3, §. 25. pro *praesertim quum Cd. Eins. quum praesertim.*) Hinc h. l. minime construere licet: *quum fuisset praesertim honoratus* cet.; nec ullum in his exemplis verum inest significatus discrimen inter *praesertim quum* et *quum praesertim*. Negatione recepta, sententiae sic continuabuntur, ut fere voluit O. M. Muellerus: „itaque nunquam est numeratus orator; non tamen hoc ideo dico, quod minus honorifice de eo sentiam; nam, etiam si historiam non scripsisset, nihilominus nomen eius extaret et celebraretur, quia in rep. fuit admodum honoratus et nobilis.” Verum, ut tunc essent verba Cic. ipsa constituta, rectus cum praeced. nexus, notante iam Brewero, utique desideraretur. Quocirca nunc discedo in sententiam amicissimi Bakii ipsius verbis expositam in praefatione ad hunc librum. Scil. hoc dixit Cicero, e lectione Cdd. negationem haud agnoscentium: „et vero, si historiam non scripsisset, nomen eius non extaret, ut nunc exstat atque eo magis etiam celebratur, quod honoratus fuit et nobilis s. princeps civitatis Atheniensis.” — Paulo post memorabilis est Lamb. susp.: *neque verborum granditatem neque sententiarum gravitatem:* sed h. l. ego zeugma agnosco. Tum *Eins.*: — *nemo verborum sententiarumve gravitatem; nimio brevitas studio.*

quum mutila quaedam et hiantia locuti sunt, quae vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas. Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet: cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus.

Referamus igitur nos¹ ad eum, quem volumus, in- 33
choandum et eadem eloquentia informandum, quam in
nullo cognovit Antonius. Magnum opus omnino et ar- 10
duum, Brute, conamur: sed nihil difficile amanti puto.
Amo autem et semper anavi ingenium, studia, mores
tuos. Incendor porro quotidie magis non desiderio so-
lum (quo quidem conficior) congressus nostros, consue-
tudinem victus, doctissimos sermones requirens tuos,

E. 1) nos igitur

L. 6. nos igitur

[*Thucydidas*] Genit. *Thucydidis* placet Fischero ad Plat. *Phaedon*. C. 57. 37. Sic Edd. Iunt. Crat. Sed pro lectione *Thucydidas* (sic Eins. Dresd.) Ferrarius quoque *Emendatt. in Philipp.* XI. pr. p. 128. ed. Lugd. 1552. ad libros antiquos provocat. Cfr. 26, 90. pr. BEIER. Quaestionem diremerat iam Lambinus. Ceterum Eins. corrupte: *germanos se pantes* (cum lin.) *faciunt se Thucydidas*. OR.

§. 33. [*Referamus igitur nos*] Sic Eins. Vit. Dresd. Gu. 1. 2. Victor. Sch. in Ed. mai. Pro altera vv. structura Beier laudat Goerenz ad I. *de Fin.* p. 85. *Acad.* II. 8, 23. p. 50. Sequendi erant Cdd. Ceterum mira est suspicio Billerbeckii haec omnia §. 33—36. casu huc esse transposita et collocanda post §. 20. Quomodo enim in Cic. haec toleranda essent?: *Investigemus hunc igitur, Brute, si possumus, quem nunquam vidit Antonius, aut qui omnino nullus unquam fuit: quem si imitari atque exprimere non possumus — at qualis esse debeat, poterimus fortasse dicere. Referamus igitur nos ad eum, quem volumus, inchoandum et eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognovit Antonius.* OR.

[*inchoandum*] Sic Eins. = *inchoandum* Viteb. non improb. Schneider *lat. Gr.* 1. p. 205. notante Meyero. Vide Gesneri *Thesaur.* in v. p. 1040. Seebodii *Bibl. crit.* 1823. p. 1100. et Ang. Mai ad Cic. *de Rep.* 1. C. 35. in f. BEIER. Item Osann ad *Tacit. Dial. de orat.* C. 33. *Eadem*, pro quo Sch. in Ed. mai. de Ern. susp. dedit *ea demum*, est idem fere atque *ea ipsa*. OR.

[*ingenium, studia*] Latuit Brewerum, (*deinen Character, deine Studien*) quo haec sensu iuncta essent. Vide 15, 48. *Ingenium* a virtutis indole distinguitur 13, 41. De orthographia cotidie, *cotidianus* v. annotatt. ad or. pro Tullio §. 54. BEIER. — *Incondiosior* porro q. — *sermones quaero* Eins. OR.

sed etiam incredibili fama virtutum admirabilium¹, quae
 34 specie dispares prudentia coniunguntur. Quid enim tam
 distans quam a severitate comitas? Quis tamen unquam
 te aut sanctor est habitus aut dulcor? Quid tam diffi-
 cile, quam in plurimorum controversiis diiudicandis ab
 omnibus diligi? Consequeris tamen, ut eos ipsos, quos
 contra statuas, aequos placatosque dimittas. Itaque effi-
 cis, ut, quum gratiae causa nihil facias, omnia tamen
 sint grata, quae facis. Ergo omnibus terris una Gallia
 communi non ardet incendio: in qua frueris ipse te,
 quum in Italiae luce cognosceris versarisque in optimo-
 rum civium vel flore vel robore. Iam quantum illud est,
 quod in maximis occupationibus nunquam intermittis studia
 35 doctrinae; semper aut ipse scribis aliquid aut me vocas
 ad scribendum! Itaque hoc sum aggressus statim Catone
 absoluto: quem ipsum nunquam attigissem tempora timens
 inimica virtuti, nisi tibi hortanti et illius memoriam

E. 1) admirabili fama virtutum incredibilium

L. 1. admirabili fama virtutum incredibilium 7. (pacatosque Al. b.)
 9. ex omnibus

[*incredibili fama virtutum admirabilium*] Sic iam Veneta
 prima. Receperunt Sch., Meyerus, Beier. Mirum est autem et
 Eins. et Viteb. et Dresd. exhibere perversam lectionem cetero-
 rum *admirabili fama v. incredibilium*. Tum Eins. studio coniung.
 pro prudentia coni. et: Quis autem hac aetate te aut sanctor
 aut dulcor est habitus, mira *μειώσει*. Sed vera lectio est in
 marg. OR.

§. 34. [*sint grata*] = *grata sint* Eins. OR.

[*omnibus terris*] Schuetz cum Lamb. praeponit *ex*; qua prae-
 positione non magis opus, quam 1. *de Rep.* 45. pr. De Bruti
 administratione laudata v. Plutarchus in *vita C.* 6. extr. BEIER.
 Gulielmius videtur voluisse: *una Gallia communi nunc non ar-*
det incendio, etsi apud Grut. deest negatio; et Eins. a sec.
 manu: *communi iam ardet i.*; nec tamen opus est isto sup-
 plemento. Olivetus construebat: *una Gallia non ardet incen-*
dio communi omnibus terris; sed ne hoc quidem placere potest,
 quum *omnibus terris*, nisi revera excidit *ex*, aliter quam ab-
 solute accipi non debeat. Tum quantum illud, omisso est,
 et studium doctrinae Eins. OR.

§. 35. [*tempora inimica virtuti*] tempora dici de ipsis homi-
 nibus eorumque moribus ac studiis observat Guil. Leon. Mahne
 in *Epicrisi censurarum bibl. crit.* Vol. 3. P. 3. p. 34. BEIER.
 Verba Catone absoluto recte iam Strebacius explicarat de lau-
 datione Catonis Uticensis; eumque secutus est Schuetzius.

mihî caram excitanti non parere nefas esse duxissem. Sed testificor me a te rogatum et recusantem haec scribere esse ausum. Volo enim mihi tecum commune esse crimen, ut, si sustinere tantam quaestionem non potuero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti; in quo tamen iudicii nostri errorem laus tibi dati muneris compensabit.

Sed in omni re difficillimum est formam (qui¹ χα- 11
ρακτῆρῳ Graece dicitur) exponere optimi: quod aliud aliis 36
videtur optimum. Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum: Pacuvio, inquit alius; omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus, multa apud alterum negligentius. Fac alium Accio²: varia enim sunt iudicia ut in Graecis nec facilis explicatio, quae forma maxime excellat. In picturis alios horrida, inculta, abdita et opaca: contra alios nitida, laeta, collustrata delectant. Quid est, quo prae-

E. 1) quae 2) Attio

L. 13. multo 14. (Attio Al. b.)

Ecce nunc Billerbeckius de Catone maiore s. libro de senectute adolescentibus interpretatur. Sed talia missa faciemus in posterum; nisi prorsus necessaria videbitur eorum refutatio. Haud intelligo, quomodo Eckhard in *Dissertat.* infra a Beiero laudata p. 9. probare potuerit errorem Ven. 2. Tulich. *mihî coram excitanti.* Errorem Dresd. *recusandum* habet etiam Eins.; idem autem cum Viteb. ∞ om. *esse* ante v. *ausum.* OR.

§. 36. [*formam, qui χαρακτῆρῳ*] Ioh. Frid. Eckhard in Prolus. Isenac. a. 1780. 4. *Einige Nachricht von einer seltenen Ausgabe des Redners von dem Cicero* p. 10. affert hanc lectionem (Ven. 2. L. Sch.) ex Tulichii ed. Lipsiensi comparatque huius attractionis in reciprocis tantum notionibus ideoque in definitionibus usitatae exempla in *Somn. Scip.* §. 4. extr. et 6. ad finem. (*de Rep.* VI. 13 et 15.) Liv. III. 34. sub f. BEIER. Vide in primis Meyerum. — *quae* Ern. cum Ven. 1. — *quod* retinent Eins. Viteb. Dresd. Cfr. Ernestium ad *Topic.* §. 45. et 79. OR.

[*ait quispiam*] Cfr. Frotscheri *Epistolam* p. XIII. — *negligentius* scil. composita. Multis placebit Lamb. lectio *multo apud alterum negligentius.* Attamen de Ennio vix quisquam dixerit *omnes* versus apud eum multo negligentius esse compositos quam apud Pacuvium. Deinde praetuli cum Eins. Vit. Edd. vett. *Accio* alteri scripturae *Attio.* Verba *abdita et* absunt ab Eins. nec tamen ideo in suspicionem adducenda. Idem autem solus inter Cdd. nunc accuratius notos habet lect. veram Ald. sec. Lamb. Scqq.

scriptum aliquod aut formulam exprimas, quum in suo quodque genere praestet et genera plura sint? Hac ego religione non sum ab hoc conatu repulsus, existimavi- que in omnibus rebus esse aliquid optimum, etiam si lateret, idque ab eo posse, qui eius rei natus¹ esset, iudicari.

37 Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diversa neque in unam formam cadunt omnia: laudationum, scriptorum et historiarum et talium suasionum,

E. 1) gnarus

L. 2. *quidque* (Al. b.) 3. *depulsus* 9. *suasionum, historiarum et talium scriptorum*

alios — alios delectant. In seqq. memorabilis est lectio Crat. Lamb.: *Quid est, quod* i. e. „Quid iuvat exprimere”, etsi accedo Billerbeckio praeferenti: *Quid est, quo* i. e. „Quomodo exprimas.” Eins.: ∞ *Quid est enim quo* cet. idem: *aliquid optimum.* Praeterea nota Lambini *depulsus*, quod ex eorum genere videtur, quae tacite e Cdd. is assumpsit. Or.

§. 37. [*orationum*] — *orationis* Eins. — [*in unam formam cadunt omnia*] i. e. ei conveniunt. Cfr. 27, 95. Quintil. II, 18, 132. BEIER.

[*scriptorum et historiarum et talium suasionum*] Speciosissima est Lambini transpositio recepta a Lall., Meyero et Billerbeckio: *suasionum et historiarum et talium scriptorum*; nec nimis audax videri debet in scripto ex uno dumtaxat codice ad nos propagato, quum praesertim supra viderimus contra Cdd. certe recens collatos cum Edd. aliquot vet. similiter transponendum esse *incredibili fama virtutum admirabilium pro admirabili fama virtutum incredibilium.* Accedit, quod v. *scriptorum* nimis indefinitum videtur, nec statim perspicitur cur *suasionibus* annumeretur Isocratis Panegyricus. Iam vero ubi contuleris Dionysii Halic. *Artem rhetoricam* C. 9. §. 12. Vol. 5. p. 357. Reiske: *ἀλλὰ καὶ πάλιν ὁ Πανηγυρικός Ἰσοκράτους τοιοῦτόν τι βιβλίον ἐστὶ καὶ ὁ Φίλιππος Ἰσοκράτους καὶ ὁ περὶ τῆς ἀντιδόσεως· ἐν γὰρ τοῖς τρισὶ τούτοις βιβλίοις ἐγκώμια διέρχεται· — ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀθηναίων ἐγκωμίοις καὶ τοῖς Φιλίππου συμβουλὴν ὑποθέμενος, τὸ εὐπρεπὲς τοῦ ἐγκωμίου ἐπραγματεύσατο καὶ πεποιήται ὡσπερ πάρεργον συμβουλῆς τὸ ἐγκώμιον κ. τ. λ.:* hunc igitur locum ubi contuleris, recte ad *suasiones* referri videbis Isocratis Panegyricum similiaque sophistarum scripta. Nec vero in Lambiniana collocazione satis intelligitur, cur Panegyricus Isocrateus cet. seiungatur a *laudationibus*, quasi esset tertium aliquod genus et a *laudationibus* et a *suasionibus* diversum. Iam vero *scriptiones* aliter explicari nequeunt, quam cum Strebao et Schuetzio scripta philosopha, scil. *ἔξωτερικά*, ornata oratorio instructa. In v. *et historiarum*, quae suspecta erant Lambino, cogitan-

qualem Isocrates fecit Panegyricum multique alii, qui sunt nominati sophistae, reliquarumque rerum formam, quae absunt a¹ forensi contentione, eiusque totius generis, quod Graece ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore: non quo negligenda sit; est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare volumus et de quo molimur aliquid exquisitius dicere. Ab 12

E. 1) ab

L. 2. *formam* transponit ante v. *non complectar*

dum in primis de *concionibus* apud historicos tam frequentibus ceterisque historiae ornamentis atque luminibus rhetoricis. Ceterum operae pretium est inspiciere ipsam Lambini annotationem; ipse enim animi pendebat, utrum recte correxisset necne. OR.

[*reliquarumque rerum*] Substantivum *rerum* melius abforet, arbitro Schuetzio. Sed incommoda hic videtur ellipsis vocabuli e superioribus supplendi *orationum*, pro quo paullo indefinitius dicitur *rerum*. BEIER. Aequae ac Schuetzium in h. l. aliquando, sed immerito, ipse haesi in *Sestianae* §. 67. *Pompeius restitit auctoritate sua reliquis rebus; de praeteritis questus est*, ubi exspectabam *reliquis sceleribus* vel simile quid. Sed in casibus praesertim obliquis Cic. solet dicere, *reliquarum rerum, reliquis rebus* pro neutris eiusdem formae cum masculinis, et propterea *σολοικοφανέσι*. Pro *ab forensi* Meyerus ex Viteb. Ven. 2. a *forensi* sicque etiam Eins. Lamb. OR.

[*quod quasi* cet.] Difficilis est quaestio, utrum *quod* sit pronomen; uti saepe duo pronomina relativa sic sine copula sibi succedunt, ubi diversa eorum est ratio ad substantivum, quo referuntur; ut hic altero nomen tantum Graecum *generi* annectitur, altero eiusdem *generis* exhibetur definitio: eiusmodi autem duplex pronomen relativum saepe displicuit et librariis et criticis; cfr. *Topica* §. 6. *de Legg.* 1, 27. 3, 38. *de Nat. D.* 3, §. 70. *de Divin.* 2, §. 92. *Cato* §. 59. *Offic.* 2, §. 81. —; an particula *ideo quod*, an denique cum Medioli. Tulich. Sch. et Beiero legendum sit *quia quasi*. Sic in *Topicis* §. 93. e Cdd. leg. *depulsio criminis* quoniam Graece *στάσις* dicitur, Latine *appelletur status* pro *quae Graece*. — *qua quasi* a pr. manu videtur habuisse Eins., ut Mon. Ven. 1. 2.; nunc *qua* deletum et *quasi* in *quod* mutatum. Tum idem: *aspiciendum*. OR. [*ad inspiciendum delectationis causa*] i. q. ad ἐπιδεικτικὴν i. e. ostentationem. Obscuravit Brewer. BEIER.

[*non quo*] Miro casu hic tantum Ven. 2. et Tulich. habent *non quod*: quod longe frequentius apud Cic. OR. De abrupta post *non negligenda sit* oratione, quae C. 13. §. 42. *extr.* deum in girum redit, v. Matthiam de *Anacol.* in Wolfii *Analectis* 2, 2. p. 3. BEIER.

hac et verborum copia alitur et eorum constructio et
 38 numerus liberiore quadam fruitur licentia. Datur etiam
 venia concinnitati sententiarum, et arguti certique et
 circumscripti verborum ambitus conceduntur, de indu-
 striaque non ex insidiis, sed aperte ac palam elaboratur,
 ut verba verbis quasi dimensa¹ et paria respondeant, ut
 crebro conferantur pugnancia comparenturque contraria,
 et ut pariter extrema terminentur eundemque referant in
 cadendo sonum; quae in veritate causarum et rarius
 multo facimus et certe occultius. In Panathenaico autem
 Isocrates ea [*se*²] studiose consecutum³ fatetur: non
 enim ad iudiciorum certamen, sed ad voluptatem aurium
 39 scripserat. Hacc tractasse Thrasymachum Chalcedonium
 primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde

E. 1) demensa 2) *Abest* [*se*] 3) consecutum

L. 7. *conferant* - - *comparentque* 14. *Gorgiam Leontinum ferunt*

[*verborum constructio*] non est *fabricatio* verborum, ut
 Brewer accepit, sed i. q. *structura* C. 44. Cfr. 60, 202. extr.
 BEIER.

§. 38. [*non ex insidiis* cet.] — *non ea insidiis sed aperte*
ac p. Eins. Or.

[*dimensa*] Sic (Viteb.) Lamb. cum Ed. 1497. probante
 Schellero. Volgo *demensa*. (quod e Nonio praetulit Meyerus.
 — *remensa* Eins.) Cfr. 43, 147. pr. *Parad.* 3. extr. *Quin-*
til. 9, 4, 85. (p. 193. *Bip.*) *in dimensione pedum orationis.* De
 ipso hoc genere Dionys. *Art. rhet.* 1, §. 8. BEIER. Mox Cdd.
 noti et Edd. vett. *conferant* - *comparentque* primum correctum
 vel a Manutio vel a Gryph. sec. Or.

[*In Panathenaico*] Perverse Brewer cum aliis *fatetur*, *se*
in Pan. cet. Goerenzius ad I. *Finn.* 10, 33. extr. tuctur Er-
 nestii lectionem *studiose consecutum*, contractionem duorum
 vocc. in unum Schuetzio tribuens, qui seiunxit potius *studio*
se, ut exprimeretur *σπουδῆ*. Respicit h. l. et 13, 42. *Quin-*
tilianus X, 1. p. 223. *Bip.*: *omnes dicendi Veneres sectatus est.*
 BEIER. Beierus recepit in exemplari suo Sch. con. *studio se*.
 Quod eandem lect. ex Asc. sec. affert Meyerus, id casui po-
 tius tribuendum quam certo alicui consilio; *studio* enim est
 in extremo versiculo, in sequente *se* omisso divisionis sylla-
 barum signo, ut statim in eadem Ed. versiculo seq. *tractas*,
 in tertio *se* pro *tractas=se*. Similiter Schellerus *Obs.* p. 36.
 Editioni Kobergerianae 1497. tribuit *studio se*; in meo certe
 exemplari est *studiose*. Equidem facio cum Handio ad *Wop-*
kens p. 14. „Nec deesse facile potest ob hanc vim (maio-
 rem) *se* Orat. §. 38. sive scribamus cum Aldo (2. et Lamb.) *ea se*
studiose (quod recepi) sive de Ern. susp. *studiose se*. Id, quod

Byzantium multosque alios, quos *λογοδαδάλους* appellat in Phaedro Socrates: quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta et versicolorum¹ similia quaedam nimiumque depicta. Quo magis sunt Herodotus Thucydidesque mirabiles: quorum aetas quum in eorum tempora quos nominavi incidisset, longissime tamen ipsi a talibus deliciis vel potius ineptiis afuerunt. Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit, alter incitator fertur et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum: primisque ab his (ut ait Theophrastus) historia commota est, ut auderet uberius quam superiores et ornatus dicere. Horum aetati successit **13** Isocrates, qui praeter ceteros eiusdem generis laudatur **40** semper a nobis, nonnunquam, Brute, leniter² et erudite

- E. 1) versicolorum 2) leviter
L. 3. *versicolorium* 14. *leviter*

Meyerus e C. 69, §. 230. affert, ipsum habet *se cet.* — *consecutum* est in Edd. vett. etiam Asc. 1., fortasse etiam in Gu. 1. nec tamen ab Ern. et Goer. praeferrī debebat exquisitori verbo, quod praebent Eins. et Cdd. Meyeri. Quod paullo post Lamb. scripsit *Georgiam Leontinum ferunt*, fecit contra frequentissimum usum Cic., ex quo patria hominis nomini praepositur, *Ponticus Heraclides, Phalereus Demetrius* cet. OR.

§. 39. [*versicolorum*] Sic Viteb. Lamb. Heindorf ad *Plat. Phaedr.* p. 316. *versicolorum* retinet Eins. Vide omnino Meyerum; quem contra plurimis verbis disputat Billerb., non ita tamen, ut efficiat recte iungi *versicolorum similia* et *nimum depicta*. BEIER haec adnotavit: »Lambinus coniecit *versicolorum* (edidit *versicolorium*): haud improbabiler, si comparaveris c. 19. extr. (ubi Cicero h. l. respicit) 44, 149. extr. Similiter Isocrates in *or. ad Philipp.* p. 128. l. 26. ed. Wolf. coniunxit *τὰς περὶ τὴν λέξιν εὐνοθμίας καὶ ποικιλίας*. Volgatae tamen patrocinator Cicero C. 51, 172. et C. 52. Schuetzius pro *depicta* a sensu postulari arbitratur *astricta*; sed in *Lex. Cic.* II. 2. p. 58. *nimumque depicta* mire interpretatur *allzu-ängstlich abgezirkelt*. cfr. Brut. C. 37. extr. in *verbis pingendis*. Haec delectationis aucupia ipsis *λογοδαδάλους* videbantur *deliciae* vel *festivitates* §. 176. Ciceronis iudicio derogat Quintil. 9, 4. p. 178. et 10, 1. p. 214. *Bip.* Deinde *canere bellicum* paullo alio significato dicitur quam in *Philipp.* VII, 1, 3. pro *irritare ad bellum*. Extremo hoc capite respici videtur ad Theophrasti *τέχνην ἡγορικὴν*. V. Meursii *Theophrastus* §. CLXVII." — Pro *primisque ab his* Eins.: ∞ *primisque ab hiis (iis)*. OR.

§. 40. [*leniter*] E Cdd. Dresd. Gu. 1. 2. repositum pro.

repugnante te: sed cedes¹ mihi fortasse, si, quid in eo laudem, cognoveris. Nam quum concisus ei Thrasy-machus minutis numeris videretur et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse: Theodorus autem praefrac-tior nec satis (ut ita dicam) rotundus: primus instituit dilatare verbis et mollioribus numeris explere sententias. In quo quum doceret eos, qui partim in dicendo, partim in scribendo principes extiterunt, 41 domus eius officina habita eloquentiae est. Itaque ut

E. 1) cedas

L. 1. credas 4. iunxisse (Margo, ut nos.) 4. Thucydides

leviter (Eins.) a Schuetzio et Meyero recepit etiam Beier. Probarat iam Muretus apud Olivetum et cfr. ad Famil. 3, 11, 4. te leniter accusans, alii leviter. Ridicule autem Eins. crudeliter pro erudite. OR.

[cedes] Sic coni. Ern. pro credas (Eins.) (Recepit cedes Sch. Ern.: cedas.) Cd. Viteb. credes. BEIER. Rectius sane futurum praecedit futurum exactum. OR.

[verba vinxisse] Sic duo Cdd. Lambini. Grut. Sqq. Meyerus autem reduxit lect. Eins. Viteb. et Edd. ante Grut.: iun-xisse, haec observans: „Iunguntur verba, vincitur oratio.” Apud Quintil. tamen 8, 6, 61. fit hians oratio, si ad necessi-tatem ordinis sui verba redigantur, et, ut quodque oritur, ita proximis, etiam si vinciri non potest, alligetur. Atque hic omnino sermo est non de simplici verborum iunctura legibus grammaticis consentanea, sed de numerosa oratione, qua in re alibi quoque vincendi, constringendi verbis utitur. cfr. de Orat. 3, §. 190. Infra §. 77. verba quasi verbis coagmentare. cfr. Brut. §. 34. OR.

[Theodorus] Recte hanc Ern. coni. cum Schuetzio retinuit Meyerus atque ita defendit, ut ego non videam, quid iure possit contra dici. Thucydidis enim mentio hic prorsus ab-sona; Theodectes autem, Isocratis, non Aristotelis discipulus (infra C. 51.) hic locum habere nequit; id tamen demonstrat aliquando non pervulgatum illud nec facile corruptioni ex-positum Thucydidis nomen hic lectum esse; iam ut infra §. 172. Theodectes corruptus est etiam in Viteb. in Theodotes (sic), sic contra evenire poterat in v. Theodorus, ac corrup-telae tandem substitui a recentiore grammatico Thucydides, cui apta putaret verba „praefrac-tior nec satis rotundus.” Quam-quam prorsus similibus argumentis usi contra Meyerum dis-putant Billerbeck et Beier: hic quidem ita: „Ab Ernestio et Sch. Thucydidi substituitur Theodorus; a Nonio 1. 297. (in v. Rotundum) Theodectes. Theodorus ille λογοδαΐδαλος hic vix potuit dici prae fractus nec satis rotundus: (nos tamen eum comparare non possumus nec cum Thrasy-macho et Gorgia, nec cum Isocrate. OR.) quod idem recte agnovit Schirachius cadere in Thucydidem modo ante cum iisdem sophistis com-

ego, quum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim (ut scis) quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates: „Adolescens etiamnunc, o Phaedre, Isocrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem? inquit ille. Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparetur. Praeterea ad virtutem maior indoles, ut minime mirum futurum sit, si, quum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum, quantum pueris, reliquis praestet omnibus, qui unquam orationes attigerunt; aut, si contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inest enim naturâ philosophia in huius viri mente quaedam.” Haec ⁴² de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur unum. Me autem, qui Isocratem non diligunt, una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. Dulce igitur orationis genus et solutum et effluens, sentiis argutum, verbis sonans est in illo

L. 16. *Isocrate Socrates* 19. *et Platone*

paratum. Etenim *densitas sentiiarum*, quae Thucydidi conceditur *de Orat.* II. 13, 56. 22, 93. *Brut.* 7, 29. 17, 66., *facit concisam quoque orationem: subsistit enim omnis sententia ideoque post eam utique aliud est initium. Unde soluta fere oratio et e singulis non membris, sed frustis collata*, ut ait Quintilianus VIII. 5, 27. *De Isocratis discipulis v. de Orat.* II. 13, 57. 22, 94. *Brut.* 8, 32.”

§. 41. [*a nostro Catone*] Vide *ad Famil.* XV. Ep. 4. §. 24. ss. BEIER.

§. 42. [*cum Socrate et cum Platone*] Alteram praepositionem cum exemplaribus quibusdam, ut (Ven. 1.) Lamb., expungi iussit Reisigius *Coniectan. in Aristoph.* L. 1. p. 242. BEIER. Codices retinent, (nisi quod in Eins. cum superscriptum est versui:) ac frequentius in talibus omittitur a scribis, quam intruditur; et significantior est repetitio, spaullo scil. minus quam: *et cum Socrate et cum Platone*, quo tamen nimis utrumque ab altero segregasset. OR. Deinde Brewer *sentiis argutum* refert ad sensum, qui subesse dictis intelligatur; sed spectantur potius *verborum ambitus concinni*, ut 12, 38, 39. *De opt. gen. or.* 2, 5. BEIER.

epidictico genere quod diximus, proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum, spretum et pulsum foro. Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia ipsa se postea colorat et roborat, non alienum fuit de oratoris quasi incunabulis dicere. Verum haec ludorum atque pompae: nos autem iam in aciem dimicationemque descendamus.

- 14 Quoniam tria videnda sunt oratori, quid dicat, et
 43 quo quidque loco, et quo modo; dicendum omnino est, quid sit optimum in singulis, sed aliquanto secus atque in tradenda arte dici solet. Nulla praecepta ponemus, (neque enim id suscepimus) sed excellentis eloquentiae speciem et formam adumbrabimus: nec, quibus rebus ea paretur, exponemus, sed qualis nobis esse videatur.
 44 Ac duo breviter prima; sunt enim non tam insignia ad maximam laudem quam necessaria et tamen cum multis paene communia.

L. 7. *veniamus*

[*in illo epidictico genere*] Recte Goerenz *de Finn.* p. 174. et 455. et in primis Meyerus contra Schuetzium, Burchardium meque defenderunt v. *genere*, quod agnoscit etiam Eins. Videndum etiam nunc, an Graecis literis h. l. sit scribendum, ut placuit etiam O. M. Muellero. Dativis scil. Graecis pro ablativis Latinis, praesertim cum praeposit., ut aliter fieri fere nequibat, utitur Cicero etiam *ad Attic.* 5, 24. *nullo nostro εὐήμερήματι.* Ibid. *de ἐνδομύχῳ* *probo.* Cum Goerenzio, quem laudat, facit Beier praeterea que annotat recte Schuetzium virgulâ distinxisse post *diximus.* Tum: — *nutrimento pro nutrimentis*, et: *oratoris incunabulis* omissio quasi Codex Eins. OR.

[*haec ludorum*] scil. *literariorum*; non, ut Brewer accepit, *certaminum sollemniium.* Cfr. 15, 47. pr. *de Orat.* 1, 18, 81. extr. *Pompae* (dictioni *sophisticae*) opponitur *acies* (veritas causarum) ib. II. 22, 94. BEIER. Recte ille quidem; cfr. §. 47. *declamatorem de ludo.* Mox iam in suo exemplari cum Gu. 1. 2. Monac. Sch. in Ed. mai. expunxit Beier: mihi retinendum videtur, etsi suspectum fit etiam ex Eins. lectione *nos autem nunc.* Deinde mirum est omnes Cdd. notos (etiam Eins.) habere *veniamus*, non *descendamus*, quod e Ven. 1. asciverunt post Ern. cuncti. Videndum etiam atque etiam, ne elegans correctio substituta sit veritati. OR.

§. 43. [*tradenda*] — *tractanda* Eins. OR.

§. 44. [*sunt enim non tam*] — om. *non* Eins., ut Viteb. a pr. manu. OR.

Nam et invenire et iudicare, quid dicas, magna illa quidem sunt et tamquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae: [*quae* ¹] qua tamen in causa est vacua prudentiâ? Noverit igitur hic quidem orator, quem summum esse volumus, argumentorum et rationum locos. Nam quoniam, quidquid est 45 quod in controversia aut in contentione versetur, in eo aut sitne, aut quid sit, aut quale sit, quaeritur; sitne, signis; quid sit, definitionibus; quale sit, recti pravique partibus: quibus ut uti possit orator, non ille vulgaris, sed hic excellens, a propriis personis et temporibus semper, si potest, avocatur controversiam. Latius enim de genere quam de parte disceptare licet: ut, quod in universo sit probatum, id in parte sit probari necesse.

E. 1) *Abest* [quae]

L. 3. *eloquentiae. quae tamen causa* (el. *quae enim causa* Al. b.)

[*quid dicas*] — *quid et quo loco dicas* ex ingenio Schuetz. compar. 46, 51. pr. Quintil. 8. prooem. §. 9. Sed opus non videtur additamento; nam scriptor hic primum caput, a quo ipso alterum pendet, tractare incipit; vide *de Orat.* II. 27, 120. Adversatur correctioni etiam ipse Quintil. III. 3, 6. Cicero quidem in *Rhetoricis iudicium subiecit inventioni*. Ad seqq. *qua tamen in causa* intelligit. „iudiciali, quae in controversia aut in contentione versetur.” BEIER. Statim ex Ven. 2. Tul. Meyer dedit *quidem illa* contra Cdd. In seqq. Cdd. lectionem *qua tamen in causa est vacua prudentia?*, v. *prudentia* pro nominativo habens cum Schuetzio ita exposueram, ut esset: „qua tamen in causa est otiosa, supervacanea, inanis prudentia?” Nunc vereor, ut haec explicatio conveniat cum Cic. consuetudine. Itaque cum Anonymo Oliveti et Meyero v. *prudentiâ* censeo esse ablativum. Sed, ut alii critici iam dudum haeserant in isto ἀσυνδέτοϛ, sane praefractiore ac minime rotundo, ego quoque excidisse aliquid reor. Proxime ad veritatem accesserunt Melanchthon proponens *quae tamen qua in causa* cet. et Acidalius ad *Velleium* p. 1103. *Ruhnck.*: *quae tamen in qua causa* cet. (Eidem praeterea in mentem venerat: *si qua tamen in causa.*) Sed simplicior etiam videtur medela, quam cum [] exhibui. Ceterum Heinrichio omnia ista *qua — prudentia*, pannus videbatur a librario assutus, ut disco e Moseri censura. At voc. *vacua* vix videtur interpolatoris esse. (— *qua tamen in causa vacua prudentia* omissa est Eins.). Ad sententiam cfr. *Brut.* §. 23. Tum idem Eins.: = *hic igitur*. OR.

[*rationum locos*] E coniectura *actionum* l. substituentem Schuetzium sequuntur interpretes Hauffius et Brewer. Sed librorum lectionem defendit Burchardius eiusque censor Beckius in *Diar.* Lips. 1816. p. 622. BEIER.

46 Haec igitur quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur *ῥέσις*¹. In hac Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum, in utramque partem ut ornatus et uberius dici posset, exercuit: idemque locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem 15 traheretur oratio. Facile igitur hic noster, (non enim 47 declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus) quoniam loci certi traduntur, percurreret omnes, utetur aptis, genera-

E. 1) thesis

L. 2. thesis 11. aptis generatim, discet ex quo emanent (Ut nos Lamb. b.)

§. 46. [quaestio a propriis personis et temporibus] Cum Ven. 1. Med. Meyerus transposuit ∞ a propriis temporibus et personis, cuiusmodi variationes sunt sane ex usu Cic. — Cdd, tamen sequendos existimavi. Tum memorabilis est lectio Nizolii et Purgoldi: ∞ ad universi generis rationem, probata etiam Schuetzio. cfr. §. 125., indicante Meyero. Or.

[appellatur *ῥέσις*] Schuetzium ex ingenio Graece app. §. Ad rem cfr. Brut. 93, 322. Finn. IV, 4, 10. BEIER. Pro in hac Gu. 2. in hoc probatum Billerbeckio; sed manifesto refertur ad v. *ῥέσις*. — non philosophorum more Eins. Or.

§. 47. [utetur aptis — — loci] Haec ut insititia notavit Schuetzium, probavitque suspicionem suam et Hauffio et Brewero, non mihi. Deinceps correxit sed idonea exquiret, quod non recte potuisset dici omnia seliget. Dissentit Burchardi. Ad alterum membrum et seliget intellige inde vel ex iis. In praeceptis diligentiae inculcandis alibi quoque Cicero paullo verbosior est v. c. I. Offic. 18, 59. extr. De inveniendi locis v. Partitt. 31, 109. Locus communis de testamentorum auctoritate in exemplo laudatur I. de Orat. 57, 215. BEIER. Ego quoque nunc video, nihil mutandum esse in verbis sed omnia expendet et seliget. Priorum verborum utetur aptis lectio sic a Lipsio constituta est e Cd. Lovaniensi (Var. Lectt. 2, 7.) itaque explicata: „Orator percurreret omnes locos, e quibus argumenta duci possint, nec tamen sine delectu utetur omnibus, sed dumtaxat accommodatis ad causam et aptis; generatim etiam aliquando et universe de re dicet et a propriis personis ac temporibus ad universi generis tractationem orationem avocabit, ex quo fonte emanant et oriuntur communes illi, qui appellantur, loci.” Eins. sic habet, ut fere Cdd. Meyeri: quaerimus ut quoniam loci certi traduntur percurrat omnes utatur aptis gradatim dicat ex quo emanant cet. Paulo post Eins.: = omnibus in causis, quae tamen elegan-

tim dicet: ex quo emanant etiam, qui communes appellantur loci. Nec vero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet et seliget. Non enim semper nec in omnibus causis ex iisdem eadem argumentorum momenta sunt. Iudicium igitur adhibebit nec inveniet solum 48 quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim est feracius ingeniis, iis praesertim, quae disciplinis exulta sunt. Sed ut segetes fecundae et uberes non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus, sic interdum ex illis locis aut levia quaedam aut causis aliena aut non utilia gignuntur; quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Quonam modo¹ ille in 49

E. 1) Alioqui quonam modo: et continuatur interrogatio usque ad v. obstabit.

L. 4. nec ex iisdem 5. ergo 6. Abest est 7. his 9. etiam herbas 12. dilectus - - Alioqui quonam modo

tior, ut videtur, collocatio saepe debetur librariis, et omittit eadem, ut Cdd. Meyeri. OR.

§. 48. [*Nihil enim*] est volgo additum excludit Gu. 2. (Dresd. Lamb. Meyeri.) Gu. 1.: *Nihil est f.* Schuetzius: *nihil est enim f.* Paullo post non utilia sunt: „cum aliquo malo coniuncta.” Cfr. II. de Orat. 76, 308. et ad §. 49. cfr. indidem II. 72, 92. nec non illustre Antonii exemplum: *ibid.* Capp. 48. ss. denique cum h. l. §. 50. contende ex illo II. 77, 313. ss. BEIER. Etiam Meyer delevit v. est, quod re vera est in Eins. et ut videtur etiam in Viteb.; non video igitur, cur damnandum sit: pronuntiabant *enimst.* OR.

§. 49. [*Quonam modo cet.*] Sic cum Cdd. notis, etiam Eins. Palatt. et Meyeri, constituendus nunc mihi videtur locus: videlicet quemadmodum in seqq. mixta quodammodo cum exclamatione interrogatio est *Iam vero ea quae invenerit, qua diligentia collocabit?* sequiturque responsio *Vestibula nimirum honesta - - faciet*, sic hoc quoque loco eandem orationis formam agnosco: interrogat *Quonam modo ille in bonis haerebit et habitabit suis?* Respondet: *Aut molliet - - obstabit.* In his enim omnibus, quae h. l. enumerat, continetur iste *delectus magnus*, quo qui utitur, in bonis suis haeret et habitat. (*frei waltet.*) Quod si ἀσύνδετον improbandum videatur, nihil potuit fieri facilius, quam ut excideret ex uno illo archetypo *igitur* vel *ergo*, quorum compendium saepe numero in Cdd. ipse hoc vidi $\frac{g}{i}$ et $\frac{g}{e}$, unde haud raro utraque particula est vel confusa vel omissa: ut fuerit *Quonam igitur modo*, ut §. 27. Iam vulgata haec est: *Alioqui quonam modo*, et continuantur interrogationes usque ad finem clau-

bonis haerebit et habitabit suis? Aut molliet dura, aut occultabit, quae dilui non poterunt, atque omnino opprimet, si licebit, aut abducat animos, aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud quod obstabit.

50 Iam vero ea, quae invenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciet illustres: quumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque contraria: de firmissimis alia prima ponet, alia postrema inculcabitque leviora. Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summam bre-
16 viterque descripsimus. Sed, ut ante dictum est, in iis¹
51 partibus (etsi graves atque magnae sunt) minus et artis est et laboris.

Quum autem, et² quid et quo loco dicat, invenerit, illud est longe maximum, videre quonam modo. Scitum est enim, quod Carneades noster dicere solebat, Clito-

E. 1) his 2) *Abest et*

L. 1. *ut molliet* - - *ut occ.* - - *ut abd.* 12. *his* 15. *autem, quid*

sulae. eamque primum reperi in Ascens. sec. Ceterae antiquiores, item Victor. cum Cdd. notis non agnoscunt v. *alioqui*: agnoscit Oxoniensis, si fides collatoribus, quae tamen hoc ipso loco in ceterorum aperto consensu exigua videtur aut nulla. Sed, quod maius etiam est, Hand in *Tursellino* 1. p. 235. demonstravit eam particulam omnino Tullianam non esse: quocirca, ea merito deleta, totum locum sic scrib. censet: *Quodammodo ille et cetera usque ad v. obstabit sine interrogatione*; in qua tamen ratione equidem omnem cum praeced. nexum desidero, et omnino languidior evadit oratio. Quid? quod tropus ille *in bonis suis haerere et habitare*, qui nostra in ratione satis scite explanatur verbis propriis, in Handiana his sine explicatione aequiparatur, ipsaque vis verborum *haerebit et habitabit* mirum in modum infringitur v. *quodammodo*. — *ut molliet dura, ut occultabit* Eins. a pr. manu. (in seqq. aut); verum a manu sec. correctum aut *m. d. aut occ.* Ceterum pro *obstabit* Ern. volebat *obstet vel obstabat*. OR.

§. 50. [*erat de tribus*] — *erit de tr.* Eins. Mon. OR.

§. 51. [*in iis partibus*] Sic Eins. — *his* Cett. OR.

[*et quid et quo loco*] Sic cum Eins. Dresd. Mon. Victor. Meyerus: qua ratione duo antea separatim tractata, aptius nunc iunguntur. Ceteri om. prius *et*, qua omissione nihil frequentius est. OR.

machum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere. Quod si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio? Quod quidem ego, Brute, ex 52 tuis literis sentiebam, non te id sciscitari¹, qualem ego in inveniendo et in collocando summum esse oratorem vellem, sed hoc² mihi quaerere videbare, quod genus ipsius orationis optimum iudicarem. Rem difficilem, dii immortales, atque omnium difficillimam! Nam quum est oratio mollis et tenera atque³ ita flexibilis, ut sequatur quocumque torqueas: tum et naturae variae et voluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. Flumen aliis verborum volubilitasque cordi 53 est, qui ponunt in orationis celeritate eloquentiam. Di-

E. 1) scitari 2) id 3) et

L. 6. scitari 8. id 11. et

[*eodem etiam modo dicere*] Scita est Schuetzii con. *quodam etiam modo* deleto v. *dicere*; cui tamen recte adversatur ipse ille, ad quem provocat, Goerenzius ad *Acad.* II. 24, 76., Burchardi huiusque censor Beckius itemque Brewer. BEIER. Rectissime cum Burchardio, cuius rarissimo libello uti non potuit amicus meus, Meyer vindicavit exposuitque h. l. lectionem Victor. Lamb. Ern. Burchardii verba p. 43. haec sunt: „Carneades duos illos (suos) discipulos inter se comparat, sed ita, ut se ipso tamquam exemplo utatur. Clitomachus, ait, eadem atque ego dicit; Charmadas (hoc nomen praebent Dresd. Monac.) vero non modo eadem dicit atque ego, sed eodem etiam modo atque ego (i. e. pari eloquentia.)” De duplici scriptura *Charmadas* et *Charmidas* (quam h. l. commendabat Victorius *Var. Lectt.* 32, 24. cfr. Goerenz ad *Acad.* 2, 6, 16. p. 37. Is in Cicerone praefert *Charmadas*. Eins. h. l. habet *Carnadam*. OR.

§. 52. [*non te id sciscitari*] Sic e Viteb. Oxon. (Ven. 2. Tul.) recte Meyerus pro Ceterorum, etiam Eins., *scitari*. Idem mavult *non id te*. Cfr. tamen Frotscherum p. XIII. De auctoritate Cdd. in restituendo v. *sciscitari* hic quoque, ut saepissime, errat Billerbeck. Sed cur hunc refutamus? Mox ex Eins. dedi: *sed hoc mihi pro sed id mihi*. In seqq. mirum est ab omnibus servatum esse rectum *quum est oratio*, ita, ut nemo habeat *quum sit oratio*; quae res tot tantasque turbas excitavit de *Nat. D. I.*, 1, 1. Tum Eins.: *atque ita flexibilis*, quod recepi pro Ceterorum *et ita fl.* Est enim ex usu Ciceronis variatio ista coniunctionum copulativarum. OR.

stincta alios et interpuncta intervalla, morae respirationesque delectant. Quid potest esse tam diversum? Tamen est in utroque aliquid excellens. Elaborant alii in lenitate et aequabilitate et puro quasi quodam et candido genere dicendi. Ecce aliqui duritatem et severitatem quandam verbis et orationis quasi maestitiam sequuntur; quodque paullo ante divisimus, ut alii graves, alii tennes, alii temperati vellent videri, quot orationum genera esse diximus, totidem oratorum reperiuntur.

17 Et, quoniam coepi iam cumulatius hoc munus augere,
54 quam a te postulatum est, (tibi enim tantum de orationis genere quaerenti respondi etiam breviter de inveniando et collocando) ne nunc quidem solum de orationis modo dicam, sed etiam de actionis: ita praetermissa pars nulla erit; quandoquidem de memoria nihil est hoc loco dicendum, quae communis est multarum artium. Quo
55 modo autem dicatur, id est in duobus, in agendo et in eloquendo. Est enim actio quasi corporis quaedam eloquentia, quum constet e voce atque motu. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maxime

L. 1. *alios, interpuncta* 5. *Ecce alii*

§. 53. [*intervalla*] Notabile est hanc vocem omitti ab Eins. Sed cfr. §. 56. OR.

[*lenitate*] — *lévitate* Eins. Ven. 1. Nor. Tul. prob. Lamb. in, a Cdd. notis omissum, insertum videtur e coniectura, sed necessaria, apud Nizolium, Lamb. Seqq. OR.

[*et puro quasi quodam et candido*] Hic quoque consulto retinui Cdd. nunc notorum ordinem, quia et in v. *puro* et in v. *candido* agnosco metaphoram, molliorque videtur verborum iunctura. Si quid mutandum, sequendus potius erit Meyerus e Ven. 1. Med. reponens *et puro et quasi quodam candido*, quam Beier, cui placuit ordo Marg. Lamb.: *et puro quodam et quasi candido*, laudanti §. 25. *opimum quoddam et tamquam adipatae* cet. Addit Beier: „comparatur oratio rivo: nam ὕδωρ λευκὸν laudatur Athenaeo II. 13.” In seqq. *Ecce aliqui* M. Caelium Rufum significari putavit Ellendt *hist. eloq.* p. 113., notante iam Meyero. OR.

[*quodque paullo ante divisimus*] i. e. „quam — divisionem proposuimus.” A Schuetzio substituentem *diximus*, deinceps autem *genera divisimus*, suppresso infinitivo *esse*, recte dissentit Burchardi. BEIER. Mox Eins.: — *oratorum esse reperiuntur*. OR.

§. 54. [*ne nunc quidem solum*] — *nec nunc solum* Eins. OR.

voce commoventur. Itaque ille perfectus, quem iam-
 dudum nostra indicat oratio, utcumque se affectum videri
 et animum audientis moveri volet, ita certum vocis ad-
 movebit sonum: de quo plura dicerem, si hoc praeci-
 piendi tempus esset aut si tu hoc quaereret. Dicerem
 etiam de gestu, cum quo iunctus est vultus: quibus
 omnibus dici vix potest quantum intersit, quemadmodum
 utatur orator. Nam et infantes actionis dignitate elo- 56
 quentiae saepe fructum tulerunt et diserti deformitate
 agendi multi infantes putati sunt, ut iam non sine causa
 Demosthenes tribuerit et primas et secundas et tertias
 actioni. Si enim eloquentia nulla sine hac, haec autem
 sine eloquentia tanta est; certe plurimum in dicendo
 potest. Volet igitur ille, qui eloquentiae principatum
 petet, et contenta voce atrociter dicere et summissa le-
 niter et inclinata videri gravis et inflexa miserabilis.
 Mira est enim quaedam natura vocis, cuius quidem e 57
 tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi tanta sit et
 tam suavis varietas perfecta in cantibus. Est autem
 etiam in dicendo¹ quidam cantus obscurior, non hic c

E. 1) in dicendo etiam

L. 1. *perfectus ille* 20. *in dicendo etiam*

§. 55. [*iunctus*] — *vinctus* Eins. Nullus nuper collatorum
 habet ordinem Lambini *perfectus ille*. Mox Eins.: = *vix*
dici. OR.

§. 56. [*Nam et infantes cet.*] Hic, ubi Viteb. ceteroqui
 perbonus, misere corruptus est (*nam et infantum actiones cet.*)
 veram lectionem praebet Eins., ut saepenumero. Statim
reputati Viteb. Hunc quoque Italismum non agnoscit Eins.
 Idem mox omittit *dicere*, quo verbo tamen carere non pos-
 sumus; omnino is Cd. in hac omittendi etiam necessaria
 consuetudine haud raro peccat. Sic statim §. 57. abest ab
 eodem v. *perfecto*. OR.

[*inflexa*] Schuetzius pro arbitrio corrigentem *flexa* sequi-
 tur Hauffius, adversante ipso Cicerone comparato l. II. *de*
Orat. 46, 193. Idem in proximis *inflexum sonum* interpre-
 tantur *medium quoddam* (canentis) *inter acutum et grave*. Sed
 est *προσφθία περισπωμένη*, ut apud Arnob. I. post med.
 p. 44. Herald. (al. 35.) *Quid officit — ÷ utrumne quid grave an*
hirsuta cum asperitate promatur; inflectatur quod acui, an acu-
tur quod oportebat inflecti? * BEIER.

§. 57. [*etiam in dicendo*] Sic Eins. Dresd. Mon. Ven. 2.

Phrygia et Caria rhetorum epilogus paene canticum, sed ille, quem significat Demosthenes et Aeschines, quum alter alteri obiicit vocis flexiones: [dicit¹] plura etiam Demosthenes, illumque saepe dicit voce dulci et
 58 clara fuisse. In quo illud etiam notandum mihi videtur ad studium persequendae suavitatis in vocibus. Ipsa enim natura, quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem nec una plus nec a postrema syllaba citra² tertiam: quo magis naturam ducem ad
 59 aurium voluptatem sequatur industria. Ac vocis bonitas

E. 1) dicit sine [] 2) ultra

L. 3. *Obiicit plura Aeschini Dem.* (*Obiicit plura etiam Aeschini Dem.* Lamb. b.) 7. (*moderaretur Al. b.*) 10. *vocis quidem bonitas*

Tul. Vict. (— om. etiam Vit. Med.) — in dic. etiam Ceteri, incerta auctoritate. OR.

[*canticum*] Soliloquium ab histrione per cantum pronuntiatum. Vide Wolff *de Canticis in Rom. fabb. scenicis* Hal. 1824. 4. pag. 3. seqq. Ad seqq. respicit Quintil. *Institt.* XI. 3, 168. BEIER.

[*dicit plura etiam*] Auctore Ern. delere malui *dicit*, quam cum Schuetzio mutare in *et huic*. Lamb.: — *Obiicit plura etiam Aeschini Demosthenes*; quae interpolatio placuit Schirachio, detrahenti modo *Aeschinis* nomen. BEIER. Verum hic vidisse videtur Ern., quocirca *dicit* [] ego cum Nobbio. Totum membrum vix haberi potest subditivum cum Meyero. Consentaneum enim erat, ut significaretur in Aeschine plura etiam reprehendenda fuisse, neque sine iure, quam in oratore illo perfectiore. Cd. Eins. locum controversum mance sic exhibet: — *et Aeschines, illumque saepe dicat* (sic) *voce d. et cl. fuisse*. OR.

§. 58. [*modularetur*] Sic Cdd. noti, etiam Eins. — *moderaretur* Margo Lamb. Cfr. infra §. 182. OR.

[*citra tertiam*] Scilicet in vv. primitivis. Sed quum acuatur prima syllaba vocum *fácere, fácinus, mémor, mémorem, ácus*, acuatur eadem in *fácinoris, fácinoribus, mémoribus, mémoria, áculeus*. BEIER. Favet Beieri sententiae pronuntiatio Italorum in vv. *cápitano* a verbo *capitare, óccupano, desiderano, abbéverano, togliéndosene* ac similibus. Recte etiam Billerbeck refutavit Ern. coni. *ultra*. Male Eins. *nec una plus a postrema cet.* Tum idem: *quo magis naturam ducem sequitur ad aurium voluptatem sequatur industria*. Manifestum est in eius archetypo vocabulo *sequatur* superscriptum fuisse *sequitur*; haud malá emendatione, nisi forte malis *sequetur*. Sic statim *persequatur* Eins., *persequeretur* Viteb. pro recto *persequetur*. OR.

§. 59. [*Ac vocis bonitas quidem*] Sic Eins. Viteb. Dresd.

quidem¹ optanda est: non est enim in nobis, sed tractatio atque usus in nobis. Ergo ille princeps variabit et mutabit; omnes sonorum tum intendens tum remittens persequetur gradus idemque motu sic utetur, nihil ut supersit in gestu. Status erectus et celsus: rarus incessus nec ita longus: excursio moderata eaque rara: nulla mollitia cervicum, nullae argutiae digitorum, non ad numerum articulus cadens: trunco magis toto se ipse moderans et virili laterum flexione, brachii projectione in contentionibus, contractione in remissis. Vultus vero, 60 qui secundum vocem plurimum potest, quantam afferet² tum dignitatem tum venustatem! In quo quum effeceris, ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quaedam magna moderatio. Nam ut imago est animi vultus, sic indices oculi: quorum et hilaritatis et vicissim tristitiae modum res ipsae, de quibus agetur, temperabunt.

Sed iam illius perfecti oratoris et summae eloquentiae species exprimenda est: quem hoc uno excellere, 61 id est, oratione, cetera in eo latere, indicat nomen

E. 1) vocis quidem bonitas 2) affert

L. 3. et omneis 10. (in remissionibus Fort. b.) 11. affert 14. magna quaedam

Ven. 2. = *Ac vocis quidem bonitas* Ceteri praeter Meyerum, qui e Monac.: = *Ac vocis quidem optanda est bonitas*: quae correctiones durioris, ut putabant, collocationis consulto videntur esse factae. Sed unam notionem continent vv. *vocis bonitas*, unde recte post ea poni poterat v. *quidem*, ut est in optimis adhuc notorum, Eins. et Viteb. Tum vide, ne in seqq. *atque usus in nobis* exciderit v. *est*, ut in Eins. excidit in his *non est enim in nobis*; habet enim: — *non enim in nobis*. OR.

[*nihil ut supersit*] Schuetzium inseruit *desit aut*; quasi vero hoc non lateat in affirmatione illa *motu sic utetur*. Ad seqq. cfr. *de Orat.* III. 59, 220. 222. sq. Quint. XI. 3, 119-122. BEIER. Deinde: — *nullaque mollitia* Eins. Mox in *remissionibus* pro in *remissis* non tam ipsius Lambini, quam nescio cuius apud Lamb. erat suspicio. OR.

§. 60. [*afferet*] Sic Eins. Vit., ut *variabit, utetur*. Cett. *affert*. OR.

§. 61. [*id est, oratione*] Adiectum hoc emblemata delevi cum Schuetzium, qui tamen fallitur in eo, quod nec Victorem Pisanum hoc legisse putat. BEIER. Recte servarunt et Meyer et Billerbeck. OR. In fine §. *dicendi maxima vis* idem est, quod „maxima earum rerum, quae sunt in oratore, scil.

ipsum. Non enim inventor aut compositor aut actor haec complexus est omnia, sed et Graece ab eloquendo *ῥήτωρ* et Latine *eloquens* dictus est. Ceterarum enim rerum, quae sunt in oratore, partem aliquam sibi quisque vindicat: dicendi autem, id est, eloquendi maxima vis soli huic conceditur.

- 62 Quamquam enim et philosophi quidam ornate locuti sunt, (si quidem et Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit et Aristoteles Isocratem ipsum laccessivit et Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt et longe omnium, quicumque scripserunt aut locuti sunt, extitit et suavitate¹ et gravitate princeps Plato) tamen horum oratio neque nervos neque aculeos oratorios ac forenses
63 habet. Loquuntur cum doctis, quorum sedare animos malunt quam incitare, [*et*²] sic de rebus placatis ac minime turbulentis docendi causa, non capiendi loquuntur, ut in eo ipso, quod delectationem aliquam dicendo aucupentur, plus nonnullis quam necesse sit facere videan-

E. *Abest* et suavitate 2) *Abest* [*et*]

L. 5. *vendicat* 12. (*et ubertate et gr.* Lamb. b. Ut nos, a.) 15. *incitare: siquidem de rebus*

dicendi facultas." 21, 69. *Vis omnis oratoris est „ consummata virtus oratoris."* Utrouque loco errarunt interpretes. BEIER.

§. 62. [*et philosophi quidam*] Non sequitur *et sophistae et historici*. V. infra §. 65. et C. 20. Matthiam *de Anacolutis* l. 1. p. 6. BEIER. Versiculum Meyero laudatum emendationem sic dant Schirach et Moserus: *ἀσχερὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτην δ' εἰὼν λέγειν*. De difficultate huius narrationis chronologica v. Matthiae *Fragm. Eurip. Vol. 9. p. 286. OR.*

[*et suavitate et gravitate*] Sic Mss. Lamb. Palat. quintus. Lamb. Sch. Meyer. Beier. — om. *et suavitate* Ceteri, etiam Eins. Rectius illud videtur supplementum quam Nizolii *et copia dicendi* et alterum Lambini in *Adnott.* propositum *et ubertate. OR.*

§. 63. [*et sic cet.*] Sic scripsi coniectura. Vulgo *abest et*, quod facile excidere poterat inter *e* et *s*: qua tamen omissione intolerabilis fit lectio. Gu. 1. omittit v. *sic de* et posterius *loquuntur*, unde de Sch. suspitione Billerb. delevit *sic et loquuntur*: qua in ratione praefractor fit oratio, maxime in illo *ut*, nec v. *sic* neque *ita* praemisso. Meyerus autem haec omnia *sic de rebus* — *loquuntur* tamquam subditiua []. At verba ipsa elegantiora sunt, quam ut interpolatori tribui queant. Cd. Eins. habet eandem corruptelam ac Monac. et

tur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, discernere. Mollis est enim oratio philosophorum et umbratilis, nec sententiis nec verbis instructa popularibus, nec vineta numeris, sed soluta liberius: nihil iratum habet, nihil invidum, nihil atrox, nihil miserabile¹, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaque sermo potius quam oratio dicitur. Quamquam enim omnis locutio oratio est, tamen unius oratoris locutio hoc proprio dignata² nomine est.

Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Sed hoc differunt, quod, quum sit iis³ propositum non perturbare animos, sed placare potius, nec tam persuadere quam delectare, et apertius id faciunt quam nos et crebrius, concinnas magis sententias exquirunt quam probabiles,

E. 1) mirabile 2) proprie signata 3) his
L. 6. mirabile 10. proprio signata 14. his

Ven. sec.: — *fide placatis* cet. Mox idem: *delectationem aliquam dicendi.* OR.

§. 64. [*verbis instructa popularibus*] Gu. 1. 2. (item Eins. et Edd. aliq. vett.) *popularis*. Bene, si abfuerit *instructa*. Post haec pro *mirabile* malui *miserabile*, i. e. „*quod ad fletum possit adducere*“, ut est in Bruto 93, 322. Cfr. *Orat.* 17, 56. extr. 38, 131., ubi nemini attentiori scrupulum iniiciet, quod ibi additur *est faciendum etiam, ut — iudex — contemnat, admiretur*. Item de *Orat.* II. 47, 196. 51, 206. 52, 211. III. *Nat. D.* 24, 62. in Cdd. confunduntur vv. *miserandum* et *mirandum*. BEIER. Manutii lectionem *miserabile* merito etiam ab O. M. Muellero commendatam cum Beiero recepit Meyerus, quos secutus sum. cfr. §. 56. Et habet *miserabile* a secunda manu Eins. Lect. *vineta numeris* firmant Eins. Viteb. — Edd. ante Lamb. *iuncta*. OR.

[*proprio dignata*] Sic Meyerus, prob. Mosero, e Nonio p. 281. Merc. in v. *dignatus*. Ceteri *proprio signata* (— *proprio nomine signata est* Eins.) praeter Ern., qui coni. *proprie signata*. Sed ideo quoque praetuli Nonii lectionem, quia *signare nomine*, quod per se spectatum placere poterat, repugnat tamen ceterae Ciceronis consuetudini; quamquam, si unquam sic ei loqui placuisset, vix semel duntaxat ea formula usus esset. Ceterum cfr. passivo significato *complexa esse* Sex. Rosc. §. 37. OR.

§. 65. [*adhibet*] Ed. Omniboni (Norimb.) *adhibebit*. Sen-

a re saepe discedunt, intexunt fabulas, verba altius¹ transferunt, eaque ita disponunt ut pictores varietatem colorum, paria paribus referunt, adversa contrariis, saepe² 20 pissimeque similiter extrema definiunt. Huic generi 66 historia finitima est, in qua et narratur ornate et regio saepe aut pugna describitur: interponuntur etiam conciones et hortationes, sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.

Ab his non multo secus quam a poëtis haec eloquentia, quam quaerimus, sevocanda est. Nam etiam poëtae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. Numero maxime videbantur antea et versu: nunc apud oratores iam ipse numerus 67 increbuit². Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu, (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur, qui Graece

E. 1) apertius 2) increbuit
L. 1. apertius 14. increbuit

tentia haec est: „*Est quaedam in Sophistis atque oratoribus difficilior ad distinguendum similitudo; ut loquitur II. de Orat. C. 53. pr. BEIER. Mox iis ex Dresd. Meyerus, sicque Eins. OR.*

[*altius transferunt*] Pro librorum lectione *apertius*, invito Burchardio, (qui exponit *audacius, impudentius*;) Schuetzius correxit *audacius*, coniectura ducta ex 60, 202. Indidem poterat *liberius*. Sed sponte se obtulit *altius*. Cfr. 25, 82. BEIER. In eandem igitur atque ego coni. incidit nondum visa mea editioe Beier, eamque probavi etiam Mosero: quo facilior fui nunc ad eam recipiendam: hoc enim *apertius* post praecedens *apertius id faciunt* omnino tolerari nequit. Sic autem est corruptum *altius*: *aptius, apertius*. Statim Eins. corrupte: *varietates colores*. OR.

§. 66. [*in his - - Ab his*] in *hiis - Ab hiis* Eins. OR.

[*quaestionem attulerunt*] i. e. „*materiam suppeditarunt quaestioni a grammaticis et rhetoribus tractandae.*” Errarunt h. l. interpretes. Ceterum in primis memorabilis Godofr. Hermannii *de differentia prosae et poëticae orationis disputatio*. Lips. 1803. 4. et I. C. T. Ernesti *comment. de elocut. poët.* Latt. *luxurie* in Beckii *Actis seminar. reg. Lips.* Vol. II. p. 134. seqq. BEIER.

[*iam ipse numerus*] i. e. praeter ea, quae oratoribus cum poëtis communia sunt, *iam ipse quoque numerus*. V. Goerenz ad 1. Finn. 13, 43. BEIER. Haec disputavit contra Sch. suspic. *ipsos* reiectam iam a Burchardio. *increbuit* etiam Eins. OR.

ὄνθηδὸς dicitur. Itaque video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem, etsi absit a versu, tamen, quod incitatus feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poëma putandum quam comicorum poëtarum: apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis. Nec tamen id est poëtae maximum, etsi est eo laudabilior, quod virtutes oratoris persequitur, quum versu sit astrictior. Ego 68 autem, etiam si quorundam grandis et ornata vox est poëtarum, tamen in ea quum licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum, tum etiam nonnullorum voluntati¹ vocibus magis quam rebus inserviunt. Nec vero, si quid est unum inter eos simile, (id autem est iudicium electioque verborum) propterea ceterarum rerum dissimilitudo intelligi non potest: sed id nec dubium est et, si quid habet

E. 1) voluptati

L. 10. (tamen quum in ea Fort. b.) 12. tum etiam voluptati (tum etiam auditorum voluptati Lamb. b.)

§. 67. [quod versiculi] Var. lect. apud Hervag. 1534.: quod quidam versiculi: cfr. 12, 39. versicolorum similia quaedam. BEIER. Sed ibi nunc dedi *versicolorum*: et utriusque loci longe diversa est ratio, etsi a nonnullis hic ipse advocatur ad defendendam lectionem *versicolorum*: ibi scil. de sophistis, h. l. de poëtis comicis loquitur. OR.

§. 68. [etiam si] — etsi Eins. OR.

[ornata vox est poëtarum, tamen in ea] Schuetzius maluit in eis. Sed seq. quam in nobis dicitur pro quam in nostra per comparisonem synecdochicam, ut 13, 40. pr. 44. *Isocrates cum orationibus Lysiae comparetur*. Deinceps voluntas est corruptum nonnullorum iudicium ut 8, 24. Coniecturae Schuetzii nonnulli aurium voluptati adversatur, quod adiectum legitur *rebus inserviunt*, arbitris Burchardio et Beckio l. l. p. 622. Cfr. Gruter. Sed, dissuadente Burchardio, prope modum assentimur Schuetzio parentheticam adiectionem *id autem* — *verborum* tamquam glossatoris emblemata eliminanti. Modo enim Cicero similitudinem in *grandi et ornata voce* agnoverat. Extremo capite observa attractionem *explicandam* ut 9, 27. BEIER. Burchardio et Beiero obsecutus Cdd. (etiam Eins.) lectionem *voluntati* substitui conjecturae Aldi: — *voluptati*; pro qua fortasse afferent §. 162. *voluptas eorum*, quibus probari volebamus. Vocabulo nonnullorum eosdem fere significare videtur, quos *Tuscul. III. §. 45.* contemptim vocat *hos Euphorionis cantores*. Pro *inter eos simile* Manutius ma-

quaestionis, hoc tamen ipsum ad id, quod propositum est, non est necessarium. Seiunctus igitur orator a philosophorum eloquentia, a sophistarum, ab historicorum, a poëtarum explicandus est nobis qualis futurus sit.

20
69 Erit igitur eloquens (hunc enim auctore Antonio quaerimus) is, qui in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. Probare necessitatis est: delectare suavitatis: flectere victoriae. Nam id unum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. Sed quot officia oratoris, tot sunt genera dicendi: subtile in probando, modicum in delectando, vehemens in fle-
70 etendo: in quo uno vis omnis oratoris est. Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debet moderator ille et quasi temperator huius tripertitae varietatis. Nam et iudicabit, quid cuique opus sit, et poterit, quocumque modo postulabit causa, dicere. Sed est eloquentiae sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre. *Πρόπον* appellant hoc Graeci: nos dicamus sane decorum. De quo praeclare et multa

- L. 1. (*quod nobis prop.* Fort. b.) 3. (*locutione seu loquentia* Fort. b.)
20. (*et praeclare multa* Al. b.)

lebat *inter nos* s. i. e. inter poëtas et oratores: sed idem significat *inter eos*. Verba *id autem* minime glossematis speciem habent, ut vidit iam Burchardi. (Pro *ad id* Eins.: — *ad hoc*.) Recte porro lect. *explicandus* contra Ern. suspic. *explicandum* defendit Beier. Paulo ante *loquentia* mira est suspicio non tam Gothofredi, quam in Marg. 1584. proposita atque ducta e Valerii Probi coniectura Sallust. *Cat. 5. satis loquentiae pro Sallustiano satis eloquentiae.* (— *ac poëtarum* Eins.) OR.

§. 69. [*dicet*] — *dicit* Eins. Tum idem: *in quo vis omnino.* OR.

§. 70. [*huius trip.*] — *illius trip.* Eins. Tum idem: — *sed etiam eloquentiae.* Contra *est* omittitur a Dresd. Deinde Eins.: — *sicut aliarum rerum.* OR.

[*praeclare et multa*] Strebæus et Schuetzius: *et praeclare m.* Particulae transpositionem tuetur Goerenz ad V. *Finn. 13, 37.* extr.; sed ad 1, 7, 25. p. 33. eandem deleri iusserat. Videtur scriptor sic exorsus, ut si continuaturus fuisset: *et existimantur cognitione dignissima.* Eadem ratio in positu partic. *quum* — *tum* 20, 68. pr. BEIER.

praecipiantur et res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modo in vita, sed saepissime et in poë-
 matis et in oratione peccatur. Est autem, quid deceat, 71
 oratori videndum non in sententiis solum, sed etiam in
 verbis. Non enim omnis fortuna, non omnis honos,
 non omnis auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus
 aut tempus aut auditor omnis eodem aut verborum ge-
 nere tractandus est aut sententiarum, semperque in omni
 parte orationis ut vitae, quid deceat, est considerandum:
 quod et in re, de qua agitur, positum est et in perso-
 nis et eorum, qui dicunt, et eorum, qui audiunt. Ita 72
 que hunc locum longe et late patentem philosophi solent
 in officiis tractare (non quum de recto ipso disputant:
 nam id quidem unum est;) grammatici in poëtis, elo-
 quentes in omni et genere et parte causarum. Quam
 enim indecorum est, de stillicidiis quum apud unum iu-
 dicem dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus,
 de maiestate populi Romani summis et subtiliter! Hic 21
 genere toto, at persona alii peccant aut sua aut iudicium

L. 18. (*subtiliter dicere* Fort. b.)

[*poëmatis*] — *poëmatibus* (Eins. Cd. Reg. 7703.) Viteb. Ven. 1. Med. Cfr. Charis. p. 112. Putsch. „Cicero in oratore *poëmatis* dixit, pro Gallio autem *poëmatorum*.” MEYER.

§. 71. [*et in personis et eorum cet.*] Meyerus ex parte cum Iulio Victore: *et in personis eorum, qui dicunt, et in eorum*. Sed lubrica res est e pessimo illo rhetore mutare Cdd. (etiam Eins.) lectionem, etsi laudabili studio omnia ex eo attulit editor. OR.

§. 72. [*non quum — unum est*] Haec a Schuetzio uncis inclusa vindicare videtur ipse Scriptor 22, 73. 1. *Offic.* 3. pr. cfr. *Orat.* 23, 98. s. c. 40. Idem Vir doctus expulit *eloquentes*, ut in eorum locum succederent *rhetores*. Illos defendit Burchardi, probabilius Goerenzius ad 1. *Acad.* 2, 5. p. 8. In *Bruto* 91, 315. *rhetor dicitur summus orator et disertissimus*. Ibid. 97, 332. *Pammenes, vir longe eloquentissimus Graeciae*. BEIER. In verbis *apud unum iudicem v. unum male* omittit Eins. OR.

[*de maiestate P. R.*] i. q. *de Romani imperii dignitate atque gloria* in *orat. pro lege Man.* §. 11. Cfr. huius libri 29, 102. extr. Nimis restringunt interpretes ad *crimen laesae maiestatis*. BEIER. Ex *Iunt.* 2. *Crat. Gryph.* 1. Meyerus dedit *de maiestate vero P. R., quod necessarium non puto*. Est

aut etiam adversariorum, nec re solum, sed saepe verbo :
 etsi sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res saepe
 aut probatur aut reiicitur alio atque alio elata verbo, in
 73 omnibusque rebus videndum est, quatenus. Etsi enim
 suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium
 quam parum. In quo Apelles pictores quoque eos pec-
 care dicebat, qui non sentirent, quid esset satis. Magnus
 est locus hic, Brute, quod te non fugit, et magnum vo-
 lumen aliud desiderat: sed ad id, quod agitur, illud
 satis: Quum hoc decere, (quod semper usurpamus in
 omnibus dictis factis minimis maximis¹) quum hoc, in-

E. 1) dictis et factis, minimis et maximis

L. 1. *sed saepe etiam verbo: etsi enim sine re* 8. *esset hic locus*
 11. *dictis et factis, minimis et maximis*

enim ex eo genere, ubi omissa partic. adversativa oppositio-
 nem auget. Tum idem ex Ven. 1. Tul. *et summis*, utrumque
 etiam contra Eins. OR.

[*sed saepe verbo*] — *sed etiam saepe v.* Eins. — *sed saepe*
etiam Aldd. Asc. sec. Lamb. Contra Cdd. Meyeri ut nos. OR.

[*etsi enim sine*] enim Lamb. (et Sch.) adiecit. Victorius *et*
sine, nempe neglecto compendio: *si .n. sine*. BEIER. — *etsi*
sine re enim Meyerus; contra dicente Frotschero p. XIV.,
 qui enim abesse posse recte iudicat. Mihi displicet etiam
 propter sequens *etsi enim suas*; nec habent Cdd. nunc noti.
 Mox *reiicitur* Eins. Viteb., ut passim in huius libri Cdd. me-
 lioribus supersunt vestigia antiquioris scripturae diligenter a
 Meyero enotata; ex quo colligitur antiquissimum sane fuisse
 Cd. Laudensem. OR.

§. 73. [*Magnus est locus hic*] Sic Var. lect. apud Hervag.
 Manut. Strebaeus. Ern., Sch. Volgo *esset*. Lamb. *esset hic*
locus. Fr. Gryph. *M. est et hic l.* Cfr. *de Orat.* II. 27, 119.
Philipp. II. Cap. 11. fin. *de Nat. D.* I. 8, 19. II. 10, 26. *de*
Finn. IV. 26, 73. Ovid. *Metam.* XIII. 205. Seneca *de constan-*
tia 18. *Immensum est, si velim*. Ruhnken. ad *Vellei.* 2, 42. pr.
 Ramshorn *L. Gr.* p. 410. BEIER. Idem ad *Laetium* §. 17. sic:
Magnus [esset] locus [hic], quum Viteb. omittat *hic* et §. 75.
 similiter om. verbum subst. *Magnum opus et arduum*; sed
 praestat prior ratio, quam nunc, praesertim accedente Var.
 Hervag. et quum *est* in *esset* corruptum videam etiam §. 76.
 in Dresd., ego quoque secutus sum. OR.

[*dictis factis minimis maximis*] Bis copulam proscripsi in
 his *et f.* — *et max.* exemplo Cod. optumi, laudati Goerenzio
 ad 1. *Leg.* 9, 26. p. 38. a. BEIER. Idem recte fecit Meyerus.
 Mirum tamen ab uno dumtaxat Cd. Goerenzii elegantiam istam
 praebere, dummodo eius rei auctor fidem mereatur. Saepe-

quam, decere [dicimus, illud non decere, et id]¹ usque-
 quaque quantum sit appareat, in alioque ponatur aliud-
 que totum sit, utrum *decere* an *oportere* dicas; oportere ⁷⁴
 enim perfectionem declarat officii, quo et semper uten-
 dum est et omnibus, decere quasi aptum esse consenta-
 neumque tempori et personae: — quod quum in factis
 saepissime tum in dictis valet, in vultu denique et in²
 gestu et incessu; contraque item dedecere: quod si
 poëta fugit ut maximum vitium, qui peccat etiam, quum
 probi³ orationem affingit improbo stultove sapientis; si
 denique pictor ille vidit, quum in⁴ immolanda Iphigenia

E. 1) *Haec sine* []. *et pro* dicimus, dicamus. 2) *Abest in* 3) *pro-*
bam 4) *Abest in*

L. 1. Absunt [] inclusa. 7. Abest in 10. *probam* 11. Abest in

numero enim equidem dubitavi non minus de innumerabili-
 bus illis Goerenzii Codicibus, quam de Codicibus Ursini.
 Iniuria fortasse; sed filii nostri, spero, aut nepotes scient
 aliquando, illis quid tribuendum sit; ego certe scio, quas
 lectiones Cratandro tribuerit Vir doctus, in Cratandrina saepe
 a me non repertas. OR.

[*dicimus illud non decere et id*] Haec vv. Lamb. auctoritate
 Mss. fretus, recte delevit; misere enim turbant sententiarum
 nexum: *hoc decere* subst. accipiendum τούτο τὸ πρόπειν s.
 πρόπον. Glossema quum in v. *non decere*, tum maxime in
 v. *dicimus* sese prodit, quod occultaverunt Ern. et Sch. coni.
dicamus scribentes. Probavi Lambinianam sententiam et
 Meyero et Billerbeckio. Apparet sic unam duntaxat periodum
 esse a vv. *Quum hoc decere*, usque ad vv. *esse tractandas*;
 protasis ter assumitur *Quum hoc decere* — *quum hoc*, *inquam*,
 — *sed quum hoc tantum sit*; apodosis est *orator viderit*. Contra
 BEIER: „Mihi a verbis *quod si poëta* incipere videtur apodosis
 coniuncte elata; in qua pron. relativum est pro demonstrativo
 positum, ut 14, 45. *quibus ut uti possit orator* cet. —” OR.

§. 74. [*tempori et personae*] Meyerus e Ven. 1. 2. Med. dare
 volebat *et tempori* cet. cfr. tamen §. 45 et 46. OR.

[*et in gestu*] Sic e Vit. Ven. 1. 2. Med. Meyerus. Ceteri,
 etiam Eins. om. in. OR.

[*probi orationem*] Sic praeclare Viteb. Ceteri omnes, etiam
 Eins. *probam*; hoc autem propter manifestam ad sequens voc.
orationem accommodationem pro corruptela habendum est
 potius, quam illud, quod respondet seqq. *improbo stultove*
sapientis. Omnino latissime patet istud accommodationum
 genus, etsi a criticis nonnullis nondum agnitum. v. c. §. 72.
 pro *alio elato verbo*, Eins. habet: — *alio elato verbo*. OR.

[*quum in immolanda*] Sic recte Viteb., ut suspicatus erat

tristis Calchas esset, maestior Ulixes¹, maereret Menelaus, obvolvendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non posset imitari; si denique histrio, quid deceat, quaerit, quid faciendum oratori putemus? — sed quum hoc tantum sit, quid in causis earumque quasi membris faciat, orator viderit: illud quidem perspicuum est, non modo partes orationis, sed etiam causas totas alias alia forma dicendi esse tractandas.

22 Sequitur, ut cuiusque generis nota quaeratur et for-
75 mula. Magnum opus et arduum, ut saepe iam diximus: sed ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus, nunc quidem iam, quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. Ac primum informandus est ille nobis, quem
76 solum quidam vocant Atticum. Summissus est et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis re plus quam opinione differens. Itaque eum qui audiunt, quamvis ipsi infantes sint, tamen illo modo confidunt se posse dicere. Nam orationis subtilitas imitabilis illa quidem videtur esse existimanti, sed nihil est experiendi minus. Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, ut, etiam si illis maximis viribus
77 careat, sit (ut ita dicam) integra valetudine. Primum

E. 1) Ulysses

L. 1. Ulysses 8. (dicendi forma Al. b.) 19. quidem illa

Ern., qui h. l. ipsum suum codicem inspicere neglexit. Scilicet est *bei der Opferung*, non vero: *über die Opferung*. Ceteri om. in, ut saepissime ante haec gerundia ac participia cfr. §. 81. in *transferendis*, ubi Ven. 4. Med. om. praepositionem. Item *Topica* §. 49. Facilius etiam ante syllabas in, im. cfr. *Topica* §. 27. ad *Famil.* 2, 1, 1. *quis est tam in scribendo impiger?*, ubi in omittitur a Mediceo, Victorio, Graevio, Benedicto. Sic infra §. 117. *genus universum in species* ex Eins. Vit. Dresd. excidit in propter literas praecedentes. Statim *Ulixes* Eins. Viteb. OR.

[*quum hoc tantum sit*] In Eins. deletum est *tantum* ac superscriptum *totum*. Idem retinet quasi, quod, ut in hoc verbo saepissime fit, omittit Viteb. OR.

§. 76. [*illa quidem*] Sic Eins. Viteb. Dresd. Meyerus cum Ven. 1., aliis Edd. vett. et Lamb. *quidem illa*. OR.

igitur eum tamquam e vinculis numerorum eximamus. Sunt enim quidam, ut scis, oratorii¹ numeri (de quibus mox agemus) observandi ratione quadam, sed alio in genere orationis, in hoc omnino relinquendi. Solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut licenter videatur errare. Verba etiam verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim ille tamquam hiatus et concursus² vocalium molle quiddam et quod indicet non ingrati³ negligentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis. Sed erit videndum de reliquis, 78 quum haec duo ei liberiora fuerint, circuitus conglutinationeque verborum. Illa enim ipsa contracta et minuta non negligenter tractanda sunt, sed quaedam etiam negligentia est diligens. Nam ut mulieres esse dicuntur

E. 1) oratori 2) hiatus concursu 3) ignoratam *err. typogr.*

L. 2. quidem 8. hiatus concursu 9. (hominis de re magis Fort. b.)

§. 77. [*eum tamquam*] Nescio qui apud Lamb. *eam* scilicet orationis subtilitatem. Post *coagmentari* dicuntur verba, ut in *Bruto* 17, 68., quae tam apte componuntur, ut vitetur *hiatus concursu vocalium*. Quintil. IX. 4, 37. et Iul. Victor c. 20. p. 99. *Rom.*: *hiatus et concursus* h. l. legerunt, ut esset figura *ἐν δὲ δύοῖν*, „hiatus concurrentium vocalium, sive concursus hiulcus”, ut III. Orat. 43, 171. Apud Victorem deest *quiddam*. BEIER. In exemplar suum Beier recepit Quintilianeam lect. *hiatus et concursus*; quae mihi quoque placuit; vix enim dicere potuit: „propter ipsum concursum vocalium hiatus illum habere molle quiddam”; ac facile, quum casu excidisset *et*, emendabant *concurso*. Eins., ut solet, omittit voc. controversa; habet enim sic: — *tamquam hiatus vocalium*. Sed manifesto lectio vulgata similem prorsus exhibet errorem, qualem §. 216. sustuli edens cum Rufino et Cd. Einsiedlensi *gravitate sua et tarditate* pro absurda lectione: — *gravitatis suae tarditate*. Supra nunc recepi lectionem Oxon. Dresd. Mon. Iu. Asc. 2. Crat. Gryph. Mau. Lamb. (qui tamen in *Annott.* *eam* improbat:) *oratorii* pro *oratori* (Eins.) Rectius enim dicet: „de oratoriiis numeris mox agemus”, quam simpliciter: „de numeris agemus.” Inter verba *ingratam negligentiam* e Iulio Victore Meyerus inseruit *quandam*; quo v. tamen facile caremus post *quidam, ut scis - ratione quadam - solutum quiddam - molle quiddam*. Accedit sequens *quaedam etiam negligentia*. OR.

§. 78. [*duo ei liberiora*] — om. *ei* Eins. OR.

[*negligentia est*] Hic est (*ἔστι*, non *ἔστι*) non patitur videtur apostrophum, ut alibi, sed facere hiatus. Ad seqq. cfr.

nonnullae inornatae, quas id ipsum deceat: sic haec subtilis oratio etiam incompta delectat. Fit enim quiddam in utroque, quo sit venustius, sed non ut appareat. Tum removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum; 79 ne calamistri quidem adhibebuntur. Fucati vero medicamenta candoris et ruboris omnia repellentur: elegantia modo et munditia remanebit. Sermo purus erit et Latinus: dilucide planeque dicetur: quid deceat, circumspicietur. 23 Unum aderit (quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus) ornatum illud, suave et affluens: acutae crebraeque sententiae ponentur et nescio unde ex abdito erutae; atque in hoc oratore dominabitur¹. Verecundus erit usus oratoriae quasi suppellectilis.

E. 1) dominabuntur

L. 4. (*margaritarum* Al. b.) 7. (*mundities* Al. b.) 10. *ornamentum* 11. *ponentur, nescio* 12. *dominabuntur*.

Plauti *Mostell.* 1, 3, 131. Mox nihil est lectio *quasi id ipsum* Cdd. Gruteri. Monac. Ven. 1. 2. Med. Schirachii. Deinde Frotscher probavit lect. apud Nonium *nec calamistri quidem, ἀσύνδετον* tamen elegantius; et saepissime Cdd. praesertim recentiores et Edd. Sec. XV. *nec -- quidem pro ne -- quidem*; in quo saepe frustra argutati sunt Critici nostrae aetatis. OR.

§. 79. [*aderit*] Vitio Vit. Dresd. Edd. vett. *aberit* iniquatus est etiam Eins. Mox idem: — *quod Theophrastus quartum numerat*. OR.

[*ornatum illud*] ∞ *ornamentum illud* Codex Lambini, Ven. 2. Tul. Asc. 2. Lamb. Meyerus. Retinui lectt. Cdd. meliorum, etiam Einsiedlensis. Nihili sunt coni. Schuetzii *solutum* et altera nescio cuius, *oratorium*. Mox restitui lectionem Cdd. Eins. Vit. Oxon. Dresd., tum Ven. 1. Med. Asc. 1. Vict. Man. *dominabitur*; quod refertur ad *ornatum illud, suave et affluens*, ita scil., ut vv. *acutae -- -- erutae* quasi in parenthesis posita sint. Prorsus similis est locus indicatus iam a Manutio, *de Orat.* 1, §. 60. *num admoveri possit oratio ad sensus animorum atque motus vel inflammandos vel etiam extinguendos, quod unum in oratore dominatur* cet. Minus placet, quod eidem Manutio praeterea in mentem venit: *atque in hoc orator dominabitur, vel omissio hoc, atque in oratore dominabitur*. Infelix est etiam O. M. Muelleri susp.: — *quae in hoc -- dominabuntur*. Coniecturam autem *dominabuntur* a Lamb. ac recentioribus cunctis praelatam reperi primum in Ascens. sec., insuper apud Nizolium: — *atque haec in oratore dominabuntur*; et in Ald. sec.: — *atque hoc in oratore dominabitur*. Fortasse tamen leg.: *atque id* (i. e. id genus totum) *in hoc or. dominabitur*. OR.

Supellex est enim quodammodo nostra, quae est in ornamentis, alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis usitatisque verbis, quod aut optime sonant aut rem maxime explanant¹; in alienis aut tralatum² aut factum³ aliunde ut mutuo, aut factum ab ipso aut novum, aut priscum et inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod

E. 1) sonat - - explanat 2) translatum 3) aut sumptum

L. 1. (enim est Fort. b.) 6. et sumptum aliunde ut mutuum - - ut novum

§. 80. [verborum duplex] — om. verborum Eins. Vit. Mox: — collatorum Eins. OR.

[simplex] Scil. verbum probatur huiusmodi, quod cet.; vel hoc pron. relat. positum est pro *si*. Schuetzio quum inepte subaudiri videretur *ornatus*, correxit *simplicium*. Eleganter sane. BEIER. Recte reiecit *simplicium* Burchardi: *simplex* scil. per brachylogiam dictum est pro: „id, quod ornatum constituit simplicium verborum, maxime perspicitur placetque in propriis” cet. Hinc cum Lambino scribendum videbatur *sonant* — *explanant*, quam probam lectionem ex Cdd. nunc notis praebet solus Eins., sed a Lamb. quoque in aliquo suorum videtur reperta esse. Malui enim haec referre ad propria usitataque verba, et quod pro particula causali habere quam pro pronomine relato ad v. *simplex*. Num enim potuit dicere: „simplex verbum probatur in propriis verbis — quod (verbum) aut optime sonat — ? OR.

[aut factum aliunde cet.] In difficili hoc loco cum Meyero nunc codices (etiam Eins.) secutus sum. Eidem vero atque Handio Tursellin. 1. p. 278. placet: *aut tralatum et factum aliunde et mutuo*, („mutuo refertur ad tralatum”, ait Handius:) *aut factum ab ipso et novum* (sic Pearcius, rursus Sch. coni. Beier.) cet. Iam Lamb., Pearceii, Sch. et sumptum, Ern. aut sumptum, etsi per se rectum est, caret tamen probabilitate. Attamen etiam BEIER et sumptum reposuit in suo exemplari, haec addens: „factum potuit nasci etiam e voc. *tractum*; sed insolentius dicatur *tractum aliunde mutuo*.” — Haud prorsus necessariam iudico lect. *factum ab ipso et novum*, quum in Cdd. lect. *aut novum* duplex quasi genus distinguatur factorum scil. ab ipso, et haud ita pridem factorum ab aliis. Iam vero, quum etiam in priore membro Cdd. habeant *aut factum*, ut taceam *tralatum aliunde* rectissime dici, non aequè recte *factum aliunde*, (etsi zeugmatis ope hoc quoque aliquatenus defendi posse video) neque satis apte a Billerbeckio comparari *facere pecuniam, divitias* cet.; id quaero: a quonam tandem *factum*, si neque ab ipso nec ab aliis eius

81 raro utimur. Collocata autem verba habent ornatum, si aliquid concinnitatis efficiunt, quod verbis mutatis non maneat manente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quae permanent, etiam si verba mutaveris, sunt illa quidem permulta, sed, quae emineant, pauciora.

Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax et in transferendis verecundus et parvus in priscis, reliquisque ornamentis et verborum et sententiarum demissior; translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis utitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum: si quidem est eorum *gemmae vites, sitire agros, laetas esse segetes, luxuriosa frumenta*. Nihil horum parum audacter, sed

L. 8. *et parvus: in priscis reliquisque* (In marg. ut nos.) 9. *translatione* (et sic semper.)

aequalibus? id quod sibi vult in Codicum lectione alterum illud genus: *aut factum ab ipso aut novum* — (ab hoc sane diversum) —? Nec probari potest lectio Cd. Harleiensis apud Pearceium Oliveti: — *aut factum ab ipso novum*. Quamquam autem, ubicunque possum, abhorreo a crudeli illo secandi atque urendi remedio, hic tamen, ubi cum uno Cd. ἀρχαῖον nobis res est, haud prorsus inepte agere mihi videor, si Manutii iudicium secutus, ex seqq. hic casu praeceptum et intrusum *aut factum* suspectum saltem reddere conabor, ita ut fuerit: *aut tralatum aliunde, aut factum ab ipso aut novum, aut priscum et inusitatum*. Sic etiam grata varietas inerit in tribus istis membris, pro nimia illa concinnitate Handianae rationis. OR.

§. 81. [*quae permanent cet.*] — *quae permanent, sunt illa quidem multa, (sic), etiam si verba mutaveris, sed cet.* EINS. OR.

[*et parvus in priscis, reliquisque*] Meyerus huic Rivii emendationi ex veterrima Ed. ductae, a Cd. Memmiano apud Grut. confirmatae et inde a Grutero receptae ceterorum Cdd. (etiam Eins.) et Edd. vett. substituit lectionem: *et parvus, et in priscis reliquisque*: sed cum Billerbeckio equidem intelligere nequeo, quomodo aliquis possit esse *in priscis demissior*. OR.

[*sitire agros*] Recte Scheller repudiat, quod legitur in ed. Ven. prob. Ern. (item Dresd. Gu. 1. Med. Sch.) *lascivire*, glossema proximorum. cfr. Quintil. VIII. 6, 6. *Necessitate rustici dicunt gemmam in vitibus (quid enim dicerent aliud?) et sitire segetes*. Columella III., 11, 9. *solum siticulosum*. BEIER. Sequendi sane nunc erant Eins. et Viteb., quibuscum *sitire* restituit etiam Meyerus. OR.

§. 82. [*parum*] Schuetzius ex ingenio partum. Sed sententia haec est: » Quidvis horum satis illud quidem audacter,

aut simile est illi unde transferas, aut, si res suum nulum habet nomen, docendi causa sumptum, non ludendi videtur. Hoc ornamento liberius paullo quam ceteris utetur hic summissus: nec tam licenter tamen, quam si genere dicendi uteretur amplissimo. Itaque illud inde-²⁴corum (quod quale sit, ex decore debet intelligi) hic quoque apparet, quum verbum aliquod altius transfertur idque in oratione humili ponitur, quod idem in alta¹ deceret. Illam autem concinnitatem, quae verborum col-⁸³locationem illuminat iis² luminibus, quae Graeci quasi aliquos gestus orationis *σχήματα* appellant, (quod idem verbum ab iis³ etiam in sententiarum ornamenta transfertur) adhibet quidem hic subtilis, (quem, nisi quod solum, ceteroquin recte quidam vocant Atticum,) sed paullo parcius. Nam sicut in epularum apparatu a ma-

E. 1) alia 2) his 3) his
L. 8. alia 10. his 12. his

sed tamen excusationem habet: nam cet." Recte iam explicuerat Ern. BEIER. Pariter Burchardi, Meyerus, Frotscher reiecerunt *partum*. Pro *est illi unde* Eins. nonnisi: *est unde*. Idem pro *uteretur*: — *utatur*. OR.

[*in alia*] Schuetzius in Ed. 1. correxerat *in alta* e 57, 492. extr. Contra 27, 44. Gu. 3. peccat *alta* pro *alia* plane fit oratio. Ferri tamen potest h. l. *alia*. BEIER. Meyerus recepit Manutii et Sch. lect. *alta*, repudiatam a Burchardio et Billerb.; quae tamen mihi quoque necessaria videtur. OR.

§. 83. [*iis luminibus*] Sic Eins. (*hiis*) Man. prob. Meyero. Ceteri *his*. Similiter ego in seqq. correxi ex Eins. *hiis*. Eins. om. *etiam* ante v. *in sententiarum arg.* OR.

[*ceteroquin recte*] Sic Eins. Dresd. Ven. 4. Med. L. Seqq. Meyerus ex Viteb. recepit *cetera recte*, contra usum Cic., qui nunquam sic ut poëtae et posteriores v. c. Tacitus *Germ.* 29. et 45. Atque ubivis fere in Cdd. corruptum inveni *ceteroqui*; v. c. *de Nat. Deor.* 1, 21, §. 60. *ceteroqui doctus*, al. *cetera, cetera quoque, cetera quam.* *ad Famil.* 6, 19, 1. pro *ceteroqui mihi locus* Cratandr. habet: *ceterum is mihi quidem locus*; *ibid.* 9, 10, 3. *ceteroqui*, alii *cetera qui.* *ad Attic.* 16, 4, 1. *ceteroque* Medic. a pr. m. *ceteraque* a secunda. Statim *si ut* Eins. Viteb. Dresd. Edd. vett. haud prorsus improbatum Ernestio, frequentissimus est librariorum error. cfr. *de opt. gen. orat.* §. 23., ubi contrario errore multi *sicut spero*, pro *si, ut spero*. Tum Eins. Vit. Dresd. *apparatu magnificentia om. a.* OR.

gnificentia recedens non se parcum solum, sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus utatur. Sunt enim pleraque apta¹ huius ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniae. Nam illa, de quibus ante dixi, huic acuto fugienda sunt, paria paribus relata et similiter conclusa eodemque pacto cadentia et immutatione literae quasi quaesitae venustates, ne elaborata concinnitas et quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat. Itemque si quae verborum iterationes contentionem aliquam et clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienae: ceteris promiscue poterit

E. 1) pleraeque aptae

L. 2. *eligetque* 6. *Abest quasi* 8. *manifeste*

[*non se parcum solum*] Cave pro *non solum non accipias* cum Brodaeo *Miscell.* 8, 14. in Gruteri *Thes. crit.* T. IV. p. 53. BEIER.

§. 84. [*sunt enim pleraque apta*] Sic Lamb. Rursus Ern. suspicio, Burchardi, Meyerus partim etiam e Dresd., qui habet *pleraque* omisso *apta*; (Eins. proxime ad verum: *pleraque apte*.) Item Beier, qui haec annotavit: — „*pleraeque aptae*] Si sana est lectio, *parsimoniae* dicuntur plurium numero, ut Plauto *Trinum.* 4, 3, 21. Ingeniose Schuetzius correxit *Non sunt enim peraeque apta* scil. *lumina* vel *orationis σχήματα*. Non tamen apparet quâ isto loco exciderit *non*; magis, si sic scriptum fuerit: *Sunt · n. n. i. e. enim non peraeque apta*. Aegre tamen tum carueris adiectione *voc. omnia*. Cfr. 5, 20. pr. Praeterea in sententia omnino negativa abundabit proximum pron. *ipsius*, quod compensat comparativam copulam quoque. Insuper eandem elicias sententiam e faciliore Lamb. emendatione: *Sunt enim pleraque apta cet*. Sic enim in seqq. exceptioni praemissae concessio par pari respondet pro eo, quod haec illi opponi debuerat hunc in modum: *Nam licet illa — fugienda sint cet: tamen ceteris poterit uti*. Sic ad prima §. 84. verba respicitur §. 86. *sed pleraque ex illis convenient*. Idem Schuetzius transposita partic. *quasi* legi mavolt: *quoddam quasi aucupium*; sed *quasi quaesitae* dicuntur „*aperte quaesitae*.” Huc referas *admirationem*, de qua vide ad Herenn. IV. c. 6. pr. — Haec BEIER. Voc. *quasi* mitigat tralatum *quaesitae*; nec explicari potest *aperte*, neque vero del. est cum Lambino, tamquam e geminatione seqq. syllabarum *quaesi* ortum. In seqq. nota formam controversam *manifeste* Edd. aliq. vett. (Ven. 1. Med.) retineri etiam a Lambino. Eins. habet *manifesto*. OR.

uti, continuationem verborum modo relaxet et dividat utaturque verbis quam usitatissimis, tralationibus quam mollissimis: etiam illa sententiarum lumina assumet¹, quae non erunt vehementer illustria. Non faciet rem publicam loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec acervatim multa frequentans una complexione devinciet. Valentiorum haec laterum sunt nec ab hoc, quem informamus, aut expectanda aut postulanda. Erit enim ut voce, sic etiam oratione suppressior. Sed pleraque⁸⁶ ex illis convenient etiam huic tenuitati, quamquam iisdem ornamentis utetur horridius: talem enim inducimus. Accedet actio non tragica nec scenae, sed modica iactatione corporis, vultu tamen multa conficiens: non hoc, quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient. Huic generi orationis²⁵ aspergentur etiam sales, qui in dicendo nimium quantum⁸⁷ valent: quorum duo genera sunt, unum facetiarum, alterum dicacitatis. Utetur utroque: sed altero in nar-

E. 1) assumat

L. 16. mirum quantum

§. 85. [*verborum modo*] ∞ modo verborum Eins.; tum idem: — nobilissimis pro mollissimis. OR.

[*assumet*] Sic Lamb. Sch. Ceteri assumat (Eins.), ut cohaereat cum praecedente modo. Ad seqq. cfr. Quint. IX. 2, 29. *Illa adhuc audaciora et maiorum, ut Cicero existimat, laterum fictiones personarum, quae προσωποποιΐαι dicuntur*: et XII. 10, p. 381. *Hic orator* (scil. grandiloquus) *et defunctos excitabit, ut Appium Caecum*; (Cic. pro Caelio c. 14.) *apud hunc et patria ipsa exclamabit* (Catil. 1, 7, 18.) *aliquandoque Ciceronem in oratione contra Catilinam in senatu alloquetur* (C. 11.) *Acervatim spectat ad συναθροισμὸν s. congeriem* (Quintil. 8, 4, 27.): quo multa *κατὰ μερισμὸν* enumerantur, ut in eiusdem orationis exordio. BEIER. Verba etiam illa sent. lumina assumet respondent illis *ceteris promiscue poterit uti*; ergo necessarium est futurum, reiectum rursus a Meyero. Ceterum cfr. Topica §. 45. Mox: — non faciat Eins. OR.

[*etiam oratione*] Meyerus ex Med. Tul. (contra Cdd. (etiam Eins.) et Iul. Victorem) = oratione etiam. OR.

§. 86. [*Accedet*] Sic L. Rursus Ern. con. Sch. Beier. — *accedit Meyerus cum Cett. et Cdd.* OR.

§. 87. [*aspergentur etiam sales*] Cfr. de Orat. 1, 34. 159. Tum Lovaniensis quoque Codex (cum duobus Lambini, Eins. Vit. Dresd.) *nimium quantum* teste L. Carrione *Antiqq. Lectt.* II.

rando aliquid venuste, altero in iaciendo mittendoque ridiculo, cuius genera plura sunt: sed nunc aliud agimus.

88 Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobsceno, ne mimicum: nec petulanti, ne improbum: nec in calamitatem, ne inhumanum: nec in facinus, ne odii locum risus occupet: neque aut sua persona aut iudicium aut tempore alienum. Haec enim ad illud indecorum referuntur.

89 Vitabit etiam quaesita nec ex tempore ficta, sed domo allata, quae plerumque sunt frigida. Parcet et amicitiiis et dignitatibus, vitabit insanabiles contumelias, tantummodo adversarios figet, nec eos tamen semper nec omnes nec omni modo. Quibus exceptis sic utetur sale et facetiis, ut ego ex istis novis Atticis talem cognoverim neminem, quum id certe sit vel maxime

90 Atticum. Hanc ego iudico formam summissi oratoris,

L. 14. (*salibus* Fort. b.)

C. 12. extr. in Gruteri *Thes. crit.* T. III, 2. p. 46. Gr. ἀμύχανον ὄσον. Alii (Ald. 2. Man. L.) *mirum quantum*. BEIER. Meyerus ex Iulio Victore malebat *aspergantur*. Sed dominantur hic futura nec grata esset varietas: — *erit* — *convenient* — *accedit* — *aspergantur* — *utetur*. — *mirum quantum*, quod Meyerus primum in Ald. sec. reperit, sine varietate est apud Livium 2, 4, 44. OR.

[*mittendoque*] Schuetzii coniecturam ∞ *remittendoque* recepturus erat Beier, recepit Billerbeck; eademque mihi haud displicet; quamquam dubitatio alia remanet: scil. annon *mittendo* corruptum sit ex: *immittendo*: alibi sane illa duo v. iunguntur v. c. *Paradox.* 4, §. 28. *iactam et immissam — iniuriam*, ubi tamen fuit, qui vellet *emissam*. OR. — *sed nunc aliud agimus* i. e. valeat: cfr. 22, 73. *de opt. gen. or.* 3, 7. *pro Mur.* 16, 33. Variatis verbis eadem haec eloquitur Quintil. IV, 3, 42. BEIER.

§. 88. [*frequenti cet.*] — *frequens nec scurrile* Eins. OR.

[*subobsceno*] Vide Meyerum laudantem Varronem L. L. VII. p. 372. Speng. Beier praeferebat scripturam *subobscenaeno*. Re vera Inscriptiones constanter habent *scaena*, *scaenici*. — *mimicum*, in quo voc. plerique Cdd. sunt corrupti (*inimicum*), recte Eins. exhibet. Idem male: — *locus risum et aut in sua persona*. Pro *sunt frigida* (Eins.) Meyerus ex Ven. 1. 2. Med. Tul.: = *frigida sunt*. Tum notanda lectio Lamb. in Marg. 4584. *salibus pro sale*. OR.

sed magni tamen et germani Attici: quoniam quidquid est salsum aut salubre in oratione, id proprium Atticorum est, e quibus tamen non omnes faceti. Lysias satis et Hyperides, Demades praeter ceteros fertur, Demosthenes minus habetur, quo quidem mihi nihil videtur urbanus, sed non tam dicax fuit quam facetus. Est autem illud acrioris ingenii, hoc maioris artis.

Uberius est aliud aliquantoque robustius quam hoc ⁹¹ humile, de quo dictum est, summissius autem quam illud, de quo iam dicetur, amplissimum. Hoc in genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel plurimum. Est enim plenius quam hoc enucleatum: quam autem illud ornatum copiosumque summissius. Huic omnia ²⁶ dicendi ornamenta conveniunt plurimumque est in hac ⁹² orationis forma suavitatis. In qua multi floruerunt apud Graecos, sed Phalereus Demetrius meo iudicio prae-

L. 2. est sanum in oratione 11. nerv. est vel m. suav. haud scio an pl.

§. 90. [quidquid est salsum aut salubre] Ope Cd. Lambin. sanum pro salsum aut salubre. Recte Schuetzius et Meyerus laudarunt Quintil. 6, 3, 18. Nam et Cicero omne, quod salsum sit, ait esse Atticorum. Mox id proprie Eins. Oxon. Or.

§. 91. [suavitatis autem est vel plurimum] Speciose sane Schuetzius correxit sanguinis, qui sanguis aptius opponatur nervis. Cfr. 22, 76. de opt. gen. or. 3, 8. Sed quae sequitur sententiae repetitio plurimumque in hac orationis forma suavitatis firmat potius volgatam lectionem, quam suspectam reddit. Alioqui tentari posset sanitatis: cfr. 26, 90. Magis Lambini placet emendatio suavitatis haud scio an plurimum. BEIER. Lambini lectio unde ducta sit nunc scimus, scil. ex interpolato C. Stephani codice, (cuius et Gu. 3. et Erl. lectiones incipiunt a §. 91.) Is scil. habet: non minimum suavitatis haud scio si vel plurimum. Schuetzii rationem reiecit etiam Burchardi. Ceterum fateor egregie mihi placere Beieri con. sanitatis, in quam incidit etiam Billerbeckius. Nam si pro prioris sententiae repetitione haberi debent seqq. plurimumque est in hac orationis forma suavitatis, est sane insignis βαρτολογία. Pro summissius Schuetzius in Ed. mai. remissius; de qua audaci con. Burchardi recte ita: „Mox nihil attinuit inferre remissius, quum vel §. 90. plane eodem sensu legatur: summissi oratoris aliisque in locis.” Or.

[omnia dicendi] Post v. omnia excidisse videtur Schuetzio fere. Sed v. §. 96. pr. Eadem sunt §. 95. pr. verborum lumina. BEIER.

stitit ceteris; cuius oratio quum sedate placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam tralata verba atque immutata. Tralata ea dico, ut saepe iam, quae per similitudinem ab alia re aut suavitatis aut inopiae causa transferuntur. Mutata, in quibus pro verbo pro-

L. 2. *translata* et sic semper.

§. 92. [*oratio* - - *loquitur*] Hanc *προσωποποιΐαν* defendit Walch in *Emendd. Liv.* p. 204. et Wagner, qui abstractum pro concreto positum observat in Seebodii *Archiv.* 1. *Jahrg.* 3. *Heft.* p. 434. cfr. Astii in *Platon. Politiae L. 1. C. IV. Commentar.* p. 394. item *de Legg.* 1. p. 644. A. ἀφορισάμενος ὁ λόγος οὗτος - - βούλου' ἄν - - προσαγορεύειν. *Loqui* ad verbiis *sedate placideque* multo quam *dicere* aptius est. Purgoldo tamen h. l. corrigenti *labitur* favere videntur superiora de Herodoto 12, 39. cfr. nos ad *Offic.* T. 1. p. 274. BEIER. Purgoldi ingeniosam coni. recepit Schuetz., probaruntque Goerenz ad *Acad.* II. 15, 47. ad II. *de Fin.* 29, 88. et Frotscher, qui Goerenzium appellat. OR.

[*tralata*] Sic et h. l. et §. 94. *tralationes* Ern. improbante et Orellio, qui nescio qua fide edidit *translata*, et Muellero l. l. p. 94., qui id adeo negligentiae imputat. Sane quidem neglexit corrector recentiore formam h. l. obtrudere pro prisca, quam ubique revocavimus. BEIER. Scripturam antiquiorem, quam in *Topicis* quoque praebent optimi quique Cdd., et antiquiss. Frontonis *Ed. Rom.* p. 246. ubique secutus sum, etsi Eins. Viteb. Dresd. Mon. alteram habent. Quid? quod Cd. *Mediceus Epp. ad Fam.* etiam *traferre* exhibet, ut *traducere* cet. et *Lib.* 3, 8, 4. *tralatitium*, non ut est in recentioribus Edd., *translaticium*. Mox Eins. perverse: *quae ut saepe iam per s.* OR.

[*ab alia re*] i. q. 24, 80. *aliunde*. Ne lectionem Cdd. Reginorum, quae est etiam in Var. Herv. (item Dresd. Mon.) *ad aliam rem* praeferas, vetat adiectio *inopiae causa*. BEIER. In Censura Ed. meae haec praeterea habet: „de Orat. 3, 41, 167. *finden wir zwar*: Sumpta re simili verba eius rei propria deinceps *in rem aliam* transferuntur. *Allein dort ist in wegen der voranstehenden Worte eben so nothwendig, als in unserer Stelle ab alia re wegen des Folgenden, inopiae causa. Daher ist auch XXIV. 80. tralatum erklärt durch den Zusatz et sumptum aliunde, ut mutuo.*”

[*mutata*] Recte Schuetz. correxit *immutata*; cfr. *de Orat.* III. 43, 169. *Arcessitum* apud Quintil. XII. 10. p. 1096. ed. Burm. non, ut Schirachio visum, idem significat, sed *altius repetitum et nimis quaesitum*. BEIER. *Immutata* praetulerunt etiam Goerenz. *Finn.* p. 642., cuius Cdd. duo habebant corrupte *imitata*, et Frotscher: nec quidquam opponi potest nisi amare Cic. saepe etiam in talibus eiusmodi va-

prio subiicitur aliud, quod idem significet, sumptum ex re aliqua consequenti. Quod quamquam transferendo 93 fit, tamen alio modo transtulit, quum dixit Ennius, *arce et urbe orba sum*: alio modo, pro patria *arcem* dixit¹; et *horridam Africam terribili tremere tumultu*

E. 1) *arcem et urbem orbas*: alio modo, si pro patria *arcem* dixisset
L. 4. si pro patria 5. *arcem et urbem dixisset*

rietatem, quae nostro usui repugnet. Sic statim §. 93. *immutat* -- *summutantur*. Hinc nondum potui recipere. OR.

[*subiicitur aliud*] In his vv. iam latet *proprium*, quod Schuetzius post *proprio* iteravit. Aliter dicitur *de Orat.* III. 42, 167. *proprium proprio commutatum*. BEIER. Schuetzii coniecte refutarat iam Burchardi. OR.

§. 93. [*arce et urbe orba sum*] „*arce et urbe orbam*] Sic Orellius (e corruptela Vet. Steph. Gu. 3. *arcent urbem orbam*: et Monac. *arcem et urbem orbam*:). Nubem amplexus est post Gruterum et Schirachium Burchardius Cdd. Palatinorum stribligines: *ardent urbem orbam* scil. Galli. Idem tamen nutans propinat Heinrichii pravam coniecturam *ardentem urbem orbam*. Deinceps Gruterus, ut constaret error, coniecit: *si patriam ardere dixisset*. Orellius haec tum transponendo, tum corrigendo coniungere voluit cum superioribus sic: „*dixit E. arce et urbe orbam, pro patria arcem dicens: et alio modo horridam cet.*” At vero in priore exemplo non *arcis*, sed *orbae* vocabulum tralatum est. *Et ante alio modo* nescio cuius auctoritate inseruerit Orellius. BEIER. Hoc quidem *et* errori originem debet. Iam vero Lambinus, Reizius, Schuetzius et Meyerus sic scripserunt: *dixit Ennius arce et urba orba sum: alio modo, si pro patria arcem et urbem dixisset cet.*; (in quo membro Sch. Ernestii lect. retinuit: *a. m. si p. p. arcem dixisset*:) qua in ratione, ut amicus meus optime demonstravit, et facilis et verissima inest emendatio *arce et urbe orba sum* pro Eins. Vit. Dresd. et Edd. (praeter Lamb. ac Sch.) *arcem et urbem orbas*, e *Tuscul.* 3, 19, §. 44. petita. Alterum autem lectionis Lamb. membrum *alio modo, si pro patria arcem et urbem dixisset*, equidem approbare nequeo: id enim quaero, dixeritne Ennius, an non dixerit *arcem et urbem* pro patria? Mihi quidem videtur dixisse; si quidem in pedestri sermone nemo dixerit *arce et urbe careo*, sed *careo patriâ*, vel *urbe* simpliciter. Quid multa? In Ennii verbis *arce et urbe orba sum*, ut recte docuit Billerbeckius, duplex est tralatum, alterum (metaphora) *orba* pro *priva*, alterum (metonymia) *arce et urbe* pro *patria*. Quomodo igitur Cic. dicere potuit, *si -- dixisset*? Neque enim audiendus est Billerbeckius v. *dixisset* sic defendens: „*Cicero musste den Coniunctiv dixisset gebrauchen, weil Ennius arce et urbe konnte wörtlich verstanden haben. Denn eine Fürstin kann ihre Hauptstadt verlieren, ohne schon dadurch das ganze Vaterland ein-*

quum dicit, pro Afris immutat Africam. Hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis: μετωνυμίαν¹ grammatici vocant, quod nomina trans-
94 feruntur. Aristoteles autem translationi et² haec ipsa subiungit et abusionem, quam κατάχρησις vocant, ut quum minutum dicimus animum pro parvo, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat vel quod decet. Iam quum fluxerunt continuae plures³ translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Haec frequentat Phalereus

- E. 1) hypallagen -- metonymiam 2) Abest et 3) plures continuae
L. 1. hypallagen -- metonymiam 4. translationi haec 5. catachresin 8. (Iam quum confluerunt Fort. b. Maximopere placet mihi. OR.)

zubüssen." Quasi vero Andromacha arce duntaxat et urbe privata, aliam vel minimam partem regni Troiani retinisset! Est igitur scribendum, ut edidi, alio modo pro patria arcem dixit; nec quidquam attinet, ut hic cum Lamb., Reizio et Meyero inculcetur et urbem: quoniam metonymia magis inest in v. arce, quam in altero urbe. Iam dixisset habent Cdd. noti omnes; sed id facile per geminationem oriri poterat ex dixit et; coniunctivo autem introducto, nil magis erat consentaneum, quam ut inculcetur in plerisque si; non tamen in omnibus; nam ecce, quod praeclarum veritatis est testimonium, Dresd. et Monac. omittunt si. Quibus fretus coniecturam meam recipere ausus sum. OR.

[immutat] i. q. „inmutando ponit." BEIER. Nihil est Palatt. duorum immutate probatum Grutero et Schirachio. Statim cum Sch. et Meyero Graece scripsi ὑπαλλαγὴν, μετωνυμίαν. Miro casu Eins. praebet pravum Stephani: — summittantur, ex eo credo annotatum a Gulielmio ac probatum Grutero. OR.

§. 94. [et haec ipsa] Et accessit e Gu. 3. Respondet ei alterum et insequens. BEIER. Saepissime primum hoc et excidit, ut in Eins. Viteb. Dresd. §. 100. humilia pro et humilia. Paulo post Vetus Steph., i. e. genus interpolatum solum, ut aliquoties, servavit veram lect. decet pro licet Eins. Vit. Dresd. Mon. Edd. ante Steph. et Lamb. OR.

[Iam quum fluxerunt] Iam confluerunt Palatt. duo, Gu. 3., unde Gryph. (ut volebat Gruterus,) atque Schirachius: ∞ Iam quum confluerunt. cfr. de Orat. III., 41, 166. Statim continuae plures Eins. Vit. Ven. 1. 2. Med. Tul. Aldd. Vict. Lamb., Meyerus pro plures continuae Crat. Grut. Ern. Sch. OR.

[Itaque genus hoc] Itaque hanc Sch. coni. in Ed. 1. receptam reiecit Goerenzius ad Finn. II. 41, 33. p. 171. BEIER.

maxime suntque dulcissima, et quamquam tralatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores. In idem genus orationis (loquor enim de illa modica ac 95 temperata) verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum: latae eruditaeque disputationes ab eodem explicantur et loci communes sine contentione dicuntur. Quid multa? e philosophorum scholis tales fere evadunt: et nisi coram erit comparatus ille fortior, per se hic, quem dico, probabitur. Est enim quoddam etiam in- 96 signe et florens orationis pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepo-

L. 6. inducuntur 9. Est etiam quoddam insigne et florens, p. et exp. orationis genus

§. 95. [explicantur — dicuntur] ἀπολόγως dicta accipit Goerenzius ad I. *Acadd.* 2, 6. p. 11. Schuetzius cum Gu. 3. *explicabuntur — dicentur.* (Memoratu tamen dignum videtur etiam apud Iulium Victorem p. 108. praeterito altero verbo, esse *dicentur.* OR.) Eleganter vero Lamb. et Olivetus *inducuntur*; ut alibi *induci* dicitur sermo vel controversia v. c. *pro domo* 34, 92. Mox Sch. argutatur in part. *fere*, quae idem valet quod *plerumque*. Sequens *etiam* neque pro *item* neque pro *praeterea*, sed pro *adeo* dicitur, nisi mutaveris cum Lambino: *Est etiam quoddam insigne.* BEIER. Speciosam suam coniecturam *inducuntur* Lambinus defendit locis de *Invent.* 2, §. 48. et 49. *pars locorum communium — inducitur — raro inducendis locis communibus.* Sed tamen Iulius Victor *communes loci sine contentione dicentur.* Tum Lamb. *revera: Est etiam quoddam insigne*, quod ego notare neglexi; Meyerus autem ei tribuit: *Est enim qu.* cet. Noster ordo est in *Eins.* Vit. Ven. 2. cet. retentus ab Ern. Meyero placuit lectio *Asc.* 2. *Crat.: Est enim quoddam insigne etiam.* Alii aliter, nemo tamen prorsus omittit *etiam*, nisi Dresd.; Man. autem eidem substituit *et: Est enim quoddam et ins.* Nec probabilis ratione v. *etiam*, quod eiectum volebam, Billerbeckius ita defendit: „Non de alio quidem genere, sed de alia eiusdem generis specie nimis picta et expolita — sermo est.” Ubi nam enim et quorum rhetorum ista fuit species? Manifesto per totam §. de uno illo modico et temperato loquitur genere, non de diversis eiusdem formis, nisi forte cum O. M. Muellero legas: — *florantis orationis*, quod tamen ipsum parum est veri simile. Nihilominus tamen *etiam* recte sc habere nunc video; scil. *orationis* hoc pictum genus, quo utebantur quidam *etiam in foro*, opponitur quodammodo similimo picto atque expolito generi, quo philosophi nonnulli utebantur *in scholis.* Mox: — *effluxit* *Eins.* OR.

res. Hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum, sed spretum a subtilibus, repulsum a gravibus in ea, de qua loquor, mediocritate consedit.

27 Tertius est ille amplus copiosus, gravis ornatus, in
97 quo profecto vis maxima est. Hic est enim, cuius ornatum dicendi et copiam admiratae gentes eloquentiam in civitatibus plurimum valere passae sunt, sed hanc eloquentiam, quae cursu magno sonituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffident. Huius eloquentiae est tractare animos, huius omni modo permovere. Haec modo perfringit, modo irrepit in sensus; inserit novas opiniones, evellit insitas. Sed multum interest inter hoc dicendi genus et superiora. Qui in illo subtili et acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret, nec quidquam altius cogitaret: hoc uno profecto magnus orator est, si non maximus; minimeque in lubrico versabitur, et, si semel constiterit, nunquam cadet. Medius ille autem, quem modicum et temperatum voco, si modo suum illud satis instruxerit, non extimescet ancipites dicendi incertosque casus: etiam si quando minus succedet, ut saepe fit, magnum tamen periculum non adibit. Alte enim cadere

L. 16. profecto

§. 97. [*passae sunt*] Scil. quadam quasi vi coactae; nam primo propter insolentiam reclamabant, ut ait de Invent. I. C. 2. Speciosior quam venior videtur unius Viteb. lectio a Meyero recepta *passae*, reiecta etiam a Billerbeckio. Eins. habet *passae*. OR.

[*quam se assequi posse diffident*] Nescio an respexerit h. l. Quintilianus XI. C. 1, 93. BEIER.

§. 98. [*subtili et acuto*] = *acuto et subtili* Eins. OR.

[*hoc uno profecto*] Al. *profecto*. BEIER. Scil. Monac. Edd. vett. aliq. Lamb. Nostra lectio firmatur ab Eins. Vit. OR.

[*constiterit*] *Consistendi* verbum non tam ab histrionibus (ut ait Ern.), quam e palaestra ductum est, ut 9, 30. *pro Tullio* 35. BEIER. Recte idem verbum explicavit Schirachius ad illa §. 30. *qui in forensibus causis possit praeclare consistere*. Mox in illis: *Medius ille om. medius* Eins. OR.

[*etiamsi*] *Contraxi* volgo *dirempta*: *etiam, si*. BEIER. Nostra ex ratione virgula tantum delenda erat. OR.

[*Alte - - cadere non potest*] Proverbialiter dicitur; ut

non potest. At vero hic noster, quem principem ponimus, gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus aut in hoc solo se exercuit aut huic generi studet uni nec suam copiam cum illis duobus generibus temperavit, maxime est contemnendus. Ille enim summissus, quod acute et veteratorie dicit, sapiens iam, medius suavis, hic autem copiosissimus, si nihil est aliud, vix satis sanus videri solet. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere, praesertim quum causae partim totae sint eo modo, partim aliqua ex parte tractandae: si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud sanos et quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

Tenemus igitur, Brute, quem quaerimus, sed animo. Nam manu si prehendissem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasisset, ut se dimitterem. Sed profecto est ille eloquens, quem nunquam vidit Antonius. Quis est igitur is? Complectar brevi, dis-

L. 3. studuit 4. copiam illis 6. sapiens: iam medius 12. coeperit
13. videbitur

I. *Offic.* 21, 73. Apollodorus Comicus: Ἡ δὲ μεσότης ἐν πάσιν ἀσφαλέστερα. Ὁγκου δὲ μεγάλου πτώμα γίγνεται μέγα. BEIER.

§. 99. [*studet*] Scil. etiamnunc, posteaquam antea in hoc solo se exercuit, nec unquam -- temperavit. — *studuit* Gu. 3. Steph. L. Sch. Beier; ex interpolatis recipiendum non erat. Mox etiam Beier del. *cum* cum Gu. 3. Lamb. Sch. Recte defendit Meyerus, laudans *Somn. Scip.* C. 5. *acuta* cum *gravis* temperans. Habet Eins. OR.

[*sapiens iam*] i. e. *protenus* sapiens videbitur. Sin cum Lamb. distinxeris ante *iam*, idem erit, quod *porro*. Idem extr. h. §. *coeperit* — *videbitur*. BEIER. Ita iam Steph., sic, ut aliquoties, notans in *Var. Lectt.*: *coeperit*] Prius *coepit. videbitur*] Prius *videtur*. quae tamen ipsa cum similibus procul dubio e Cd. suo, non e coniectura immutavit. *videbitur* etiam Vit. a sec. m. Per se minime displicet Steph. lectio. Notabiles dein suspic. Meyeri *nihil facete* et Ernestii *is si* et Eins. lectio *praeparatis animis* pro *praeparatis auribus*. OR.

§. 100. [*sed animo. Nam manu si*] Sic Mediol. Steph. L. Ern. Sch. — *sed animo, non manu. Si pr.* Eins. Vit. Dresd. Ven. 1. 2. Vict. Hinc Meyerus con.: ∞ *sed animo, non manu. Manu si.* Sane ingeniose. Ceteri tamen Cdd. nostram firmare videntur lectionem; certe nihil contra affertur e

seram pluribus. Is est enim¹ eloquens, qui et humilia subtiliter et magna graviter et mediocria temperate potest
 101 dicere. Nemo is, inquires, unquam fuit. Ne fuerit. Ego enim, quid desiderem, non, quid viderim, disputo, re-
 deoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam et speciem, quam, etsi non cernimus, tamen animo tenere
 possumus. Non enim eloquentem quaero neque quid-
 quam mortale et caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit
 compos, sit eloquens: quod nihil est aliud nisi eloquentia
 ipsa, quam nullis nisi mentis oculis videre possumus.
 Is erit igitur eloquens, (ut idem illud iteremus) qui poterit
 parva summis, modica temperate, magna graviter
 102 dicere. Tota mihi causa pro Caecina de verbis interdicti
 fuit: res involutas definiendo explicavimus, ius civile laudavimus,
 verba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius: temperata oratione ornandi

E. 1) Is enim est

L. 1. *Is enim est* 11. *illud idem* 13. *Cecinna*

Gu. 3. Vet. Steph. Mon. Oxon. (*prendissem* Eins. Tum idem et Mon.: *quis est igitur? sed complectar.*) OR.

[*Is est enim*] Sic Eins. Vit. Dresd. Ven. 1. 2. Vict. Meyer. = *Is enim est* Cett. OR.

[*et magna*] ∞ *et alta* Gu. 3. Vet. Steph. Erl. Sch. Beier. Verissime tamen de toto genere iudicavit Meyerus. Nisi enim diversas lectionis familias pravo consilio permiscere volumus, alteram interpolatam, Vet. Steph. Gu. 3. et Erl. sequi non debemus, nisi in iis locis, ubi ea familia manifesto meliora casu quodam servavit. Sic h. l. minime necessarium fuit *alta* corrigere. cfr. §. 101. iterum: *magna graviter*, et quidem cum v. *ut idem iteremus*. OR.

§. 101. [*Ne fuerit*] Veram hanc lectionem servarunt inter nostros Eins. Vit. Vide Meyeri varietatem. Statim perversissime Eins.: *quam etsi animo cernimus, tamen animo tenere non possumus*. OR.

[*Non enim eloquentem*] Opponitur *eloquentia ipsa*. Non opus est Schuetzii coniecturis (scil. addendum esse *qui vixerit* sive *qui fuerit*.) Neque obstat principium huius capituli. Ibi enim additur *ille, quem nunquam vidit Antonius*. BEIER. Sic nec mea opus est suspitione *non enim unum eloquentem*, etsi *unum* post *enim* facile excidere poterat. Sed dixisset potius, ut opinor, *unum aliquem*. At confer §. 112. Mox pro *aliud nisi* solita permutatione peiorum Codicum *aliud quam* habet etiam Erl. OR.

copiam persecuti sumus. Ius omne retinendae maiestatis Rabirii causa continebatur: ergo in omni genere amplificationis exarsimus. At haec interdum temperanda et ¹⁰³ varianda sunt. Quod igitur in Accusationis septem¹ libris non reperitur genus? quod in Aviti? quod in Cornelli? quod in plurimis nostris defensionibus? quae exempla selegissem, nisi vel nota esse arbitrarer vel posse eligere, qui quaerent. Nulla est enim ullo in

E. 1) quinque

L. 2. ergo omni 4. quinque

§. 102. [*persecuti*] — *prosecuti* Eins.

[*Ius — maiestatis*] Ipse orator *pro Rab.* 1, 3. explicat *summum in consulibus imperium, summum in senatu consilium: et 2, 4. bonorum consensionem contra improborum furorem et audaciam, extremis rei publicae temporibus perfugium et praesidium salutis; τὴν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς βουλῆς.* Dio Cassius 37, 26. Aliter Schirachius. BEIER.

§. 103. [*haec interdum temperanda*] Hoc est, omnia tria genera dicendi miscenda. Perperam interpretes de unius generis, ampli illius, copia accipiunt. cfr. 21. 70. pr. BEIER.

[*in Accusationis septem libris*] Retinui nunc hanc lectt. Cdd. notorum omnium sincerorum atque interpolatorum, Edd. ante Lamb.; item Grut. Oliv.; quam defenderunt Schirachius et Meyer. ∞ *quinque* Lamb. €. Ern. Sch.; cui lectioni sane favet ipse Cicero infra §. 167. *in quarto Accusationis; §. 210. in Accusationis secundo — in quarto Accusationis;* ita, ut dubium etiam nunc remaneat, utrum h. l. Grammatici, qui septem solebant Verrinarum libros numerare, *quinque* in *septem* mutarint, an contra Cicero ipse hoc dumtaxat loco *quinque* libris adnumeravit Divinationis et Actionis primae duos. Undenam autem noverat Ern. *septem* esse a Barzizio? Certe ii quoque Cdd., qui non e Barzizii exemplo ducti sunt, velut Erl., habent *septem*. — Mox perpetua confusione *in pluribus* pro *in plurimis* Vit. Ven. 1. 2. Med., non vero Eins. OR.

[*vel posse eligere*] Sana haec lectio defenditur ab Eins. Vit. Dresd. Mon., recteque meam in Ed. priore lectionem aspernatus est Meyerus. Scil. paucis cum varietatibus haec est lectio Cdd. trium interpolatorum Vet. Steph., Gu. 3. Erl. (do nunc Erl.): *nisi vel his nota esse, qui accusarentur aut defenderentur vel per se possent legere.* Hinc Sch. in Ed. 1. *vel ipsi possent eligere;* ego cum Vet. Stephani *vel per se possent eligere,* similique ac Schuetzius et ego, sed tamen aliquanto minori errori obnoxius Beier: — *vel ipsos posse eligere*] haec adnotans: „Addidi v. ipsos. Gu. 3. *opes possent legere.* Hinc Sch. *ipsi possent eligere.* Non spreverim equi-

genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua si non perfectio, at conatus tamen atque adumbratio. Non assequimur; at quid deceat videmus. Nec enim nunc de nobis, sed de re dicimus: in quo tantum abest, ut nostra miremur, ut usque eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisficiat ipse Demosthenes; qui quamquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidae et capaces et semper aliquid immensum infinitumque desiderant. Sed tamen, quoniam et hunc tu oratorem cum eius studiosissimo Pammene, quum esses Athenis, totum diligentissime cognovisti neque eum dimittis

I. 3. Si non 10. tu et hunc

dem ipsum illud *legere* cfr. 38, 132." — De verbo tamen *eligere* noli dubitare. Intelliguntur „loci selecti, in quibus haec virtus maxime elucet," sive Tulliano nomine, *eclogarii*. Vide *ad Attic.* 16. *Ep.* 2. Scilicet omnes in eo erravimus, quod sani et recti aliquid in manifesta interpolatione quaesivimus. OR.

[*laus oratoris*] In meam con. *laus oratoria*, quam etiam nunc veram censeo, diu ante me inciderat Bentleius in *Curis secundis ad Tuscul.* 1. C. 3.; id quod tunc ignorabam, ut sancte affirmare possum. *oratoris* cum Gu. 3. (et Sch. in Ed. 1.) omittit etiam Erl. sic: *eius laus cui*. Hinc immerito etiam Beier [] *oratoris*. Ex eodem genere interpolationis est: *Si non assequimur* Cdd. Regg. Gu. 3. Sch. in Ed. 1. Paullo ante et *adumbratio* Eins. OR.

[*at quid deceat videmus*] Unice vera est haec lectio Aldd. Asc. 2. L. Ern. Sch., etsi turbant Cdd. v. c. Viteb.: *at quid quid deceat v.* et Eins.: *at quid si quid deceat v.* Quod si quid in hoc latet, aliud non est, nisi quod exstat in Ven. 2. Tul. Margine Asc. sec. Iunt. 2. ∞ *at quid sit quod deceat v.*, nec mihi displicet. Utraque scil. lectio significat: „saltem, quid deceat, et video ego nec unquam a decoro aberravi, etsi perfectus non sum orator." Falsa autem est lectio, quam ex Beieri collatione exhibet Erl.: — *at si quid deceat*, quam eandem Meyerus elicuit e Dresd. *atqui si quid deceat* et Gu. 3. *atque si quid deceat*; ea enim nimis limitatur Cic. *oratoria* virtus, quum vix aliud significet quam: „at, an quid deceat, videmus." Praeterea cfr. §. 123. *probabo eum, qui quid deceat videbit.* OR.

§. 104. [*non satisficiat*] Schuetzius suspicatur ante haec vv. excidisse *interdum*. Satis iam sententia limitatur, quum mox sequatur *non semper*. Nec Quintilianus X. 1, 24. favet correctioni; quem in locum vide Frotscheri *Obs. crit.* Lips.

e manibus et tamen nostra etiam lectitas, vides profecto illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle, quocumque modo causa postulet, dicere. Sed ille magnus: nam et successit ipse magnis et maximos oratores habuit aequales. Nos magnum fecissemus, si quidem potuissemus, quo contendimus, pervenire in ea urbe, in qua (ut ait Antonius) auditus eloquens nemo erat. Atqui si Antonio Crassus eloquens visus non est 106 aut sibi ipse, nunquam Cotta visus esset, nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius. Nihil enim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa graviter Hortensius. Superiores magis ad omne genus apti, Crassum dico et Antonium. Ieiunas igitur huius multiplicis et aequabiliter in omnia genera fusae orationis aures civitatis accepimus, easque nos primi, quicumque eramus et quantumcumque dicebamus, ad huius generis dicendi¹ audiendi

E. 1) [dicendi]

1826. p. 33. (nunc Lib. X. editionem.) BEIER. Erl. *etiam ipse Dem.* perpetua interpolatione. Notandum in seqq. in v. *inter omnes in omni genere* ex Beieri collatione sane quam accuratissima Erl. non omittere v. *in omni*, ut fecerunt Vet. Steph. et Gu. 3. Sic differunt interdum etiam interpolati Cdd. Omissionem verborum necessariorum dubitanter probabat Schuetzius. Aliquando interpolatores solent etiam delere, ut Erl. v. *meas post aures*. Paulo ante Viteb. pro v. *ac morosi* habet *et morosi*. Sed Eins. retinet *ac*; et saepius *ac* in *et* mutatum, quam contra. Tum Eins. Dresd. *et saepe aliquid* male pro *et semper aliquid*. OR.

§. 105. [*nostra etiam*] Sic etiam Eins. = *etiam nostra* Dresd. OR.

[*magnum fecissemus*] — *nos nimis magnum f.* Manut. fortasse e lect. Cdd. interpol. (Erl.): — *Nos non minus magnum*. Otiosa est Muelleri susp.: — *Nos nimirum m.* Reizii suspicionem *magni fuissemus* recte refutat Meyerus, laudato Horatio, *Serm.* 1, 10, 20. *At magnum fecit*. Adde Ciceronis ipsius exemplum: *Verr.* 2, 3, 42. *magnum te fecisse arbitrare*. Statim mira interpolatione Erl.: — *ut Antonius dicere auditus est*, pro *ut ait Antonius*. Idem similes habet per totam §. 106. cum Vet. Steph. et Gu. 3. OR.

§. 106. [*aut sibi ipse*] Goerenzius ad I. *Acad.* 2, 7. p. 13. maluit *aut si sibi ipse*. Sic negatio verteretur in affirmationem. BEIER.

[*generis dicendi audiendi*] Idem fuit h. l. et Interpolatorum (Gu. 3. Erl.) et Criticorum (Ern. Sch. Beier.) iudicium v.

107 incredibilia studia convertimus. Quantis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio parricidarum! quae nequaquam satis defervisse¹ post aliquanto sentire coepimus: *Quid enim tam commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, litus eiectis? Ita vivunt, dum possunt, ut ducere animam de caelo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat²: ita iactantur fluctibus, ut nunquam alluantur³; ita postremo eiiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant, et quae sequuntur. Sunt enim omnia sicut adolescentis non tam re et maturitate quam spe et expectatione laudati. Ab hac indole iam illa matura:*
 108 *Uxor generi, noverca filii, filiae pellex.* Nec vero hic erat unus⁴ ardor in nobis, ut hoc modo omnia dice-

E. 1) deferbuisse 2) terram non tangant 3) abluantur 4) unus erat
 L. 2. patricidarum 3. deferbuisse (Margo, ut nos.) 7. terram non tangant 12. laudata - - etiam indole iam 14. unus erat

dicendi esse delendum; sed, quod Lamb. distinctione significavit, v. audiendi pertinet ad v. studia. Mox cum Meyero dedi defervisse ex Eins. Vit. Dresd. Mon. pro deferbuisse. Eins. om. satis. OR.

§. 107. [*de supplicio parricidarum*] Uti paullo ante annotavimus complura, etsi verissima, inducta esse ab Interpolatoribus, sic h. l. omittunt haec Cdd. interpolati Gud. 3. Erl., tres Gruteri. Placuit omissio Beiero: „Ultima haec, inquit, quae a Cdd. nonnullis absunt, Schuetzium retinuit, ut evitaret eosdem exitus. Facile tamen cum Schirachio interpretem agnoscas. Respicit h. l. Quintilianus XII. 6, 4. Mox Ern. et recentiores cum nonnullis libris (Eins. Erl.) *terram non tangant*. Sed iidem *pro Rosc. Am.* 26, 72. *terra non tangat*. Ut hoc ad sepulturam gleba iniecta, sic ad expiationem referri possit *abluantur*; quam volg. lectionem sequuntur Hauffius et Brewerius.” — *alluantur* Eins. Dresd. Mon. recte vindicasse videtur Meyerus, praetulitque Beier. — *abluantur* habent Vit. Vet. Steph. Erl. Tum Eins.: — *rei maturitate. OR.*

[*laudati*] est, qui laudari solet et meretur. Quae Schuetzio (in Ed. mai.) placuit lectio *laudata* (Vit. Gu. 3. Vet. Steph. Erl. Lamb.) nimiae foret iactationi. Cfr. Cic. apud Servium ad *Aeneid.* VI. 877. *Causa difficilis laudare puerum, non enim res laudanda, sed spes est.* BEIER. Prorsus sic etiam Meyerus rectam lect. Eins. *laudati* defendit. OR.

[*ab hac indole iam*] Lectionis Steph. et Lamb.: — *ab hac etiam indole iam* insunt vestigia in Erl.: — *ab etiam indole iam. OR.*

§. 108. [*hic erat unus*] Sic Cdd. et sinceri Eins. Viteb.

remus. Ipsa enim illa pro Roscio iuvenilis redundantia multa habet attenuata, quaedam etiam paullo hilariora, ut pro Avito, pro Cornelio compluresque aliae. Nemo enim orator tam multa ne in Graeco quidem otio scripsit quam multa sunt nostra, eaque hanc ipsam habent, quam probo, varietatem.

An ego Homero, Ennio, reliquis poëtis et maxime 30 tragicis concederem, ut ne omnibus locis eadem conten- 109 tione uterentur crebroque mutarent, nonnunquam etiam ad quotidiani¹ genus sermonis accederent: ipse nunquam ab illa acerrima contentione discederem? Sed quid poëtas divino ingenio profero? Histriones, eos vidimus, quibus nihil posset in suo genere esse praestantius, qui

- E. 1) quotidianum
L. 10. quotidianum

Dresd. Mon. et interpolati Gu. 3. Erl.; tum Vict. Sch. — *hic unus erat.* Cett. OR.

[*omnia diceremus*] Alterum ordinem *diceremus omnia* adhuc dumtaxat in uno interpolato Gu. 3. repertum cum Schuetzio praetulerunt Goerenzius ad II. Acad. 14, 43. p. 85. et Beier. OR. „Mox Tullianae breviloquentiae audacia ita offendit Schuetzium, ut suspicaretur legendum *illa* (scil. oratio) *pro Roscio in iuvenili redundantia*. Continuo ut pro *at* (etiam Eins. et Erl.) restituit Ernestius. (Iamdudum idem fecerat Lamb.) *pro Avito* Var. Lectt. apud Herv. *pro Rabirio*. BEIER. *Pro redundantia* Eins. *abundantia*, sed in marg. meliorem habet lect. OR.

[*compluresque*] ∞ *complures* Erl.; quod per se haudquam spernendum, quum a tertio membro saepissime, non tamen semper absit copula. — *quam pluresque* Eins., quod nihili vocabulum esse docuit inter alios Zumpt *Berliner Jahrbücher* 1928. p. 369. nam et apud *Sallust. Catil.* 19. tolerari non debet. Mox Meyerus *tam multa orator* e Ven. 1. 2. Med. Tul. contra Cdd. notos, etiam Eins. et Erl. OR.

[*quam multa sunt nostra*] Videtur Noster non de orationum solum, sed de omnium librorum suorum numero loqui. Alio qui facile vanitatis convinceretur a se ipso. Vide *Brut.* 17, 65. de Catonis orationibus cfr. I. *Offic.* 1, 3. BEIER. — *eamque* (sic) *hanc ipsam, quam probo, habent* var. Eins. OR.

§. 109. [*et maxime*] ∞ om. et Eins. Viteb. (— *maximis* Eins.) Meyerus recte e Dresd. *quotidiani* pro Cett. (etiam Eins. Erl.) *quotidianum*, quod ortum ex accommodatione ad v. *genus*; *quotidianus sermo* aliquoties est apud Cic. (v. modo Nizol.) verbi causa supra §. 67. OR.

[*eos vidimus*] Falsam lect. *videmus* habent h. l. Cdd. tres

non solum in dissimillimis personis satisfaciebant, quum tamen in suis versarentur, sed et comoedum in tragoediis et tragoedum in comoediis admodum placere vidimus: 410 ego non elaborem? Quum dico me, te, Brute, dico. Nam in me quidem iampridem effectum est, quod futurum fuit. Tu autem eodem modo omnes causas ages? aut aliquod causarum genus repudiabis? aut in eisdem¹ causis perpetuum et eundem spiritum sine ulla commutatione obtinebis? Demosthenes quidem, cuius nuper inter imagines tuas ac tuorum, (quod eum credo amares) quum ad te in Tusculanum venissem, imaginem ex aere vidi, nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil levitate² Aeschini et splendore verborum. 411 Multae sunt eius totae orationes subtiles, ut contra Leptinem: multae totae graves, ut contra Aeschinem falsae legationis, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis. Iam illud medium quoties vult arripit, et a gravissimo discedens eo potissimum delabitur. Clamores tamen tum

E. 1) iisdem 2) lenitate
L. 7. iisdem 13. lenitate

Meyeri, Eins. et Erl.; infra recte Eins. Vit. et Erl. *vidimus*, ubi Dresd. rursus *videmus*. Alteram corruptelam *audimus* (Ven. 1. Med.) Ern. non improbabat, dummodo legeretur *audiimus*. Tum Eins.: = *nihil in suo genere esse posset*. OR.

§. 110. [*Quum dico me*] — *Me quum dico* Gu. 3. Erl. Sch. in ed. mai.; perversa *παροισώσει*. Mox Eins. omittit *quidem* ante v. *iam pridem*. Manutius: *Tu aut eodem*. OR.

[*eisdem*] Sic (Eins.) Gu. 3. Volgo *iisdem*. Schuetzius expunxit et ante *eundem*. Sed iungi possunt haec *perpetuum et sine ulla commutatione*. — Quem quis magni faceret, eius effigiem inter imagines maiorum colere solitum discas tum e seqq. tum a Tacito *Ann. XVI. 7. pr.*, ubi v. Lipsium. BEIER. In verbis *perpetuum et eundem* Schuetzius et quum delevisset, [] Nobbe. OR.

[*levitate*] Sic Meyerus e Ven. 2. (*levitati* Eins. Ven. 1.) prob. Mosero, pro ceterorum *lenitate*. Ceterum totum locum corrupte sic exhibent Eins. (Dresd.): *nihil Lysiae subtilitati credit* (sic) *nihil arg. et acumini Hyperidis, nihil levitati Aeschinis*. OR.

§. 111. [*multae totae*] Sic Dresd. Erl. Steph. L. Seqq. — *multae et totae* Eins. Vit. Mon. (non Vet. Steph., ut ait Meyerus.) Aldd. Victor. cet. = *quotiens* Eins. Vit. OR.

[*discedens*] Recepti *descendens* e Schuetzii optima coniectura

movet et tum in dicendo plurimum efficit, quum gravitatis locis utitur. Sed ab hoc parumper abeamus, quandoquidem de genere, non de homine, quaerimus: rei potius, id est, eloquentiae vim et naturam explicemus. Illud tamen, quod iam ante diximus, meminerimus, nihil¹ nos praecipiendi causa esse² dicturos atque ita potius acturos, ut existimatores videamur loqui, non magistri. In quo tamen longius progredimur, quod videmus non te haec solum esse lecturum, qui ea multo quam nos, qui quasi docere videamur, habeas notiora: sed hunc librum etiam si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine divulgari necesse est.

Esse igitur perfecte eloquentis puto, non eam solum facultatem habere, quae sit eius propria, fuse lateque dicendi, sed etiam vicinam eius atque finitimam dialecti-

E. 1) nil 2) Abest esse

L. 10. qui ea docere 12. necesse esse divulgari (necesse est divulgari Lamb. b.) 15. ac

pro *discedens*; qui provocat ad *Partitt.* C. 12. pro C. 4. §. 12. BEIER. Prorsus necessaria emendatio nondum visa est, etsi haud displicet. OR.

§. 112. [*nihil nos*] Sic Vet. Steph. (scil. *nihil non*) Eins. Ven. 2. Steph. L. Beier. Cett. *nil*; quae contractio, si optimis auctoritatibus aures praebemus, minus placuit Tullio. OR.

[*esse dicturos*] Recte e Cdd. suis (item Eins. et Erl.) *esse* restituit Meyerus abiectum cum Ven. 1. Med. ab Ernestio et Sch. OR.

[*longius progredimur*] „nunc ipsum.” Cdd. interpolati Gu. 3. Vet. Erl. et ex melioribus Dresd., qui tamen saepius ad illos declinat, speciosam habent lectionem *longius saepe progr.* receptam a Sch., Meyero, Beiero. Eins. *saepe* haud agnoscit. Tum Eins. et Erl.: — *non te hoc solum.* OR.

[*docere videamur*] Gu. 3. *docere videmur* (*videmus* Erl.) Et solet sic variatis verborum modis constructio distingui. BEIER. Non tamen in suum exemplar recepit *videmur*. Lectionem Steph. Lamb. *qui ea docere* e Vet. Steph. desumptam esse docet corruptela Erl. *qui ea docemus videmus*. Mox Ern. susp. *necesse esse* reiecit Meyerus, laudato Bremio ad l. de *Fato* p. 80. Ceterum Lamb. revera habet *necesse esse divulgari*, non *necesse est d.*, ut ait Meyerus. Posterior haec lectio est in Marg. Lamb. OR.

§. 113. [*non eam solum*] Schuetzius e Gu. 3. (et Erl.) *tantum*, quae part. perraro negationi additur. BEIER.

[*atque finitimam*] Sic etiam Einsied. = *ac f.* Viteb. Mon. Lamb. OR.

corum scientiam assumere. Quamquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio, nec idem loqui esse, quod dicere: attamen utrumque in disserendo est. Disputandi ratio et loquendi dialecticorum est¹: oratorum autem dicendi et ornandi. Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. Nam quum compresserat digitos pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: quum autem diduxerat et manum dilataverat, palmae illius
 114 similem eloquentiam esse dicebat. Atque etiam ante hunc Aristoteles principio artis rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Volo igitur huic summo omnem, quae ad dicendum trahi² possit, loquendi ratio-

E. 1) sit 2) tradi

L. 1. Quamquam enim aliud videatur esse oratio 3. dicere: et quamquam disputandi ratio et loquendi dialecticorum sit: oratorum - - - ornandi, attamen utrumque in disserendo est

[*loqui esse*] ∞ *esse* cum Gu. 3. del. Sch. et Beier. Meyerus []. Videtur habere Erl. Hoc loco retinet Eins., sed omittit prius *esse* post v. *oratio*. Neutrum ego delebo. OR. „*Loqui* est quasi a Gr. *λογεῖν* i. q. *λέγειν*. Ergo magis ad intellectum pertinet. *Dicere* a *δείκναι* i. q. *δεικνύναι*, sensum magis tangit.” BEIER. Pro *et loquendi* Man. *et eloquendi*. MEYER. Tum *disserendi ratio* pro *disputandi ratio* Eins. idemque: *oratorum autem et dicendi*. OR.

[*dialecticorum est*] Sic scripsi: ut sexcenties, hic quoque e scriptura *dialecticorumst* ortum est *dial. sit*. OR. „*Sit* nisi insititium iudicaris, ante vocc. *disputandi ratio* cum Schuetzio addenda part. *ut*. Idem Lambini coniecturam falso in Ed. min. retulit et cum Gu. 3. contraxit in seqq. *dilatatarat*. De Zenonis similitudine hac cfr. *Finn.* II. 6, 17. BEIER, qui in suo exempl. *sit* []. OR.

[*eiusmodi esse*] — *huiusmodi esse* Eins. Mon., et pro *palmae illius*: — *palmae eius* Eins. OR.

§. 114. [*Atque etiam ante tum*] Schuetzium cum Gu. 3. omisit *etiam*. Vv. *ex altera parte respondere* exprimunt Gr. *ἀντιστροφον εἶναι*. Errarunt nostrates interpretes. BEIER. *Exspectabas Ante hunc* - - *dixit*; sed praesens quoque tempus, utpote de libro etiam tunc exstante, rectum est. OR.

[*trahi*] i. e. referri, adhiberi; omnem *loquendi* sive *dialecticam* rationem, qua quidem orator in dicendo uti possit, omissis scil. spinosioribus *dialecticorum argutiis*. Hanc Cdd.

nem esse notam: quae quidem res (quod te his artibus eruditum minime fallit) duplicem habuit¹ docendi viam. Nam et ipse Aristoteles tradidit praecepta plurima disse-
rendi et postea qui dialectici dicuntur spinosiora multa
pepererunt. Ergo eum censeo, qui eloquentiae laude 115
ducatur, non esse earum rerum omnino rudem, sed vel
illa antiqua vel hac Chrysippi disciplina institutum. No-
verit primum vim, naturam, genera verborum et simpli-
cium et copulatum: deinde quot modis quidque dicatur:
qua ratione verum falsumne sit iudicetur: quid efficiatur

E. 1) habet

L. 2. habet 5. (repererunt b.) 6. rudem oportere

notorum (etiam Eins.) lect. post Schuetzium restituit Meyerus. Aliter alter meus amicus: „tradi] Sic Ern. cum Ven. 1. et Tulichio, probante Eckhardo in *Prohus.* supra citata p. 10. et convenit haec lectio seqq. *habet docendi viam.* — *tradidit praecepta* — *disciplina.* BEIER. Verum h. l. non de institutione, sed de usu ipso dialecticae disciplinae sermo est. OR.

[*duplicem habuit*] i. q. accepit ex disciplinis philosophorum. Sic Cdd. sinceri, Eins. Vit. Dresd. Mon. (non Vet. Steph.) Edd. ante Steph., qui e Cd. suo interpolato, quocum facit Erl. et, ut videtur, Gu. 3.: — *habet.* — Eum autem omnes secuti sunt OR.

[*spinosiora*] Spinosiora Peripateticis pepererunt Stoici, maxime Chrysippus. v. *Finn.* IV. 3, 6. 7. 4, 9. Stoicorum *dumeta* aspernatur Noster *Acad.* II., 35, 112. *N. D.* I. 24, 68. Iidem eximie dicuntur *dialectici Tuscul.* IV, 5, 9. BEIER.

§. 115. [*rudem*] Lamb. additamentum *oportere* recte repudiat Meyerus, laudato Hermanno ad *Viger.* p. 745. — om. rerum Eins. Ven. 2. OR.

[*institutum. Noverit*] Sic Eins. Ven. 1. Vict. Grut. Ern. — *institutam.* Nov. Viteb. — *eruditum.* Nov. Dresd. ∞ *institutus noverit* Gu. 3. Erl. Aldd. Iu. Ascens. sec. Lamb., Sch., Meyerus, Beier. Difficilis est optio. Nihilominus hic quoque Cdd. sinceros sequi malui, Einsiedlensem (ac leviter corruptum Viteb.) quam interpolatos. Praeterea verbo *Noverit* melius nova videbatur incipi comprehensio; ut est §. 44. *Noverit igitur hic quidem orator.* Eins. *Noverit primo.* — (Ceterum ego meque secutus Meyerus falso Lambino tribuimus gloss. *antiqua Aristotelis.* Error inde natus est, quod famulus oscitans, quum mihi legeret Lambini contextum, pronuntiavit etiam v. *Aristoteles* a Viro d. Sec. XVI. superscriptum in exemplari meo.) Male Eins. Dresd. Edd. vett. eo quoque pro e quoque. OR.

e quoque, quid cuique¹ consequens sit quidque² contrarium: quumque ambigue multa dicantur, quomodo quidque eorum dividi explanarique oporteat. Haec tenenda sunt oratori (saepe enim occurrunt); sed quod³ sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in iis⁴ explicandis quidam orationis nitor.

32 Et quoniam in omnibus, quae ratione docentur et
116 via, primum constituendum est, quid quidque sit (nisi enim inter eos, qui disceptant⁵, convenit, quid sit illud, de quo ambigitur, nec recte disseri nec unquam ad exitum perveniri potest): explicanda est saepe verbis mens nostra de quaque re atque involutae rei notitia definiendo aperienda est, si quidem est definitio⁶ oratio, quae, quid sit id, de quo agitur, ostendit quam brevissime. Tum, ut scis, explicato genere cuiusque rei videndum est, quae sint eius generis sive formae sive partes, ut in eas tri-
117 buatur omnis oratio. Erit igitur haec facultas in eo,

E. 1) quod cui 2) quodque 3) quia 4) his 5) disceptent 6) definitio est

L. 1. quod cuique - - quodque 4. quia 5. his 9. disceptent

[*quid cuique*] Sic Eins. Gu. 3. Erl. Oxon. Sch. Beier. Leviter corrupti Vit. Dresd. cum Edd. vett. etiam Lamb.: *quod cuique*. — *quod cui* Vict. Grut. Ern. — *quid cui* Man. Meyerus. OR.

[*quidque*] Sic Erl. Man. Sch. in Ed. min. — *quidve* Gu. 3. Sch. in Ed. mai. — *quodque* Eins. Ceteri. OR. „Malui *quid contrarium*; cfr. Goerenz. ad *Acad. I.*, 5, 49. pag. 31.” (qui tamen probavit *quidque*.) BEIER. — *dicentur* pro *dicantur* Eins. OR.

[*sed quod*] Sic Dresd. Hoc, ut saepe, corruptum in *sed* quo Eins. Vit. Ven. 4. 2. Med. Tul. Tum correctum in *sed* quia Erl. Edd. omnes. Paulo post cum Eins. (*hiis*) *iis* scripsi pro *his*. OR.

§. 116. [*disceptant*] Sic Gu. 3. Erl. Man. Sch. Meyer. Beier. — *disceptent* Cett. etiam Eins. OR.

[*involutae rei notitia*] — *involuta rei notitia* Eins. Vit. a sec. manu. Gu. 3. Erl. Sch. 2. Recte refutavit Meyerus laudato C. 29. §. 102. Adde in primis *Topic. §. 9. Notio* volebat Schirach., ut *Tuscul. 4*, §. 53. OR.

[*est definitio*] Sic Eins. Vit. Dresd. Erl. Ven. 2. Vict. L. = *definitio est* Cett. Mox: *sive forma* cum Vet. Steph., ut fere in omnibus, etiam Erl. Recte Meyerus laudavit *Topic. 3*, 14. OR.

§. 117. [*Erit igitur*] = *Erit ergo* Erl. OR.

quem volumus esse eloquentem, ut definire rem possit, neque id faciat tam presse et anguste quam in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed quum explanatius tum etiam uberius et ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatius. Idemque etiam, quum res postulabit, genus universum in species certas, ut nulla neque praetermittatur neque redundet, partietur ac dividet. Quando autem aut quomodo id faciat, nihil ad hoc tempus, quoniam (ut supra dixi) iudicem esse me¹, non doctorem volo. Nec vero dialecticis modo sit instructus, 118 sed habeat omnes philosophiae notos ac² tractatos locos. Nihil enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de caritate patriae, nihil de bonis rebus aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi et erroribus, quae saepe cadunt in causas, sed

E. 1) me esse 2) et

L. 9. tempus pertinet 11. et

[*quum explanatius, tum etiam*] Schuetzius in Ed. mai. e Gu. 3. (non Erl.) *tum expl.* De harum particc. ratione v. Goerenz ad I. Finn. 10, 34. pr. BEIER.

[*ac dividet*] — *et dividet* e Viteb. Meyerus. Sed aliquoties in hanc partem peccat Viteb.; v. c. §. 104. pro *ac morosi* habet *et morosi* non receptum a Meyero. H. I. Eins. et Erl. habent *ac*. Mox Gu. 3. Erl. Sch.: — *quando autem id faciat aut quomodo.* (— *id facias* Eins. Vit. Venetae.) Interpolationem autem Steph. Lamb. haud dubie e Vet. Steph. petitam nihil ad hoc tempus pertinet non agnoscit Erl. OR.

[*esse me*] Sic Eins. Vit. Dresd. Gu. 3. Erl. Vict. L. Sch. Meyerus. — *me esse* Ven. 1. 2. Aldd. Grut. Ern. BEIER vero haec annotavit: „Subtraxi additum volgo *esse*. Cfr. I. de Or. 19, 84. *qualem se ipse optaret.*” Iam tunc scil. verbo substantivo apud Ciceronem infensior erat amicus meus idque eiiciebat, ubi variare eius sedem in Cdd. et Edd. vett. videbat. OR.

§. 118. [*dialecticis*] — *a dialecticis* Vet. Erl. Tum propter consensum utriusque generis Cdd. Eins. et Erl. scripsi *ac tractatos*. OR.

[*de morte*] *de more* Gu. 3. Erlang. Schuetz. Ego in Ed. mai. Beier. Contra quam lectionem ita disputavit Meyerus, probante Mosero: „Scripsisset Cicero, si hoc voluisset, *de moribus*. Similis nostri locus est *de Orat.* 1. 15. *Sin quae res inciderit, in qua de natura, de vitiis hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit cet.*”

ieiunius aguntur, nihil, inquam, sine ea scientia, quam dixi, graviter, ample, copiose dici et explicari potest.

33 De materia loquor orationis etiam nunc, non de ipso¹
119 genere dicendi: volo enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam auribus eruditis, quam cogitet, quibus verbis quidque dicat aut quomodo. Quem etiam,

E. 1) ipso de

L. 4. rem prius habeat or.

Recta sane argumentatione; attamen, quod ad primum attinet, ego cum Schuetzio per *morem* intellexeram ἔθος, *morem maiorum* in primis, non τρόπος. Deinde in l. l. de Orat. recte v. de morte posita sunt post v. de dolore; hic autem mira compositione post v. de religione, id quod me prorsus admonebat de ἐγκατολογία Christianorum hominum. Praeterea tres alios locos attulit BEIER: Orat. 4. §. 16. de Orat. 1, 10, 42. ubi de moribus est sermo, non de more; nihil igitur ad hunc l. Sed de Orat. 1, 11, 48. neque sine legum, moris, (alii: morum) iuris scientia, neque naturam hominum incognita ac moribus, in his ipsis rebus satis callide versari potest; ubi sive moris sive morum leges, ἔθος vel ἔθη manifesto significantur. cfr. Parad. 4, §. 27. mos patrius. Alias rationes opposuit Burchardius: „Ego plane non video, quomodo mos maiorum inter philosophiae locos referri possit, qui ab omnibus, atque ab ipso Cicerone in Topicis C. 5. dicatur pars esse iuris civilis. Male autem transponerentur verba nihil de morte post illa nihil de dolore; saepissime enim Tullius opponit sibi dolorem et voluptatem ut maxime contraria. Sed neque post voc. officio transponenda sunt; nam sermonis continuatio satis edocet non mortem quamcunque, neque tamquam malum hic significari, sed eam, quam subire atque oppetere vel religio vel pietas vel patriae caritas postulet.” — Iam vero de more h. l. neutiquam significat, oratori disputandum esse de singulis rebus, quae continentur more, sed dumtaxat de dignitate atque auctoritate moris universe per se spectati. Esset igitur „de vi religionis et moris.” Nec v. mors simpliciter sic positum significare potest mortem propter religionem, pietatem, patriae caritatem obitam. Nilominus rectam esse lectionem Eins. et Cdd. Meyeri de morte demonstrat in primis Paradox. Prooem. §. 3. Cato enim dumtaxat de magnitudine animi, de continentia, de morte, de omni laude virtutis, de diis immortalibus, de caritate patriae stoice solet — dicere. Ceterum de officiis, ut est supra §. 16. Vet. Gu. 3. Erl. OR.

§. 119. [de ipso] Sic Viteb. Mon. Erl. Lamb. — ipso de gen. Aldd. Grut. Ern. Sch. Meyerus, quae Aldi videtur correctio. Mirae autem tot transpositiones: de g. ipso Ven. 1. 2. Med. — genere de ipso Eins. Dresd. Mon. Victor. OR.

quo grandior sit et quodammodo excelsior, (ut de Pericle dixi supra) ne physicorum quidem esse ignarum volo. Omnia profecto, quum se a caelestibus rebus referet ¹ ad humanas, excelsius magnificentiusque et dicet et sentiet. Quumque illa divina cognoverit, nolo ignoret ne haec quidem humana. Ius civile teneat, quo egent causae forenses quotidie. Quid est enim turpius

E. 1) referret *err. typogr.*

[*de Pericle*] Supra 4, 15. pr. Proxima interpretabere e I. *de Rep.* c. 17. BEIER. ut ante ista verba omittunt Eins. Dresd. Tum: = *ignarum esse Eins.* Deinde *refert idem cum Edd. vett. Vict.* Idem Eins.: — *et magnificentius.* OR.

§. 120. [*Quumque illa divina*] De copulae vi transeundi vide Goerenz ad *Finn.* I. 9, 29. extr. II. 9, 26. BEIER. Scil. Vet. Gu. 3. Erl. Sch. in Ed. mai.: — *quum illa.* Erl. praeterea: — *cognorit.* Tum Meyerus e Mon. Med. Tul. *volo ne ignoret*, quae potest esse correctio corruptelae: *nolo ne ignoret* Vit. Dresd. Ven. 1. 2.; sed paene soloeca; deberet enim esse: *volo non ignoret.* Sed, ut video ex Eins. corruptela: *volo* (a prima manu videtur fuisse *nolo*) *ne ignoret haec quidem* hic quoque error natus est e particulis *ne* — *quidem*, in quibus plus quam credibile est, ubique fere haeserunt turbasque concitarunt librarii. Nostram lectionem, quam ego reperio primum in Ascens. sec., firmat Erlang. OR.

[*quotidie*] Sic etiam Eins. Non ausus sum recipere cum Meyero memorabilem lect. Cd. Monac. *quotidiano*, quamquam antiquiorem hanc formam vix fieri potest, quin agnoscamus apud Cic., quum *Verr. Act.* II. 4, 8, §. 18. etiam Cd. Reg. (non tamen Palimps. Vat.) sic habeat, *de Rep.* I. 6. apud Nonium p. 504, quem locum affert Meyer, (Fronto *Maii Ed. Rom.* p. 416. e Charisii Cd. Neapolit.) collatis Bentleio ad *Terent. Heaut.* 4, 5, 6, Ruhnkenio ad *Ter.* l. eundem et in primis ad *Rutil.* pag. 11. Similis est controversia de voc. *hesterno*. Cfr. ante omnes Madvig *Epist. crit.* p. 60. Sed Codicis Monac. nulla per se est auctoritas, quum scriptus sit demum Sec. XVI. Alterutrum igitur factum est, ut vel casu v. *quotidie* accommodarit ad pron. *quo*, vel ut e Nonii loco hic quoque consulto rariorem formam Cicroni obtruserit, ut *cinnum* §. 21. Ideo autem recipi h. l. nequit, quia in fine clausulae hoc vocabulum vix posuisset Cicero propter similitudinem exitus hexametri. Nam, etsi prima syllaba per se brevis est, ita tamen in pronuntiando acuebatur, ut longae vicem impleret, uti novimus e Catullo 68, 65. *flagrantem quotidiana* et e frequentissima Inscriptt. et Cdd. scriptura *cottidie*, *cottidianus*. — Pro *Quid est enim* Dresd. solita varietate *Quid enim*. Contra enim omittitur ab Eins. Mox *sed etiam* pro *sed et* debetur Einsiedlensi, Gu. 3. Erl. Recte, ut nunc censeo, receperunt Sch., Meyerus, Beier. OR.

quam legitimarum et civilium controversiarum patrocinia suscipere, quum sis legum et civilis iuris ignarus? Cognoscat etiam rerum gestarum et memoriae veteris ordinem, maxime scilicet nostrae civitatis, sed etiam¹ imperiosorum populorum et regum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri levavit labor, qui † conservatis notatisque temporibus, nihil quum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. Nescire autem, quid ante² quam natus sis acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est aetas hominis, nisi memoriâ rerum veterum cum superiorum aetate contextitur? Commemoratio autem antiquitatis exemplorumque prolatio summa cum delectatione et auctoritatem orationi affert et fidem.

E. 1) et 2) antea

L. 2. (*iuris civilis* Al. b.) 4. et 11. nisi cum ea, memoria. -

[*imperiosorum*] *Imperiosi* dicuntur populi vocabulo Enniano, de quo v. Maium ad I. *de Rep.* 2. Not. 11. De Attici *Annalibus* cfr. Brut. 3, 13. BEIER. Vulgaris ratio est ad *Famil.* 5, 17, 3. *in nostra civitate et in ceteris, quae rerum potitae sunt.* Pro *conservatis* Gulielm. volebat *coacervatis*. Longe melius Matthiae in Cic. *Oratt. selectis.* Vol. 2. p. 379.: ∞ *observatis*, quod verum puto: etsi Schirachius annotavit: „*Conservat* ille tempora, qui quidque in historia suo loco ponit.” Pro *nihil quum* Erl. minus eleganter *quum nihil.* Ante quam cum Lamb. dedi ex Eins. et Viteb., quos in tabulis sequor, tum etiam Gu. 3. Erl., pro *antea quam.* OR.

[*Quid enim est*] Beier *de Offic.* T. 2. p. 277. contra Cdd. notos voluerat *Quid est enim.* Postea ipse suam suspicionem damnavit, ut video et ex Schedis et ex libro eius. OR.

[*memoriâ* cet.] Vide Ed. meam maiorem et Meyerum, qui mecum facit. Verum ante me viderant etiam Manutius et Burchardi, id quod tunc ignorabam. Beier contra suum in exemplar recepit Schuetzii Ed. min. lectionem *nisi ea memoria rerum veterum cum superioribus contextitur.* Novus nunc error accedit ex Erl.: — *nisi ea memoria rerum veterum cum superiori aetate contextitur.* Sententiam sic interpretatus est Manutius: „Quid est aetas hominis, nisi cum superiorum aetate contextitur? Quomodo autem contextitur? *Memoriâ rerum veterum.*” et Burchardi: „*Denn was ist das Zeitalter (Leben) Eines Menschen, wenn dasselbe nicht durch das Andenken und die Geschichte der alten Begebenheiten mit dem Zeitalter der Vorwelt in Verbindung gesetzt wird?* Nostram autem lectionem tuentur Eins. Vit. Dresd. Palatini. Ven. 4. Med. Man. Grut. Ern. Mox: = *affert orationi* Erl. — *praebet*

Sic igitur instructus veniet ad causas: quarum habebit 121 genera primum ipsa cognita. Erit enim ei perspectum nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat aut verba. Res aut de vero aut de recto aut de nomine: verba aut de ambiguo aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia videtur esse, aliud in verbis, genus est quoddam ambigui, quod ex praeterito verbo fieri solet, in quo, quod est ambiguum proprium, res duas significari videmus. Quum tam pauca sint genera 34 causarum, etiam argumentorum praecepta pauca sunt. 122 Traditi sunt, e quibus ea ducantur, duplices loci: uni e rebus ipsis, alteri assumpti. Tractatio igitur rerum efficit admirabiliorem orationem, (nam ipsae quidem res in perfacili cognitione versantur.) Quid enim iam sequi-

- L. 5. *verba autem aut* 11. *pauca tradita sunt, e quibus ducantur duplices l. a. (pauca tradita sunt: o quibus ea ducantur, dupl. l. Lamb, b.)*

orationi Eins. Ordinem vocabulorum eundem esse vides, sed error manifestus est Eins., non tamen indoctus. OR.

§. 121. [*genera primum*] Sic etiam Eins. et Erl. = *primum genera ex uno* Vitch. Meyerus. OR.

[*verba aut de ambiguo*] „Si auctoritate Cdd. scripsit Lamb. *verba autem aut de a.*, non male fecit. Nam Cicero non respuit coniunctionem verborum *autem aut.*” Hand *Tursellin.* 1. p. 567. Sane Lamb., quum Steph. e Vetere suo dedisset *verba autem de amb.*, falsam hanc lect. ex ingenio correxit. Nostram habent Eins. et Cdd. Meyeri. Mox Erl.: — *videtur in sententia esse.* Tum idem cum Med. Tul.: — *in quo quidem quod.* Pro *res duas*: = *duas res* Eins. OR.

§. 122. [*pauca sunt. Traditi cet.*] Falsam lect. Vet. Palatt. 1. 2. receptam a Steph. et Lamb. *pauca tradita sunt, e quibus ducantur duplices loci* habet etiam Erl. Rectam contra praebent Eins. et Cdd. Meyeri. OR.

[*admirabiliorem*] Lepide iocatur Schuetzius ambigui exemplo nos perplexos efficiens, quum in Ed. 1. e Gu. 3. (item Erl.) receperit *admirabilem* positivo gradu, in Ed. 2. autem ex eodem libro *mirabiliorem*. Ecquae ambigui controversia excogitari potuit mirabilior? Ceterum postulante sententiae nexu cum seq. ratione indicavi parenthesis. Latuit autem Hauffium *tractationem rerum*, quae sine philosophia recte fieri non potest, hic opponi simplici *cognitioni rerum* scil. in facto positarum, quas facillime patronus discere potest a cliente in cubiculo suo, vel in loco ipso, de quo lis est. cfr. *Fragm. Orat. pro Scauro* 2, 7. §. 26. Ideoque haec *sine arte* appellantur in *Partitt.* 14, 48. De his autem, quae artis

tur, quod quidem artis sit, nisi ordiri orationem, in quo aut concilietur auditor aut erigatur aut¹ paret se ad discendum; rem breviter exponere et probabiliter et aperte, ut, quid agatur, intelligi possit; sua confirmare, adversaria evertere; eaque efficere non perturbate, sed singulis argumentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod sit consequens iis, quae sumentur ad quamque rem confirmandam; post omnia perorationem inflammantem restinguentemve concludere? Has partes quemadmodum tractet singulas, difficile dictu est hoc loco: nec enim
 123 semper tractantur uno modo. Quoniam autem non quem doceam quaero, sed quem probem: probabo primum eum, qui, quid deceat, videbit. Haec enim sapientia maxime adhibenda eloquenti est, ut sit temporum personarumque moderator. Nam nec semper nec apud omnes nec contra omnes nec pro omnibus nec omnibus eodem
 35 modo dicendum arbitrator. Is erit ergo eloquens, qui ad

E. 1) ut

sunt, cfr. Quintil. IX. 2. p. 130. 133. Bip. BEIER. Recte Meyerus vindicavit suorum Cdd. et Eins. comparat. *admirabiliorem*. OR.

[*in quo*] scil. ordiendo orationem. Erl. *in qua*. OR.

[*erigatur*] scil. ad audiendum. Cfr. Brut. 54, 200. 84, 290. Acad. II. 4, 10. Male a Brewero refertur ad animum augendum. BEIER. Malam Ern. coni. *ut paret* post Schuetzium et me reiecerunt etiam Meyerus et Beier. — *dicendum* male Eins. Dresd. Edd. vet. OR.

[*adversaria evertere*] Memorabilis, nec tamen recipienda est lectio Erl. *adversarii*. Hoc scil. significaret ea tantum argumenta evertere, quae ab adversario afferuntur. Sed plus est *adversaria* evertere, quia hoc ea quoque amplectitur, quae in mentibus atque opinione iudicum vel omnino deliberrantium adversari possunt oratori. Pro *eaque efficere* Eins.: — *ea efficere*. OR.

[*perorationem — concludere*] i. e. extremum orationis suae facere; adhibita peroratione orationem concludere: cfr. *Sebastianam* 65, 136. pr. et huius libri 62, 211. pr. Schirachius habuit pro simili pleonasmo, quo coniugata iunguntur, *perorationem perorare*. Certe Quintiliano VI. 1. *peroratio* eadem dicitur *conclusio*. Schuetzium e coniectura rescripsit: — *omnia peroratione animos inflammantem restinguentemve concludere* coll. *de Orat.* I. 14, 60. 51, 219. BEIER. Recte etiam Burchardi reiecit Sch. coni. OR.

§. 123. [*Is erit ergo*] — *Is igitur erit* Erl. Tum ad quod-

id quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. Quod quum statuerit, tum, ut quidque erit dicendum, ita dicet, nec satura ieiune nec grandia minute nec item contra, sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio. Principia verecunda, non elatis incensa verbis, sed acuta sententiis vel ad offensionem adversarii vel ad commendationem sui. Narrationes credibiles, nec historico, sed prope quotidiano sermone explicatae dilucide. Deinde si tenuis causa est, tum¹ etiam argumentandi tenue filum et in docendo et in refellendo, idque ita tenebitur, ut, quanta ad rem, tanta ad orationem fiat accessio.

E. 1) Dein si tenues causae, tum

L. 5. *intensa* (*intenta* Al. b.) 9. *Dein si tenues causae*

cunque Med. Norimb. Crat. „Placet haec per Graecismum attractio”: annotavit BEIER, nec tamen delevit suo in exemplari v. *id* satis firmatum ab Eins. et Cdd. Meyeri. Or.

[*satura*] Non a colore Schirachius, sed a lance repetere debebat metaphoram. BEIER.

§. 124. [*incensa*] Sic Eins. Vit. Dresd. Erl. Vet. Palatt. Grut. Ern. Cum Schirachio, Burchardio, Beiero, qui conferri iussit §. 99. *non praeparatis auribus inflammare rem*, et Billerbeckio nunc praetuli *incensa*, reiecta altera lect. *intensa* Gu. 3. Ven. 4. 2. Med. Vict. Man. Lamb. Sch. Meyer., quum praesertim, notantibus Forcellino et Burchardio, haec forma vix sit Tulliana, unde iam in Marg. 1584. proponitur *intenta*, i. e. inflata, tumida, ut explicavit Nizolius. Or.

[*explicata dilucide*] *dilucidae* Meyerus recepit ex Med. Crat. Sic etiam Erlang. Sed cfr. eodem prorsus positu de *Divin.* I. §. 117. *ea ratio, quae est de natura deorum a te secundo libro explicata dilucide*; et *dilucide* praebent Eins. Codicesque Meyeri. Or.

[*Deinde si tenuis causa est*] Sic egregie Viteb., ut in seqq. singulari numero est *causa*. Vulgata lectio *dein si tenues causae* orta est ex compendio e cum *lin.* pro *est*; deinde *tenuis* in *tenues* mutatum. Mira autem h. l. corruptela Eins. raro talibus erroribus inquinati: *dilucide. Divisimus clare: tam etiam.* Or.

[*idque*] Copulae cum pronom. iunctae vim et *sane* tribuit Goerenzius ad II. *Acadd.* 13, 42. p. 80. Sententia haec est: „Servandum hoc praeceptum catenus, ut cum rerum pondere augeatur orationis gravitas. Cfr. nos ad *or. pro Tullio* 6. p. 13. a. BEIER. Sic refutavit lect. *id quod* e Gu. 3. receptam a Sch. in Ed. mai. Ceterum Eins.: — *itaque id tenebitur.* — *causa ea* Cdd. noti contra Lambini *ea causa*. Tum falso Eins. Ven. sec.: *causa et natura.* Or.

125 Quum vero causa ea inciderit, in qua vis eloquentiae possit exprimi, tum se latius fundet orator, tum reget et flectet animos et sic afficiet ut volet, id est, ut causae natura et ratio temporis postulabit.

Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia. Nam quum omnis pars orationis esse debet laudabilis, sic ut verbum nullum nisi aut grave aut elegans excidat, tum sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes duae: quarum alteram in universi generis quaestione pono, quam (ut supra dixi) Graeci appellant *ῥέσιον*: alteram in augendis amplificandisque rebus, quae ab eisdem *ἀν-*
126 *ξήσις* est nominata. Quae etsi aequabiliter toto corpore orationis fusa esse debet, tamen in communibus locis maxime excellet: qui communes sunt¹ appellati, quod videntur multarum iidem esse causarum, sed proprii sin-

E. 1) *Abest sunt*

L. 1. *ea causa* 4. (*temporis ratio* Al. b.) 15. *appellati sunt eo quod*

§. 125. [*omnis eius*] Schuetzius expulit v. *omnis*. Malim equidem *orationis eius* i. e. eiusmodi vel talis. *Orationes et omnes* ex compendio confundi observat Heinrichius ad *or. pro Scauro* p. 45. b. BEIER. In suo exemplari is [] v. *omnis*; quod quid h. l. significet, neque ego exputare possum. Sane placet Beieri coniectura ingeniosa. OR.

[*ascendit*] Schuetzius edidit *escendit*, quum e Gu. 3. enotatum reperisset *descendit*. Sed videatur ipse V. D. in *Lex. Cic. s. v. Ascendo*. BEIER. *conatus* mire pro *ornatus* Cdd. interpolati, Vet. Gu. 3. Erlang. = *in tantum honorem ascendit* Eins. OR.

[*actuosae*] Quasi *actuosae partes* dicuntur, quia *motus est in his orationis atque actus*, ut ait Quintilianus IX. 2. p. 131. *Ed. Bip.* — *ἀνξήσις* est, *quae rem dicendo supra fert quam fieri possit*: 40, 139. *veritatis superlatio*: II. *de Orat.* 53, 203. BEIER. Cfr. etiam Wopkens *ed. Hand.* p. 58. Mirum Nonii errorem *iactuosae* in nullo adhuc Cd. repertum nemo probavit praeter Robortellum in *Grut. Thes. crit.* II. C. 45., notante Meyero. OR.

§. 126. [*aequaliter*] — *aequaliter* Eins. Mon. Vet. Gu. 3. Erl. Tum: = *orationis corpore* Eins. OR.

[*communes sunt appellati, quod*] Sic nunc scripsi cum Meyero, praesertim quum ex Beieri accuratissima collatione Erl. h. l. habeat verbum substantivum. Ceterum Meyeri annotatio, in qua insunt aliquot errores typographici, ex meis

gularum esse debebunt. At vero illa pars orationis, quae est de genere universo, totas causas saepe continet. Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversiae, quod Graece *ζωνόμενον* dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quaestionem atque ut¹ de universo genere dicatur: nisi quum de vero ambigetur, quod quaeri coniectura solet. Dicitur autem non¹²⁷ Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta), sed aliquanto nervosius et ita de re communia dicentur, ut et pro reis multa leniter dicantur et in adversarios aspere. Augend's vero rebus et contra abiiciendis nihil est, quod non perficere possit oratio: quod et inter media argumenta faciendum est, quotiescunque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus, et paene infinite in perorando.

Duo sunt, quae bene tractata ab oratore admirabilem 36

128

E. 1) *Abest ut*

L. 1. *Ac vero 16. sunt etiam*

certe editionibus sic corrigenda est: — *communes appellati, quod* (Eins.) Norimb. Asc. prim. Vict. Man. Ern. — *communes appellati, eo quod* Ven. 2. Iu. Asc. sec. Crat. — *appellati sunt, eo quod* Steph. (e Vet. suo) Lamb. Orell. in Ed. pr. — *eo quod praebent etiam* Gu. 3. (an *sunt* quoque, de eo non satis constat:) et Erlang., qui statim omittit v. *iidem esse.* OR.

[*id ita dici placet*] Quidam libri vulgati non habent verbum *dici*; quod tamen mihi necessarium videtur. LAMBINUS. Omittit *id* Eins. OR.

[*atque ut*] Sic Eins. Vit. Dresd. Gu. 3. (Erl.) Edd. vett. Lamb. Sch. 2. Meyerus. Beier. — *om. ut* Man. Grut. Ern. Paulo post *ambigitur* e Vit. Vet. Ven. 1. cet. praetulit Meyerus: sicque habet Erl. — *ambigetur* Lamb. Ern. firmant Eins. Dresd., ideoque retinui. Rarius omnino praesens in futurum mutatur a librariis, quam contra. OR.

§. 127. [*sed aliquanto nervosius*] Haec volgo ad antecedens v. *dicitur* trahebantur. Post ea distinguebatur duobus punctis, quae suadente concinnitate sustulimus. In consequentibus opponuntur inter se *commendatio* vel *purgatio* et *laesio*, ut dicuntur Quintiliano IX. 2. p. 130. *Bip.* *Superlationis* autem pars *extenuatio* est. BEIER. — *aspera* Eins. Viteb. Edd. vett. Tum Eins. corrupte: *quod et per intermedia argumenta*: et: *quotiescunque* Eins. Vit. Erl. OR.

§. 128. [*Duo sunt*] Sic Eins. Vit. Dresd. Ven. 1. Man. Grut. Ern. Admodum abrupte. ∞ *Duo sunt etiam* Aldd. Cr.

eloquentiam faciant: quorum alterum est, quod Graeci ἡθικὸν vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum; alterum, quod iidem παιθητικὸν nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio. Illud superius come, iucundum, ad benevolentiam conciliandam paratum: hoc vehemens, incensum, incitatum, quo causae eripiuntur; quod quum rapide fertur, sustineri nullo pacto potest.

129 Quo genere nos mediocres aut multo etiam minus; sed magno semper usi impetu saepe adversarios de statu omni deiecimus. Nobis pro familiari reo summus orator non respondit Hortensius. A nobis homo audacissimus Catilina in senatu accusatus obmutuit. Nobis privata in causa magna et gravi, quum coepisset Curio pater respondere, subito assedit, quum sibi venenis ereptam me-

130 moriam diceret. Quid ego de miserationibus loquar?

E. 1. faciunt 2. naturam 7. hoc vero veh. 16. (commiserationibus Al. b.)

Steph. L. Sed hoc supplementum languet. *Duae res sunt enim* Vet. Gu. 3. Erl. (qui postea tractatae.) E quo Sch. coniecturâ per se haud malâ, sed parum probabili: *Duo restant*; eam tamen recepturus erat Beier. OR.

[*ad naturas*] Sch. e Gu. 3. Erl. (Ven. 1. 2. Med. Lamb.) scripsit *ad naturam*. Sic etiam C. 40. extr. §. 139. Ed. Ven. substituit *naturaeque imitatio*. De hac cfr. IV. *ad Her.* c. 50. praecipue §. 65. BEIER. Scil. diversas hominum *naturas* intelligit, ut §. 139. Nihil igitur mutandum, nec Beier recepit *naturam*. Pluralem habent Eins. et Cdd. Meyeri. Eius. autem *et mores* pro: *et ad mores*. — *id quo* pro *in quo* Eins. Venetae. — *nullo modo* Eins. pro *nullo pacto*, frequenti confusione; sed *pacto* est in margine. OR.

§. 130. [*de miserationibus*] Margo Lamb. *commiserationibus*. Sed cfr. C. 38. pr. *de Orat.* II. 196. De pluribus patronis ibid. 77, 313. Asconii argumentum orat. *pro Scauro*, et Taciti *Dial. de or.* C. 38. pr. Respicit h. l. Schol. Ambros. *ad or. pro Plancio* C. 31. Mox indicavi parenthesin. Respondent sibi *qualiacunque* — *sed*. BEIER. Cum Vet. etiam Erl. *usum*. Eins.: = *perorationem tamen mihi*. Tum in eodem dolore deletum et superscriptum: — *labore*, pessimo quidem consilio. Optime Meyerus defendit lect.: *me enim ipsum poenitet* multam post dubitationem retentam etiam a Beiero. Ita scil. scripserunt Ern. Sch. Meyerus e lect. Vet. Erl. Pith. Palatt. duorum *me ipsum poenitet* (quae ipsa placebat Schirachio et

quibus eo sum usus pluribus, quod, etiam si plures dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant; in quo ut viderer excellere, non ingenio, sed dolore assequabar. Quae qualiacunque in me sunt; (me enim ipsum poenitet quanta sint:) sed apparent in orationibus, etsi carent libri spiritu illo, propter quem maiora eadem illa, quum aguntur, quam quum leguntur, videri solent. Nec vero miseratione solum mens iudicum permovenda 37 est, (qua nos ita dolenter uti solemus, ut puerum infan- 131 tem in manibus perorantes tenuerimus, ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato etiam filio parvo plangore et lamentatione complerimus forum) sed etiam est faciendum, ut irascatur iudex mitigetur, invideat faveat, contemnat admiretur, oderit diligit, cupiat satietate afficiatur, speret metuat, lactetur doleat: in qua¹ varietate duriorum Accusatio suppeditabit exempla, mitiorum defensiones meae. Nullo enim modo animus audientis aut 132 incitari aut leniri potest, qui modus a me non tentatus

E. 1) qua in

L. 5. ipsum non poenitet 12. compleremus 15. qua in

Billerbeckio) et vulgata firmata ab Eins. et Cdd. Meyeri: — me enim ipsum non poenitet, quam olim perperam ego defenderam. Ceterum Margo Lamb. me enim poenitet. Denique Eins. solito ex vitio omittit v. eadem ante v. illa. OR.

§. 131. [miseratione solum] — miseratione sola Eins.

[reo nobili] An Sestio? v. Orat. pro eo 69. 144. 146. BEIER.

Verum Sestii filius non erat parvus, sed praetextatus iam: unde rectius Billerb. intelligit de Flacci filio. v. Orat. pro Flacco in fine. Male Eins. repleremus pro complerimus; in quo rectam lectionem servarunt Veneta prima, Mediol. reductam ab Ern. Seqq. pro ceterorum (etiam Cdd. Meyeri) comple-remus. OR.

[sed etiam est faciendum] Sic Eins. Cdd. Meyeri. F. Gu. 3. et Erl. Sch. ac Meyerus: = sed est fac. etiam. Contra Beier (secutus Goerenzium ad Legg. p. 237.) ad Orat. pro Tullio §. 8. p. 16. et in exemplari suo del. etiam. Mox etiam Erl. cum Vet. Steph. pro v. satietate efficiatur miram habet lect. rideat ortam ex aequa falsa laudeat Gu. 3. Tum in qua var. Eins. Viteb. Mon. Venetae. Mediol. pro Erlang. et recentiorum: = qua in v. OR.

§. 132. [incitari] Lambinus volebat irritari. Sed cfr. Brut. 23, 89. BEIER. Pro non tentatus Erl. tentatus non. OR.

sit: dicerem perfectum, si ita iudicaret: nec in veritate crimen arrogantiae extimescerem; sed (ut supra dixi) nulla me ingenii, sed magna vis animi inflamat, ut me ipse non teneam; nec unquam is, qui audiret, incenderetur, nisi ardens ad eum perveniret oratio. Uterer exemplis domesticis, nisi ea legisses: uterer alienis, vel Latinis, si ulla reperirem, vel Graecis, si deceret. Sed Crassi perpauca sunt nec ea iudiciorum: nihil Antonii, nihil Cottae, nihil Sulpicii: dicebat melius quam scripsit
 133 Hortensius. Verum haec vis, quam quaerimus, quanta sit, suspicemur, quoniam exemplum non habemus, aut si exempla sequimur, a Demosthene sumamus, et quidem perpetuae dictionis ex eo loco, unde in Ctesiphontis iudicio de suis factis, consiliis, meritis in rem publicam aggressus est dicere. Ea profecto oratio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut maior eloquentia non requiratur.

38 Sed iam forma ipsa restat et χαρακτήρ¹ ille, qui di-
 134

E. 1) character

L. 9. (quam scribebat Fort. b.) 17. ne requiratur quidem 18. character

[*extimescerem*] Iunge cum v. *dicerem*; neutiquam vero, quo Brewerius retulit, cum *si*. Nec displicet, quod est in Gu. 3. (Vet. et Erl.) *pertimescerem* cfr. Cap. 3. extr. Sed 28, 98. adfuit non *extimescet*. BEIER. *extimescerem* firmant Cdd. sinceri Meyeri et Eins. OR.

[*Crassi perpauca sunt*] i. e. Crassi, a quo huius virtutis oratoriae exempla sumi possent, perpaucae extant orationes; Antonius nullas reliquit scriptas: cfr. *de Orat.* II. 20, 8. Interpretes haec parum intellexerunt. Dicebat melius quam scripsit item Galba, de quo v. in *Bruto* C. 24. Graeca autem inculcantes ridentur *Offic.* I. §. 111. BEIER. *sunt* post *perpauca* om. Erl. Pro *scripsit* Margo Lamb. malam habet coni. *scribebat*. Pro *Hortensius*, — *Antonius* Erl. OR.

§. 133. [*suspiciemur*] (— *suspiciamur* Vet. Erl.) *suspiciemur* Interpretes accipiunt pro *possumus suspicari*, quum dicatur pro *suspicio nobis sufficiat*. BEIER. Pro Cdd. sincerorum, etiam Eins. *non requiratur* Gu. 3. Erl. Vet. St. Lamb.: — *ne requiratur quidem*. OR.

§. 134. [*debeat esse*] Sic Eins. Vit. Dresd. Edd. vett. Vict. Meyer. Vulgatam *esse debeat* habet Erl., qui paullo ante om. v. *ipsa*, ab aliis transpositum, sed etiam Eins.: *forma ipsa*. OR.

citur; qui qualis debeat esse, ex iis ipsis¹, quae supra dicta sunt, intelligi potest. Nam et singulorum verborum et collocatorum lumina attigimus, quibus sic abundabit, ut verbum ex ore nullum nisi aut elegans aut grave exeat, ex omnique genere frequentissimae tralationes erunt, quod eae propter similitudinem transferunt animos et referunt ac movent huc et illuc; qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat. Et reliqua ex collocatione verborum quae sumuntur quasi lumina magnum afferunt ornatum orationi: sunt enim similia illis, quae in amplo ornatu scenae aut fori appellantur insignia, non quod sola ornent, sed quod excellent.

E. 1) esse debeat ex ipsis

L. 1. esse debeat

[*ex ipsis*] pro *ex iis ipsis* positum observat Goerenzius ad II. *de Finn.* 28, 93. p. 261. BEIER. *ex his* Gu. 3. Erl., quod ipsum non displicebat Goerenzio l. l.: sed necessario h. l. requireretur *ex iis*, ut dedit Sch. in Ed. mai. Lambini *ex iis ipsis*, per se ipsum sane rectissimum, coniecturae dumtaxat debere videtur. Post me idem recepit Meyerus. Ceterum de universa hac quaestione, utrum *ipsum* cet. ponatur pro *id ipsum* necne, et ubi illud locum habeat, subtiliter disputavit Hand ad *Wopkens* p. 391. Mihi, vere ut dicam, h. l. magis arridet *ex iis ipsis*, quam *ex ipsis*, etsi firmatum ab Einsied., Vit. et Dresd. Illud enim haud animadvertit Hand, et facillime plerisque in locis *id* ante *ipsum* cet. excidere potuisse, ut excidit *illi* ante *ipsi* in solo Gu. 3. §. 145., ut *Tuscul.* 4, §. 58. Cd. Rehdig. prorsus similiter habet in *ipsis* pro *Wollii in iis ipsis*, quod nunc praefero Ceterorum in *his ipsis*; et pronos fuisse Italos librariorum ad mutandum pron. *is* in *ipse* suam consuetudinem in pronom. *esso* secutos. Statim Eins.: = *potest intelligi*. Tum idem: — *et movent pro: ac movent.* OR.

[*Et reliqua cet.*] Haec omnia *Et reliqua* — — — *eloquentiae magnitudo* exscripsit Quintil. 9, 1, 37., in cuius loci lectione constituenda consulto negligentius versatus est Spalding. Nos Cod. Quintil. Turic. (T.) iterum contulimus. — *collatione* Eins. Viteb. antiquissimum esse vitium monstrat T., ipse quoque ita exhibens. OR.

[*ornatum*] Satis firmatur a T. et Cdd. sinceris Oratoris, etiam Eins. — *ornamentum* Gu. 3. C2d. Regii. Erl. Med. Sch. Consulto iteravit Tullius vocabulum proprium *ornatum* — — *ornatu*. Sic *templorum ornatum* dixit Livius 22, 32, 6. OR.

[*ornatu*] De *ornatu fori* v. I. in *Verr.* 22. 58. ibique Asconium. Idem significatur I. *Nat. D.* 9, 22. Usum partic.

135 Eadem ratio est horum, quae sunt orationis lumina et quodammodo insignia: quum aut duplicantur iteranturque verba, aut breviter commutata ponuntur, aut ab eodem verbo ducitur saepius oratio aut in idem coniicitur, aut utrumque¹, aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extremum refertur: aut continenter unum verbum non eadem² sententia ponitur: aut quum similiter vel cadunt verba vel desinunt: aut multis modis contrariis relata contraria: aut quum gradatim sursum versum³ reditur: aut quum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur: aut quum aliquid praetereuntes, cur id faciamus, ostendimus: aut quum corrigimus nosmet ipsos⁴ quasi

- E. 1) aut in utrumque 2) non in eadem 3) versus 4) nosmet ipsi
L. 5. aut in utrumque 7. in eandem sententiam 8. aut quum sunt contrariis 9. versus (tenditur Al. b.)

non quod pro non quo docet Matthiae ad orat. pro Rosc. Am. 48, 141. BEIER. Cfr. nos in Wolfii Scholis ad Tuscul. 2. §. 64. — Erl. cum Gu. 3. non quia frequenti in h. v. errore. OR.

§. 135. [*breviter commutata*] Gesnerus et Ern. volebant *leviter*; quo significatu sane hic accipiendum *breviter*, etsi eius usus vix aliud exemplum apud Cic. reperies. Nam de *brevitate literae* (*Herenn. 4, 21, 29.*), ut nunc video, h. l. vix cogitari potest. E poëtis aliquot exempla collegit Schirach. OR.

[*aut utrumque*] Sic T. Eins. Vit. Dresd. Sch. Meyerus. — aut in utrumque Cett. cum Erl. OR.

[*non eadem sententia*] Post *non expunxi in cum Quintiliani IX. 1, 38. Mss. Alm. et Voss. 3. Alioqui cum Lamb. scribendum in eandem sententiam. BEIER. Eandem cum Beiero rationem, fretus auctoritate T., recte secutus est Meyerus. Eins. et Erl. servant in. Sic de Finn. 2, §. 78. eo esse animo. Codex Lassbergianus et Victorius in eo esse animo e gloss. Mox interpolationem aut quum sunt contrariis receptam a Steph. Lamb. et Sch. ex Vet. Steph. Gu. 3. habet etiam Erl. Pessime autem Nobbe ex duabus his lectionibus tertiam efflavit: aut quum [multis] contrariis. OR.*

[*sursum versum*] Sic T.; ut recte scripsit Lamb. *Oratt. Partitt. C. 7. Ceteri, etiam Eins.: — sursum versus. Notabilis Guelhmii susp. receditur pro reditur. OR. Notant quidam docti viri, in his Rivius, quosdam libros habere sursum versus tenditur. LAMBINUS. Nullus Cdd. nuper collatorum hoc vitio inquinatus est. OR.*

[*nosmet ipsos*] Sic etiam T., Eins. et Erl. Contra Cdd. notos *nosmet ipsi* praeferebat etiam novissime Beier, appellans Ern. annotat. ad h. l., suam ad *Offic. T. 1. p. 247. et*

reprehendentes: aut si est aliqua exclamatio vel admirationis vel conquestionis; aut quum eiusdem nominis casus saepius commutantur¹.

Sed sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia 136 frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem. Et vero

E. 1) commutatur

Fr. Wagneri disputationem de pronomine *Ipse* in Seebodii *Archiv. Erster Jahrg. 4. Heft.* p. 648. seqq. Rectior fuit sententia Meyeri ac Frotscheri in *Ep. crit.* p. XV., qui laudat Matthiae ad *Or. pro Murena* C. 3. pr. OR.

[*exclamatio*] — *explanatio* Eins. Vit. Ven. sec. OR.

[*conquestionis*] Sic Eins. Erlang. Med. Aldd. Iu. Vict. Seqq. Miro sane casu accidit, ut h. l. Cd. Turic. Quintil. item C2d. Lambini, Vit. Mon. (sinceri igitur) habeant *questionis* (vel, ut Dresd. Ven. 1. 2.) prave *quaestionis*: unde Meyerus recipit *questionis*, vocabulum alibi nondum repertum nisi h. l. in aliquot Cdd. et *Brut.* §. 142., ubi Lamb. correxit *conquestionibus. questionis* reiecit etiam Moserus in Censura. Saepissime *con* compendio scriptum omittitur, ut §. 138. *vertat pro convertat* rursus Tur. Sic hoc quoque loco *cqois* cum lineola Eins. literis *cq* ligatis. Paulo post Cd. Turic. (hic: *saepe commutantur.*) Mon. Edd. vett. et me secutus item Meyerus *commutantur* pro Cett. (Vit. Dresd. Erl.) *commutatur*. Rectam lectionem *commutantur* firmat nunc etiam Eins. OR.

§. 136. [*utitur*] — *utatur* Eins. Dresd. Mon. — *utatus* T. a pr. manu. OR.

[*sunt qui putent*] Sic T. Eins. Erlang. Edd. inde ab Aldd. — *putant* Vit. Dresd. Mon. Edd. vett., quod reduxit Meyerus prob. Mosero, qui laudat Schwarzii *Commentationem philologico-criticam in Cic. de Offic. Lib. 1. locos quosdam.* Ulmae 1820. p. 7-11. Subtiliter sane is defendit ad *Famil.* 1, 9, §. 25. nostrae Ed. sive §. 81. Bengel., ubi ipse Cd. Medic., Victorii utraque editio, et Beng. habent: *Sunt qui putant*; correctum in *putent* in Ed. antiquiss. mea, item a Lamb. et sequentibus praeter Beng. ad *Famil.* 7, 3, §. 5. (§. 19. Beng.) ubi Ed. Neapolitana 1474., Victorii prima, Beng. habent *Sunt enim* — — *qui putant*; verum Cd. Medic., editio Victorii altera *putent*. Iam ex illustri hoc exemplo colligere licet, etiam in simplici *sunt, qui putent* — alia enim res est formularum, *sunt alii, nonnulli cet. qui putant.* adiecto scil. subiecto — quamquam cfr. Matthiae ad *orat. pro Sex. Roscio* §. 35. *tres sunt res* — — *quae obstant*; — sed in simplici illo librariorum pro lubitu suo mutasse coniunctivum in indicativum sibi utique magis familiarem. Vix enim est, ut putemus, altero loco Cic. ipsum indicativum, altero coni. antetulisse. Statim: = *maxime laudabilem esse* Eins. OR.

nullus fere ab eo locus sine quadam conformatione sententiae dicitur: nec quidquam est aliud¹ dicere nisi omnes aut certe plerasque aliqua specie illuminare sententias: quas quum tu optime, Brute, teneas, quid attinet nominibus uti aut exemplis? Tantummodo² notetur
 39 locus. Sic igitur dicit ille, quem expetimus, ut verset
 137 saepe multis modis eadem et in una re haereat in eademque commoretur³ sententia: saepe etiam ut extenuet aliquid: saepe ut irrideat: ut declinet a proposito deflectatque sententiam: ut proponat, quid dicturus sit: ut, quum transegerit iam aliquid, definiat: ut se ipse revo-

E. 1) nec aliud quidquam est 2) tantum 3) modis eandem et unam rem et haereat in eadem commoreturque

L. 1. (Enimvero nullus Lamb. b.) 2. (Al. inducitur b.) Ib. aliud est 3. quam omnes 7. una in

[*dicitur*] Sic T. Vit. Erl. Ald. 2. Man. L. Ern. Sch. ∞ *edicitur* Eins. Dresd. Man. Edd. vett. Meyerus. cfr. Ochsneri *Eclogas Ed. tert.* p. 225., qui sane h. l. *edicere* non probat. Et ego secutus sum optimam Turic. auctoritatem: nec credo dici posse *locum edicere*. De utroque autem verbo in primis est conferendus Oudendorp *ad Appul. T. 1.* p. 772. Similis quaestio est de v. *emoneo* et *moneo*: *ad Famil. 1, 7, 9.* — *educitur* Iu. 2. Gryph. 2. Hinc in Marg. Lambin.: — *inducitur*. OR.

[*nec quidquam est aliud*] Sic T. Eins. Vit. Dresd. Gu. 3. Erl. Edd. vett. Vict. Meyerus; meliore sane ordine quam qui placuit Aldo ac Seqq. (praeter L.) *nec aliud quidquam est*. OR.

[*nisi omnes*] Meyerus e Vit. Ven. 2. Tul.: ∞ *nisi aut omnes*. Fateor tamen in tota hac particula maximi me facere Turic. Quintil., quocum facit Erl. Contra Eins. Dresd. Ven. pr.: — *nisi quam aut omnes*. OR.

[*tantummodo*] Sic T. Gu. 3. Erl. Edd. aliq. vett. Lamb. — *tantum* Einsied. Gett. Utrumque voc. confunditur etiam *Verr. 2, 4, 49.* OR.

[*locus*] Male Schuetz correxit *modus*, (ut animadvertit etiam Burchardi.) Itidem modo dictus est *locus* pro capite rei, ut C. 21, §. 72. pr. 48, 162. BEIER.

§. 137. [*modis eadem cet.*] Sic cum T. aliisque Cdd. Quintiliani Schirachius, itemque tres Codices et Rivium secutus Lambinus ac Meyerus, nisi quod hi: = *una in*, quae praeposit. transpositio rarior est apud Cic. Probabat etiam Beier. Vulgatam multis nominibus vituperandam, v. c. propter collocationem v. *eandem et unam* praebet Erl. — *eadem ut unam in rem haereat et in eadem commoretur sententiam* Eins. Vit. Dresd. Mon. Palatt. poster. De ceteris Cdd. et Edd. turbis

cet: ut, quod dixerit¹, iteret: ut argumentum ratione concludat: ut interrogando urgeat: ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat: ut contra ac dicat accipi et sentiri velit: ut addubitet, quid potius aut quomodo dicat: ut dividat in partes: ut aliquid relinquat ac negligat: ut ante praemuniat: ut in eo ipso, in quo reprehendatur, culpam in adversarium conferat: ut saepe cum 138 iis, qui audiunt, nonnunquam etiam cum adversario quasi deliberet: ut hominum sermones moresque describat: ut muta quaedam loquentia inducat: ut ab eo, quod agitur, avertat animos: ut saepe in hilaritatem risumque² convertat: ut ante occupet, quod videat opponi: ut comparet similitudines: ut utatur exemplis: ut aliud alii tri-

E. 1) dixit 2) risumve

L. 1. dixit 11. risumve 12. quod putat

v. Meyerum. Paulo post Tur. a pr. manu *deflectat* pro *deflectatque*; a secunda ∞ et *deflectat*. Tum Eins.: — et quum transegerit. OR.

[*dixerit*] Sic T. Alii Cdd. Quintil. Schirach. Meyer. Recte sane. — *dixit* Cett. etiam Einsied. et Erl.; hic autem cum Gu. 3., quem Schuetzius et Beierus secuti sunt, omittit quasi (post v. *rursus*) hoc loco minime otiosum. Notabilis est lectio Cd. Regii 7704.: *contra quam dicat*; sed tamen ab interpolatore profecta, qui ignorabat et post similitudinis verba *idem*, *aeque*, *pariter*, et post dissimilitudinis *alius*, *contra* poni particulam *ac*. — *ac sentiri* Viteb. — et *sentire* Eins. Venetae. Tum Turic.: — *relinquat et negligat*: et — *praemoneat* pro *praemuniat*. Pro *conferat* Eins.: — *transferat*. OR.

§. 138. [*qui audiunt*] — *qui audiant* Eins. OR.

[*sermones moresque*] Sic omnes Cdd. Oratoris, etiam Eins. et Erlang. cfr. *Laelii* §. 66. *sermonum atque morum*. Post Schuetzium e Quintil. Beier quoque suo in exemplari recepit: = *mores sermonesque*. — *risumque* ex ed. Ven. et Med. aequae ac Meyerus praetulit Beier ceterorum (etiam Erl. et Turic. hic scil. *risumve vertat*) *risumve*: quod qui defendent, sic explicabunt: „ut in hilaritatem, vel, quod majus etiam est magisque anceps, in risum convertat.” Ecce etiam Eins. praebet *risumque*. Quod pro *videat* Gu. 3. Erl. Lamb. aliique habent *putat*, merus error videtur, etsi a nescio quo in marg. Ed. Ven. in *putet* correctus non displicebat Ernestio. Turic. sic: *ut occupet* (om. *ante*) *quod videat opponioni*: Estne hic merus error, an latet in eo *oppositum iri*? quod futurum saepissime corruptum vidi in Cdd. cfr. *ad Att.* 5, 15, 3. Tum *utatur* omisso *ut* Eins. Vit. Dresd. et: — *aliis tribuens* Eins. OR.

buens dispertiat: ut interpellatorem coërceat: ut aliquid reticere se dicat: ut denuntiet, quid caveant: ut liberius quid audeat: ut irascatur: etiam ut obiurget¹ aliquando: ut deprecetur: ut supplicet: ut medeatur: ut a proposito declinet aliquantum²: ut optet: ut excretur: ut fiat
 139 iis, apud quos dicit, familiaris. Atque alias etiam dicendi quasi virtutes sequetur³: brevitatem, si res petet:

E. 1) ut irascatur etiam: ut obiurget 2) aliquantulum 3) sequatur
 L. 2. caveat 6. dicat

[*ut interpellatorem coërceat*] Sic, ut videtur ex Meyeri annotat., Dresd. — *ut interpellat, oratorem coërceat* Eins. Vit. Mon. Ven. 1. 2., unde Meyerus ingeniosâ coniecturâ, probatâ etiam Mosero: ∞ *ut interpellat; ut interpellatorem coërceat*. Affert de Orat. 3. §. 205. *similitudo et exemplum digestio, interpellatio, contentio, reticentia*; et Quintil. 9, 2, 2. *praemunitio, similitudo, distributio, interpellatio, interpellantis coërcitio, contentio, purgatio, laesio*: ex quo loco in l. l. de Orat. 3, §. 205. post *interpellatio* similiter inseri iussit Schuetzius *interpellantis coërcitio*. Mallet sane in Cd. aliquo reperta esset Meyeri lectio; nunc autem obstant Turic. Erl. Dresd.; ita ut Eins. Vit. Mon. lectio erroris casu orti suspectissima maneat; Quintiliani autem duplex membrum *interpellatio, interpellantis coërcitio* compositum videtur partim nostro e loco, partim ex illo de Orat. 3, §. 205. Simili ex causa in seqq. v. *ut medeatur* ideo suspecta facta sunt quibusdam, quia deesse videbatur alterum oppositionis membrum *ut laedat*, quod utique inest in v. *laesio*, de Orat. 3, 205. et Quintil. l. l. Recte paullo post Meyerus vindicavit lectionem *caveant* C2d. Lambini, Vit. Mon. cet. contra alteram *caveat* T. Eins. Dresd. Erl. cet. (— *et denuntiet* male Eins. Vit.) OR.

[*ut irascatur: etiam ut obiurget*] Sic distinxi cum Turic. Lamb.; quia maius est obiurgare ipsos iudices, quam irasci; ipsaque collocatio *etiam ut, facile ut, vix ut, nihil ut* frequentissima est apud Cic. Pro *medeatur* Purgold volebat *minetur*. Recte Meyerus significavit de Orat. 3, §. 205. *purgationem et conciliationem*. Sed: — *ut supplicet, ut medeat, ut medeatur* (sic) Eins. ac similiter Monac. Ven. pr. Hinc fortasse aliquis emendabit: — *ut s., ut laedat, ut medeatur*; non ego. V. supra. OR.

[*aliquantum*] Sic T. Eins. Vit. Dresd. Erl. Lamb. Hand Tursell. 1. p. 256. = *aliquantulum* Cett. Recte locum explanavit Meyerus ex l. de Orat. 3, §. 202. et 205. OR.

§. 139. [*atque alias*] — *atque in alias* Eins. Vit. Dresd. OR. [*quasi virtutes*] quasi excluditur ap. Quintil. l. l. a Codd. Colb. Goth. et Ed. Iens. Eandem particulam §. 137. volgo ante vv. *ad interrogata* infartam sustulit Gu. 3. BEIER. Debet haec Schirachio, cui item quasi h. l. erat suspectum: sed frequentissime librarii vv. *tamquam, quasi, velut*, quas

saepe etiam rem dicendo subiiciet oculis, saepe supra feret quam fieri possit: significatio saepe erit maior quam oratio: saepe hilaritas, saepe vitae naturarumque imitatio. Hoc in genere (nam quasi silvam vides) omnis eluceat oportet eloquentiae magnitudo.

Sed haec nisi collocata et quasi structa et nexa ver- 40
bis ad eam laudem, quam volumus, aspirare non possunt. 140
De quo quum mihi deinceps viderem esse dicendum, etsi movebant iam me illa, quae supra dixeram, tamen iis, quae sequuntur, perturbabar magis. Occurrebat enim, posse reperiri non invidos solum, quibus referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum, qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia fecisset comprobante populo Romano quanta de nullo, de artificio dicendi literis tam multa mandare. Quibus si nihil aliud responderem, nisi me M. Bruto negari roganti noluisse, iusta esset excusatio, quum et amicissimo et praestantissimo viro et recta et honesta petenti satisfacere voluissem. Sed si profiterar¹ (quod 141

E. 1) profiterer

L. 12. laudum mearum 13. (esse viri Lamb. b.)

otiosas putabant, abiecerunt; v. quasi ideo quoque, quia scribebatur *qi* cum lineola, ut est semper in Eins. Retinent Tur. Eins. Statim sequetur T. Gu. 3. Erlang. cum Lamb. Sch. Meyero recepit etiam Beier suo in exemplari: — sequatur Cett. praeter Eins., qui: — sequitur. — videas Eins. Viteb., Venetarum lectionem habet Tur. a secunda manu. OR.

§. 140. [esse dicendum] = dicendum esse Eins. OR.

[etsi movebant iam me illa] Sic etiam Erl. Recte autem Meyerus et Moserus (*Symbol. Spec. alt.* p. 14.) refutarunt meam coniecturam *etsi non movebant tam me illa* ductam e corruptela Eins. Vit. Dresd. Mon. Oxon. Ven. 1. 2. Vict. al.: — *etsi non movebant iam me illa*. Prudentius ex hac lect. Moserus fecit: ∞ *etsi commovebant iam me illa*. Statim tamen his e Vit. Edd. vett. Meyerus. Eins. recte: *iis*. — *laudum mearum* cum Gu. 3. etiam Erl. Tum Eins.: — *nisi M. Bruto om. me*. OR.

§. 141. [si profiterar] Omnes recens collati (Eins. Viteb. Dresd. Mon. Erl.) firmant hanc lectionem contra Ern. coniecturam: *profiterer*: quae sane necessaria esset, nisi tandem Meyerus in egregio Cd. Vit. veram lectionem reprehendet invenisset pro ceterorum reprehenderet. Mox: = *praecepta dicendi* Eins. OR.

utinam possem!) me studiosis dicendi praecepta et quasi vias, quae ad eloquentiam ferrent, traditurum: quis tandem id iustus rerum existimator reprehendet¹? Nam quis unquam dubitavit, quin in re publica nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis pacatisque rebus, secundas iuris scientia? quum in altera gratiae, gloriae, praesidii plurimum esset: in altera praescriptionum² cautionumque praeceptio, quae quidem ipsa auxilium ab eloquentia saepe peteret, ea vero repugnante vix suas
 442 regiones finesque defenderet. Cur igitur ius civile docere

E. 1) aestimator reprehenderet 2) persecutionum

L. 3. aestimator reprehenderet. (existimator b.) 5. in urbanis
 7. persecutionum

[*existimator*] Sic recte Meyerus e Vit. Dresd. Idem praebet optimus Eins. — *extimator* Erl. — *aestimator* Cett. *existimator* est, qui de veritate et mendacio iudicat; *aestimator*, qui suum cuique rei pretium statuit. Utrumque saepissime simul locum habet. Mox Viteb. e gloss. *primas eloquentia partes*. OR.

[*urbanis*] Lamb. *in urbanis*. Praepositio fere ubique adiiicitur v. c. *Offic.* I, 34, 122. et in *bellicis et in civilibus officiiis*. Item II. 13, 46. pr. 19, 66.; itaque hic aegre ea caremus. BEIER. Mihi quoque placet Lambini lectio. *pacatis rebus* per se rectum esset; sed *urbanis pacatisque rebus* durissimum atque inusitatum est. Praeterea saepissime in excidit. OR.

[*praescriptionum*] Sic egregie Viteb. Cfr. Petri Fabri *Semestr.* Lutetiae Paris. 1570. Lib. I. p. 226.: „*Quamobrem adibat olim ad Iurisperitos: ii consultoribus et clientibus suis ut respondere, ut cavere, ita scribere et praescribere iura, formulas, actiones dicebantur. — Scribendi autem et cavendi et respondendi verba — Ictorum esse propria nos idem addocet Cicero, ubi de Servio ICTo: „Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi plenam sollicitudinis ac stomachi secutus est.” (pro Murena §. 19.) Ceteri persecutionum, (mirum huius voc. potius, quam alterius praescriptionum compendium, quod typis imitari non possum, habet Eins.) quod quidem vocabulum erat ἀπάξ λεγόμενον apud Cic. nec satis recte componitur cum v. *cautionum*. Contra *praescribendi et cavendi verba* ubique iunguntur. Invenitur autem v. *persecutio* apud posteriores ICTos significatu, cui nullus hic locus est: v. *De verb. signif. tituli Pandect. et Cod. ed.* Cramer. p. 85. „*Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto (Ulpianus est, qui loquitur:) contineri, ut puta fideicommissorum, et si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii executionem. Quocum consentit Gaius II., 278.: Fideicommissi nomine semper in simplum persecutio est. Re-**

semper pulchrum fuit hominumque clarissimorum discipulis floruerunt domus: ad dicendum si quis acuat aut adiuvet in eo iuventutem, vituperetur? Nam si vitiosum est dicere ornate, pellatur omnino e civitate eloquentia. Sin ea non modo eos ornat, penes quos est, sed etiam universam rem publicam: cur aut discere turpe est, quod scire honestum est: aut, quod nosse pulcherrimum est, id non gloriosum est¹ docere? — At alterum facti-⁴¹ tatum est, alterum novum. — Fateor: sed utriusque rei¹⁴³ causa est. Alteros enim respondententes audire sat erat, ut ii, qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore et discentibus satisfacere-

E. 1) *Abest est*

L. 2. *domus floruerunt*

pugnat igitur consuetudini et Latinae et in primis ICTorum explanatio Billerbeckii: „*Vorschrift, Klagen vor Gericht zu führen, und sich dabei gegen Beeinträchtigungen Anderer sicher zu stellen.* Iam h. l. restituto v. praescriptionum idem faciendum videtur de Orat. I. §. 251., ut scribatur praescribitur pro perscribitur. Contra ibidem §. 250. et ad Attic. 4, 18, 2. servandum est perscriptionibus contra aliorum praescriptionibus. OR.

§. 142. [*hominumque clarissimorum*] Usitatus erat dicere virorumque clarissimorum; itaque notandus est hic locus. LAMBINUS. Hinc in marg. Gothofredi: — *virorumque.* OR.

[*floruerunt domus*] = *domus floruerunt* Erl. Aldd. Grat. Lamb. Ut supra §. 140. lectio *laudum mearum*, sic haec quoque cum aliis tenue monstrat vestigium, quomodo e Cdd. interiectis inter sinceros atque interpolatos multa ducta sint in Edd. Aldinis earumque asseclis, cuius ipsius generis medii ex parte est Dresd. OR.

[*gloriosum est*] Addidi est ex Dresd. Mon. Vet. Erl. cum Steph. et Lamb. Nullam habebat offensionem *turpest, honestumst, pulcherrimumst* cet. Contra Beier in suo exemplari delevit est post *pulcherrimum*, item cum Gu. 3. et Sch. post *factitatum*; servavit deletum a Schuetzio post *honestum.* OR.

§. 143. [*Fateor: sed*] — omittit haec duo verba Eins. OR.

[*sibi — ipsi*] i. e. sponte vel pro arbitrio suo, nullis exspectatis feriis. In re dubia nihil ausus sum mutare. Gu. 3. (Vet. Erl.) alterum pronomen excludit. Burchardi coniecturam *ipsis*, occupata iam a Schellero (*Obs.* p. 36.) minus placeat, quam Schuetzii *ipsum*. Malim tamen *subsecivum* s. *subsicivum*: videsis I. de Legg. 3, 9. et Goerenz *ibid.* ad 4, 13. BEIER. Ut Beierus, ipse quoque explicaveram *ultro, sponte sua et doctorum ipsi locum assumentes*: contra Meyerus artius innoxit ut *ii ipsi* cet. OR.

rent et consulentibus. Alteri, quum domesticum tempus in cognoscendis componendisque causis, forense in agendis, reliquum in se ipsis reficiendis omne consumerent, quem habebant instituendi aut docendi locum? Atque haud scio an plerique nostrorum oratorum ingenio plus valuerint quam doctrina. Itaque illi dicere melius quam
 144 praecipere: nos contra fortasse possumus. — At dignitatem docere non habet. — Certe, si quasi in ludo: sed si monendo, si cohortando, si percontando¹, si communicando, si interdum etiam una legendo, audiendo: nescio cur, quum docendo etiam aliquid aliquando possis

E. 1) percunctando

L. 9. percunctando

[*oratorum ingenio*] *oratorum contra atque nos ingenio* Vit. Vet. Pith. (idem fortasse cum Vet.) Cod. Glorierii. Oxon. Ven. 2. Tulich. prob. Mureto *V. L. XII. 20.* et Reizio. MEYERUS. Receptit item Lallein. — Erl. solita aberratione (cfr. §. 137.) *oratorum contra quam nos ingenio*. Mihi ac Faesio meo ad Mureti l. 1. videbatur putidum gloss. Id tamen mirabile, quod uno fere h. l. etiam egregius ille Viteb. et Oxon. agnoscunt interpolationem Vet. et Erl., quam reiiciunt Eins. Dresd. Mon. Sic statim Cd. Ant. Glorierii, Viteb. Oxon. habent alterum gloss. *nos contra fortasse possumus melius docere*, itidem probatum Mureto ac Reizio; cuius nullum vestigium exstat in Erl. ceterisque interpolatis. Sed in Eins. et Gu. 2. idem gloss. peiorem etiam locum occupat: scil.: — *nos contra fortasse possumus. At (Ad Eins.) dignitatem melius docere non habet.* Unde Schneiderus parum concinne voluit: — *nos contra fortasse melius docere possumus. At dignitatem non habet, om. docere.* OR.

§. 144. [*percontando*] Sic scripsi cum Eins. Erl. Crat. — *percunctando* Vit. = *percunctando* Plerique recentiorum, etiam Meyerus. Pro *communicando* Einsied. perperam: *commemorando.* OR.

[*nescio cur, quum docendo cet.*] Multiplex huius loci difficilis lectio est: 1) *nescio cur, quum docendo etiam aliquid aliquando posses melius facere, nolis* e Viteb. recepit Meyerus. Sed duplex inest vitium, alterum levius *posses pro possis*, quod manifesto requiritur, gravius alterum *melius*, quod ortum est ex prava accommodatione ad v. *aliquid* nec habet commodam explicationem. Quid enim, quaeso, *docendo melius* fiet? si quidem *homines*, puto, non *res* docendo meliores fieri possunt. Utrumque vitium correxi e Cdd. interpol. 2) Iam vero Cdd. intermedii, Dresd. Mon. item Ven. 1. prorsus vitiose: *nescio cur non dicendo* (sic) *etiam aliquid aliquando posses melius facere cur*

meliores facere, cur nolis?¹ Si quibus² verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est, ut est³: quibus ipsa

- E. 1) nescio, docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis? 2) An quibus 3) [ut est] cum uncis.
L. 1. nescio, docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis- An quibus

nolis? Et peius etiam Eins.: — nescio cur non dicendo (sic) etiam aliquid aliquando posses melius facere, nescio cur nolis? Vides communes habere eos cum interpolatis v. *cur non* — *cur*; commune cum Vit. vitium *posses melius*, sed omnes tamen omittere *si*. 3) Cdd. interpolati v. c. Erl. et ex similibus Ald. Iu. Cr. Man. Grut.: — nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando si possis meliores facere, cur nolis? In qua lectione praeclare servatum est *possis meliores*. cfr. ad *Attic.* 16, 16. Ep. C. §. 12. nostrae divisionis: *effice, ut Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior operá tua*. Sic h. l. *docendo discentes possunt meliores fieri*. Probavit hanc Erl. lectionem Bremius noster ad l. *de Fato*. p. 37. Verum iamdudum est ex quo Viri docti offenderunt in mira constructione *cur non* — *cur nolis*; unde *cur non* eiecerunt tacite Lamb., tum denuo Ern. Sch. Beier. Sed facilius talia eiiciuntur, quam, unde venerint, explicatur. At vero h. l. egregiam praebet lect. Viteb. *cur quum*: quo aliquando in *cur non* mutato necessario ante *possis* inculcandum erat *si*. Eandem autem cum Viteb. lectionem habuisse videtur Cd. Borromei, de quo haec habet Sylburgius: „Manutius ex Borromei antiqui scriptura nescio cur quum docendo, sublato *cur*, quum alterum sequatur, legit: *nescio, quum docendo etiam aliquid aliquando possis meliores facere, cur nolis*.” Duplex autem *cur* retinendum censui cum Giesio ad simillimum locum *de Divin.* 1. §. 131. OR.

[*Si quibus*] Sic ex uno Vit. dedi cum Meyero. Rationem statim explicabo. De re ipsa haec annotavit BEIER: „Sacrorum alienatio fiebat, quum hereditas per aes et libram veniret familiae coëmptionatori fiduciario. V. *pro Murena* 12, 27. *de Legg.* II. 21, 55. III. §. penult. Gaii *Institt.* I. 113-115. 119-123. Adde Savinium *über die juristische Behandlung der sacra privata bei den Römern. in der Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss.* T. II. num. 15.”

[*ut est*] Firmantur haec v. ab Einsied. Vit. Dresd. Mon. C3d. Lambini: et frequentissimo usu Ciceronis, cuius exempla collegerunt Rivius ad h. l. et Beier *Cffic.* 3. §. 117. p. 409. Contra omittunt Cdd. interpolati Gu. 3. Erl. et cum his Aldd. Iu. Tulich. Crat. Schuetz; uncis inclusit Ern. Qua quidem in ratione nihil est quod reprehendamus lectt. Cdd. (etiam Eins.) et Edd. praeter Viteb. et Meyerum: *An* — *docere honestum est: quibus ipsa sacra retineri — possint, non honestum est?* quo de genere, permultis exemplis allatis, sub-

sacra retineri defendique possint, non honestum est?
 145 At ius profitentur ii¹ etiam, qui nesciunt: eloquentiâ
 autem illi ipsi, qui consecuti sunt, tamen se valere dis-
 simulant, propterea quod prudentia hominibus grata est,
 lingua suspecta. Num igitur aut latere eloquentia
 potest, aut id, quod dissimulat, effugit, aut est pericu-
 lum, ne quis putet in magna arte et gloriosa turpe esse
 docere alios id, quod ipsi fuerit honestissimum discere?

E. 1) *Abest ii*

L. 2. *profitentur etiam* Ibid. *eloquentiam* 3. *tamen ea se*

tiliter disputarunt Madvig *Emendd.* p. 39. et Hand *Tursell.* I. p. 349.; quibus adde *Sestianae* §. 90., ut ex Lalle. sententia a me constituta est. At vero in nullo prorsus exemplo priori huiusce interrogationis membro additur *ut est, ut fecit, sicut dixit* ac similia: immo eiusmodi additamentum infringeret prioris membri vim atque indolem, quod, dum specie dubitationem significat, reapse coniunctum ut est cum altero, utriusque affirmationem necessario postulat, quae affirmatio ante occupari nec debet nec potest. Contra ubi locum habet illud *ut est, ut dixit* cet., semper praecedit vel *quamvis sit*, vel *si est* (ut in exemplis nondum allatis a Rivio et Beiero: *de Nat. Deor.* 2, §. 78. *si modo sunt* (dii), *ut profecto sunt*; *ad Famil.* 5, 11, 3. *si vero improbus fuerit, ut est*; — *de Orat.* 1, §. 49. *si ornate locutus est, sicut fertur*: vel *sit*: (v. Beier *Offic.* 1. 1.) Hinc hoc quoque loco optimi Cd. lectio recipienda fuit. Mox male Eins.: — *defendique possunt* (sic) *honestum est*, om. *non*. Paulo post ex Viteb. *hi etiam feci ii etiam*. Omittunt pronomen *Ceteri*, etiam Eins. OR.

[*eloquentia* cet.] Quum iam compertum habeamus hanc lect. non solum esse Edd. vet., ex quibus eam recepit Ern., sed etiam Cdd. sincerorum Vit. Dresd. Mon., ego Meyerum meum secutus eandem restitui. — *eloquentiam autem — tamen se valere* Eins. — *eloquentiam autem — tamen ea se valere* Cdd. interpolati. Vet. Erl. (hic enim pro autem) Steph. Lamb. Peius etiam Gu. 3.: *eloquentiam enim ipsi qui c. s. tamen ea se valere*; unde Schuetzius: *eloquentiam autem qui c. sunt, ipsi tamen ea se*. OR. — „Nos hyperbaton praetulimus, sed inconstantem particulam eliminavimus, ut sit: *eloquentiam illi ipsi — tamen ea se valere*. Etiam si ablativum praeoptaveris, nihilo minus pronomen eodem casu abundanter additum retineri poterit. Exempla vide ad III. *Offic.* 3, 14. pr. BEIER. Verum omnis haec quaestio versatur inter auctoritatem utriusque generis codicum. OR.

[*dissimulat*] Ernestius suspicatus est *dissimulatur*. Coniicias praeterea: *ideo, quod dissimulatur*. BEIER. Sententia est: „*id, quod dissimulat* (scil. artis suspicionem), *haud effugit* eloquentia, sed incurrit nihilominus eam in invidiam.” Mox:

Ac fortasse ceteri tectiores: ego semper me didicisse 146
 prae me tuli. Quⁱ enim possem, quum et afuissem adoles-
 cens et horum studiorum causa mare transissem et
 doctissimis hominibus referta domus esset et aliquae for-
 tasse inessent in sermone nostro doctrinarum notae quum-
 que vulgo scripta nostra legerentur, dissimulare² me di-
 dicisse? Quid erat, cur probarem, nisi quod parum
 fortasse profeceram?

E. 1) Quid 2) dissimularem

L. 3. *Quid enim* - - - *afuissem domo ad.* 3. *maria* 6. *dissimu-
 larem*

— aut quod est periculum cum Vet. Steph. etiam Erl. Tum:

— quod ipsis (sic) honestissimum fuerit Eins. OR.

§. 146. [*Ac fortasse*] — *At fort.* Eins. Erl. Edd. vett. —
pro me tuli Eins. OR.

[*Qui enim*] ex Ern. suspic. pro *Quid enim*. (Illud ego
 nunc cum Sch., Meyero et Beiero recepi, etsi *Quid* etiam
 Eins. OR.) Tum in Gu. 3. et Ed. Lamb. scribitur *afuissem*
 additurque *domo*, nisi fallor, a glossatore. Nam vv. *horum*
studiorum causa etiam ad prius membrum pertinent omnemque
 ambiguitatem tollunt. BEIER. *domo* addunt etiam Vet. Erl.
 Dresd. (semper inter utrumque genus Cdd. fluctuans:) Cdd.
 Regii. Steph. L. Sch. Meyerus. Quum omittant Eins. Viteb.
 Mon. Ven. 1. 2. Vict. Aldd. alii, mihi quoque nunc videtur
 gloss. molestum etiam propter sequens v. *domus. dissimulare*
 iam e Gu. duobus et Ern. susp. Schuetz. et Meyerus. Eins.
 retinet — *dissimularem*. Erl. habet ut Med. Ald. sec. *dissi-
 mularemne me d.*: qua lectione recepta delendum esset v.
possem. OR.

[*mare*] Interpolati, Vet. Gu. 3. Erlang. *maria*, quod cum
 Lamb. et Sch. recepit Meyerus. OR.

[*Quid erat, cur probarem*] Sic etiam Eins. Varietatem
 lectt. et suspic. vide in Ed. mai. et apud Meyerum. Beier
 quidem parum probabilem Strebaei et Schuetzii lectionem
Quis erat, cui probarem recepturus erat. Mihi cum Meyero
 sanus locus nunc videtur, sed, ut ironia servetur, sic ex-
 plicandum censeo: » Quoniam autem alio pacto hominibus pro-
 bare (i. e. persuadere) potuissem, me non didicisse, nisi eo
 ipso, quod parum fortasse profeceram? Hoc enim unum erat
 argumentum, sed profecto haud nimis mihi honorificum.”
 Hoc autem membrum urbanâ dilogiâ consulto omisit. Quid?
 quod hanc ipsam sententiam h. l. unice requiri viderunt et
 Interpolator Erlang.: *Sed qui probarem* (sic, omisso *cur*, quod
 stulte retinebat alter Caroli Stephani: — *Sed qui cur pr.*) et
 Manut. *Qui probarem*, et Ern.: *Quid erat, quo probarem*. Falsa
 mihi quidem videtur Billerbeckii duplex explicatio. V. *pro-
 bare* hoc significatu usurpatum saepius parum intellectum esse
 ab interprett. in primis demonstrat prava Ern. susp. recepta

42 Quod quum ita sit, tamen ea, quae supra dicta sunt,
 plus in disputando quam ea, de quibus dicendum est,
 147 dignitatis habuerunt. De verbis enim componendis et de
 syllabis propemodum dinumerandis et dimetiendis loque-
 mur: quae etiam si sunt, sicuti mihi videntur, necessa-
 ria, tamen fiunt magnificentius quam docentur. Est id
 omnino verum, sed proprie in hoc dicitur. Nam
 omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos
 delectat, radices stirpesque non item: sed esse illa sine
 his non potest. Me autem sive pervagatissimus ille
 versus, qui vetat

Artem pudere proloqui, quam factites,

dissimulare non sinit quin delecter, sive tuum studium
 hoc a me volumen expressit: tamen eis, quos aliquid
 148 reprehensuros suspicabar, respondendum fuit. Quod

I. 7. Abest nam

a Schuetzio in Ed. mai. *Epp. ad Famil. I, 9, 26. in quibus*
 (literis) *aequitatem tuam non potui non probare pro: quibus*
 scil. publicanis cet. Beier in suo exemplari delevit *quod post*
nisi; quam ob causam, quave auctoritate equidem ignoro,
 quum nihil ea de re in Schedis annotaverit. OR.

§. 147. [*syllabis -- dimetiendis*] Similiter Quintil. IX,
 4, 112. *dimetiendis pedibus ac perpendendis syllabis.* BEIER. —
demetiendis Eins. Tul. Ald. sec. OR.

[*Est id -- dicitur*] Haec Schuetzius ut spuria seclisit.
 Sed praeparantur his quae statim inferuntur. Ad seq. simi-
 litudinem cfr. Seneca *de benef. III. 29.* BEIER. Recte etiam
 Billerbeck verba mihi quoque aliquando et Meyero suspecta
 defendit. Ceterum *in ante hoc* male omittit Eins. Idem
 prave *magnitudo pro altitudo; tum: — sine hiis.* Recte idem
 retinet *pervagatissimus*, cui ex perpetua confusione Cdd. in-
 terpolati Vet. Steph. et Erlang. substituerunt: *pervulgatis-*
simus. OR.

[*quin delecter*] i. e. „quasi non delecter.” Sic Plaut.
Mil. IV. 2, 2. dissimulabo, hos quasi non videam. Scil. *quin*
 contractum est ex *qui* (quomodo) *ne.* Alioqui facile refingatur
quam i. e. quanto opere. BEIER. Hanc lectionem firmant
 Eins. Vit. Erl. — *quin delectet* Mon. Ven. 1. 2. — *quid de-*
lectet Ern. susp. a me cupidius aliquando recepta est; etsi
 erat, cur haerent Viri docti in hac constructione. Immo,
 me id tum ignorante, *quid delectet* probavit etiam Burchardi.
 Tum Eins.: — *hoc volumen a me.* OR.

[*aliquid reprehensuros*] Gu. 3. (et Erl.) invertit ordinem.
 Nobis Schuetzii transpositio (*quos repr. suspicabar, aliquid*

si ea, quae dixi, non ita essent, quis tamen se tam durum agrestemque praerberet, qui hanc mihi non daret veniam, ut, quum meae forenses artes et actiones publicae concidissent, non me aut desidia, quod facere non possum, aut maestitiae, cui resisto, potius quam literis dederem? quae quidem me antea in iudicia atque in curiam deducebant, nunc oblectant domi; nec vero talibus modo rebus, quales hic liber continet, sed multo etiam gravioribus et maioribus: quae si erunt perfectae, profecto forensibus nostris rebus etiam domesticae literae respondebunt. Sed ad institutam disputationem revertamur.

L. 8. Abest rebus 10. et domesticae

resp.) placuit. BEIER. Tales transpositiones recipi non possunt, quia carent probabilitate. Haec praeterea languidiorem reddit sententiam. Gravius enim est *respondere reprehensuro aliquid*, quam *aliquid respondere reprehensuro*. Rectum ordinem *aliquid reprehensuros* firmant Eins. et Cdd. Meyeri. OR.

§. 148. [*non ita*] — *ita non* Eins. Tum idem: *tam durum agrestem durumque pr.* OR.

[*concidissent*] Defendi sane hoc potest exemplis a Schirachio allatis (Acad. 4. C. 47. *artificia concidere dicebas*. ad Attic. 1, 16. *Senatus auctoritas concidit*. Ibid. 7, 25. *in optima causa concidit* scil. Pompeius.) Non tamen me poenitet coniecturae ad II. *Offic.* I, 3. propositae *conticuissent* i. e. „obmutuissent.” In fine cap. *respondere* i. e. q. I. *Offic.* 1, 3. pr. aequare scil. *numero*. BEIER. Beieri coniectura *conticuissent* ex eodem prorsus est genere, quales innumerabiles habemus Batavorum inde fere a Nic. Heinsio, quibus nihil aliud fere opponi potest, nisi Codices omnes notos iis adversari, ipsas autem coniecturas neutiquam esse necessarias, quum perbona sit Codicum lectio; ceterum fieri potuisse, ut, si scriptor ante editum librum cum coniectore collocutus esset, ipse quoque in eorum sententiam concessisset. Hic tamen consulto robustius ac vere Romanum verbum delegit Tullius. Tum Einsied.: — *quae quidem antea in iudicium*, om. me. OR.

[*nec vero talibus modo*] Haec pendent ab iis, quae proxime antecedunt, hoc modo: „nec vero me oblectant talibus modo rebus.” LAMBINUS. In *Annot.* igitur voc. *rebus* non reiecit, quod abest ab Ed. 1566. OR.

[*forensibus* cet.] Quum in Ed. mai. nondum satis distinguerem Cdd. interpolatos a sinceris, deceptus sum a specioso glossemate Vet. Gu. 3. et Erl.: — *forensibus nostris et externis inclusae et domesticae literae r.* Memor scil. eram

43 Collocabuntur igitur verba, ut aut inter se quam
 149 aptissime cohaereant extrema cum primis eaque sint quam
 suavissimis vocibus: aut ut forma ipsa concinnitasque
 verborum conficiat orbem suum: aut ut comprehensio
 numerose et apte cadat. Atque illud primum videamus,
 quale sit; quod vel maxime desiderat diligentiam; est
 enim quasi¹ structura quaedam, nec id tamen fiet² ope-
 rose: nam esset quum infinitus tum puerilis labor; quod
 apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola,

*Quam lepide λέξεις³ compostae, ut tesserulae, omnes
 Arte, pavimento atque emblemate vermiculato!*

150 Nolo tam minuta haec constructio appareat: sed tamen

E. 1) ut fiat quasi 2) nec tamen fiat 3) lexeis

L. 1. aut ut 7. ut fiat quasi 1b. nec tamen fiat 9, Scaevola
 10. lexeis 11. Endo: pav.

Fragm. Oeconomic. pag. 473. nostrae Ed.: ad exercitationem forensẽm et extraneam. Est autem haec vel maxime insignis inter huius libri interpolationes. Sine causa prius *rebus* delevit Lamb. 1566., posterius Schuetzius: improbante Burchardio; attamen melius Lamb.; nam *forenses literae* apud Latinos locum vix habent, uti nec *forenses Musae* (Tac. *de Oratt.* C. 4.) OR.

§. 149. [*ut aut*] Tacite primus inter recentiores sic edidit Ern.; qui mihi error typogr. videbatur. Sed ecce sic habent Eins. Vit. Dresd. Mon. Ven. 1. Med. Tul.; et recte quidem: cfr. *Hand Tursellin.* 1. p. 554. Ceteri *aut ut*, OR.

[*extrema cum primis*] Schuetzius mavolt *extrema cum sequentibus primis*, ut §. 150. et ap. Quintil. X., 4, 33. Sed quid impedit, quo minus *extrema* pro insequentibus, *prima* pro antecedentibus accipiantur? BEIER.

[*est enim quasi*] Sic Eins. Vit. Dresd. Mon. Oxon. Ven. 1. Med. Tul. Vict. Man. Meyerus. — *ut fiat quasi* Erl. Palatt. duo. (interpolati igitur.) Aldd. Iu. Lamb. Grut. Ern. Sch. OR.

[*nec id tamen fiet*] Sic Vit. Dresd. (Mon.) Ven. 1. 2. Med. Vict. Man. Meyerus. — *nec tamen fiet* Einsied. — *nec tamen fiat* Erl. Aldd. L. Ern. Memorabile rursus documentum inest in his duabus lectt., quomodo Aldd. contextus conformatus sit ad Cdd. interpolatos. Mox: *tum infinitus* Eins. Dresd. Sch. OR.

[*Scaevola*] *Scaevola* est in marg. Gothofredi, et in vetusto marmore apud Gruterum p. 293. (scil. in Fastis Capitolinis.) Similiter *rabula* dicitur pro *ravola* a *ravo*. BEIER. Scripturam Fastorum Capitol. ubique secutus est Lambinus ipse. OR.

[*λέξεις*] Graecis literis scripsi. Nam Albucium ut Graeculum exagitaverat Scaevola. Vide *de Finn.* 1, 3, 9. BEIER.

[*Arte*] Sic Cdd. noti cum Nonio *Merc.* p. 188. — *endo*

stilus exercitatus efficiet facile hanc viam componendi. Nam ut in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet, quid sequatur, ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Quamvis enim suaves gravesve¹ sententiae tamen, si inconditis verbis efferuntur, offendunt² aures: quarum est iudicium superbissimum. Quod quidem La-

E. 1) gravesque 2) offendent

L. 1. *facile formulam (facile hanc formam Al. b.)* 6. *si incondite positus (si incompositis Al. b.) - offendent* 7. *subtilissimum*

parum probabiliter Lamb. Schuetz. cfr. *de Orat.* 3, §. 171. ubi Ursinus in Cdd. se invenisse *endo* testatur. — *pavimento* autem et *emblemate* nostra in lect. sunt ablativi absoluti, hac sententia: „*λέξεις* omnes, tesserularum instar ita compositae sunt artificiose, ut efficiant quasi pavementum atque emblemata vermiculatum.” Nemo, ut opinor, haereret aut partic. in desideraret in his: „*λέξεις* compositae, ut tesserulae, omnes arte, (artificiose) veluti opere musivo.” Cfr. Virg. *Aen.* 1, 639. *Arte laboratae vestes.* — *vermiculate* i. e. *vermiculatae* male Eins. OR.

§. 150. [*tam minuta haec*] Schuetzius e Gu. 3. (et Erl.) *haec tam minuta*. Id vero significaret: „*sit sane haec constructio minuta neque vero appareat*. Non debet adiect. *minuta* cum substantivo in unam notionem confluere. Mox idem pro *efficiet* coniecit *inveniet*, minus accommodate ad *stilum*, *optimum et praestantissimum dicendi effectorem* I. *de Orat.* 33, 150. BEIER. „*Vulgata hoc valet:*” nolo haec, de qua disputo, constructio tam minuta, quam illa Lucilii (emenda: „quam erat Albucii, exagitata a Scaevola apud Lucilium:”) appareat: Schuetzii lectio *nolo haec tam minuta* cet. hoc dicit: „nolo haec tam minuta Lucilii (immo Albucii:) constructio appareat.” Atque ego praefero vulgatam.” BURCHARDI. Malo consilio Nobbe uncis inclusit v. *haec*. Rectum ordinem servant Eins. et Cdd. Meyeri. OR.

[*facile hanc viam*] *facile formulam* Vet. Gu. 3. Erl. Steph. Lamb. — *facile hanc formam* Margo 1581. — *statim efficiet facile hanc viam* Eins. Idem cum Dresd. et Venetis: — *ut intelligendo oculus: et: — docendo*. OR.

[*gravesve*] Sic Vit. Erl. Edd. vett. Vict. Lamb. Meyerus. — *graves* om. particulâ Einsied. ∞ *gravesque* Monac. Grut. Ern. Sch.; pro qua lectione afferri potest §. 168. *sententias graves et suaves*. Mox: — *incondite positus* Vet. Gu. 3. Erl. Steph. L. — *offendunt* cum Eins. Vit. Dresd. Gu. 3. Erl. Schuetz. Meyerus. Beier. pro: *offendent*. Tum *iudicium subtilissimum* Vet. Erl. Steph. L. Lambinus quidem e tribus Cdd. se id recepisse dicit; fuerunt igitur omnes e genere interpolatorum. OR.

tina lingua sic observat, nemo ut tam rusticus sit, quin¹
 151 vocales nolit coniungere. In quo quidam Theopompum
 etiam² reprehendunt, quod eas literas tanto opere fuge-
 rit, etsi idem³ magister eius Isocrates: at non Thuey-

E. 1) qui 2) etiam Theopompum 3) id

L. 1. *qui* (In b. Lamb. *quin*) 3. *etiam Theop.* Ib. *tantopere* 4. *et si idem*

[*quin vocales*] Sic Eins. Vit. Dresd. Mon. Erl. C3d. Borromei, unus Latinii. Ven. 1. 2. Med. Man. L. Schirach. Meyerus diuturnae de h. l. controversiae videtur imposuisse finem. Est scil., ut ipsius verbis utar: „quin concursionem vel coniunctionem vocalium (hiatum) diligenter effugere studeat.” Scil., quod probe notandum, in pronuntiatione dumtaxat, ubi coalescebant vocales sese excipientes, non autem in vocabulorum ipsorum delectu ac collocatione. Aliter enim manus dandae essent Anonymo Oliveti (fortasse Capperonnero), qui contrariae sententiae auctor mentionem fecit Epp. ad Fam. I, 1. *Ego omni officio ac potius pietate erga te;* ubi sane concurrunt *oo, io, oa, ee;* sed, ut opinor, pronuntiatione mitigabatur conflictus vocalium, qui ipse in verbis gratissimus est hodiernis Italis. — *qui* Cett. Quod apud Lamb. 1566. est *qui*, is in *Annot.* tribuit operarum errato. OR.

§. 151. [*In quo*] Ante hanc §. Schuetzius opinatur verba quaedam excidisse in hanc sententiam: „*At Graeci facilius ferunt hiatus vocalium.* Huiusmodi quid per se intelligitur, neque vero addi debet. *In quo* valet quod attinet ad hanc vocalium coniunctionem. — *De Theopompi Chii vita et scriptis* librum singularem edidit I. E. Pflugk. a. 1827. Berolini apud Mylium. Post *Isocratis* nomen glossator in Palat. pr. Gu. 3. (item Gu. 2. et Erl.) supplevit *fecerat*, quod (probatum a Schneidero et) receptum est a Schuetzio. BEIER. Ex Ven. 1. 2. Tul. Vict. Meyerus dedit *quidem*. Sed Cdd. (etiam Einsied. Mon. Erl.) constanter retinent *quidam*; et consentaneum est rhetorum alios hoc tamquam vitium reprehendisse, alios tamquam virtutem laudasse atque proposuisse ad imitandum. Mox idem cum Eins. Viteb. Dresd. Edd. vett. *Theopompum etiam* pro ceterorum (etiam Erl.) *etiam Theopompum*. Recte; *partic. etiam* iungenda est cum verbo *reprehendunt* significatque adeo: non modo proprium esse Theopompi studium istud observant, sed *etiam* reprehendunt. Eadem fuit sententia Burchardii, qui coniectura leg. proposuerat, ut e Cdd. dedit Meyerus. Magnam sane de Theopompi meritis controversiam fuisse inter Rhetores notum est. Quid? quod nonnulli eum contendebant *apud Graecos disertissimum natum esse*, ut discimus ex epistola M. Aurelii *ad Frontonem* p. 54. *Ed. Rom.* OR.

[*etsi idem*] H. l. verum servarunt Cdd. interpolati, Vet. Gu. 3. Pal. 1. Erl. Receperunt Ald. 2. Steph. Lamb. (Sch.) Meyerus et Beier in suo exemplari. Ceteri etiam Eins.: *id.*

dides, ne ille quidem haud paullo maior scriptor Plato nec solum in iis¹ sermonibus, qui *διάλογοι*² dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sint in proeliis interfecti; quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. In ea est crebra ista vocum concursio, quam magna ex parte ut vitiosam fugit Demosthenes.

Sed Graeci viderint: nobis ne si cupiamus quidem ⁴¹ distrahere voces conceditur. Indicant orationes illae ¹⁵² ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poëtae praeter eos, qui, ut versum facerent, saepe hiabant: ut Naevius

*Vos, qui accolitis Histrum fluvium atque algidam*³ —

Et ibidem

*Quam nunquam vobis Grai*⁴ *atque Barbari* —

E. 1) his 2) dialogi 3) Algidam 4) Graii

L. 2. his - dialogi 4. oratione populari 7. vocalium 10. vocaleis 13. Algidam

Contra *idem tamen pro id tamen* Monac. supra §. 149. Paulo post cum Eins. et Manutio scripsi in iis. — *διάλογοι* scripsi, ut est ad *Att.* 5, 5, 2. Pro *qui sint* Eins. et Erlang.: *qui sunt*. Ceterum Lambini annotatio haec est: „Malim legi (scil. pro et si *idem* Ed. 1566.) *etsi idem mag.*, ut habent nonnulli alii libri, quam ut ii, quos secuti sumus cet.” OR.

[*id faciendum*] *faciendum id* recte Schuetzius cum Gu. 3. in Ed. mai.; at in minore cum volg. *id faciendum*. BEIER. Ex Erl. *idem* nihil notavit. OR.

[*vocum concursio*] *vocalium concursio* Man. Lamb.; et potuit sane hoc v. compendio scriptum contrahi in *vocum*. Statim iidem rursus *vocales* pro *voces*. BEIER. „Sic vocalis *i* in Ausonii monosyllab. *vox* et a Terentiano *e*, *vocula* dicitur.” cet. ANONYMUS OLIVETI.

§. 152. [*algidam*] Sic scripsi cum Eins. Edd. aliq. vett. et Schneidero *lat. Gramm.* p. 146. Scilicet *terram*, *oram* vel simile quid sequebatur in versu proximo. Contra Meyerus: „In hac voce nomen proprium latere videtur.” Ecce Erl. habet *Egidam* i. e. *Aegidam*, nunc *Capo d'Istria* in Illyrico. Neque vero hoc probabile. BEIER haec annotavit: „Schuetzius coniecit legendum *Histrum fluvium algidum*. Malim: *Histrum fluvium atque Algidum* scil. montem Latii in via Appia.” Sed quaenam ista compositio Histri fluvii cum Algido monte? etsi in *idem* iam inciderat Scriverius. Paulo ante: — *ut versus facerent* Eins. et: — *istum fluvium*. OR.

[*vobis*] Sic Eins. Vit. Dresd. Mon. — *nobis* Oxon. Erl.

At Ennius semel

Scipio invicte —

Et quidem nos

Hoc motu Radiantis Etesiae in vada ponti —

153 Hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent. Sed quid ego vocales? Sine vocalibus saepe brevitatis causa contrahebant, ut ita dicerent, *multi' modis, vas' argenteis, palm' et crinibus¹, tecti' fractis*. Quid vero licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut *duellum* bellum et *duis* bis, sic *Duellium* eum, qui Poenos classe devicit, *Bellium* nominaverunt, quum superiores appellati essent semper *Duellii*. Quin etiam verba saepe contrahuntur non usus causa, sed aurium. Quomodo enim vester *Axilla Ala* factus est, nisi fuga

E. 1) pass' et crinibus

L. 5. saepius nostri 8. argentei' vasis, passi' crinibus 15. Ahala

Lamb. Mox *Grai* ex Edd. vett. et Lamb. Beier pro *Graii*. Pro *semel* Cdd. interpolati Vet. Gu. 3. Erl.: *saepe*. V. *Radiantis*, quod vulgo iungunt cum v. *ponti*, doctius pro *Solis* nomine poëtico habet Muretus *Var. Lectt.* 11, 9. Sic apud poëtas *Oriens*, *Exoriens* pro *Sole oriente*. OR.

§. 153. [*nostri saepius*] *saepius nostri* Erl. Aldd. Lambin. Tum *etiam laudare* Erl. Miro errore Ernestius e Lambini coni. *passi' crinibus* fecit *pass' et crinibus*. Lambino adversantur Cdd., etsi leviter corrupti plerique, v. c. *palma et cr*. Eins. Nobbe dedit *palmi' et cr*. satis perverse hic quoque. Interpretes referunt ad Euripidis *Phoeniss.* 322. *Pors.* verba καὶ χερσὶ καὶ κόμαισι, in Latinum a Tragico aliquo conversa; ubi tamen ex aliis Cdd. Porson dedit καὶ χερσὶ καὶ λόγοισι. Lambinus cogitabat etiam de emendando: — *passi' palmis*; ut est *Aeneid.* 3, 263. *passis de litore palmis*, et in *Sestiana* §. 117. *manibus passis gratias agentes*. Minime deinde probanda coni. Viri D. Sec. XVI. in marg. Lambinianae meae: — *tecti' sartis*. OR.

[*Duellium* cet.] Sic etiam Viteb. Dresd. (Eins. corrupte: *duullum*.) — Merula *ad Ennium* p. 59. et Garatonius *ad Plancian.* Ed. meae p. 262. volebant: — *Duillium* — *Bilium* — *Duillii*. (h. l. *duelli* Einsied.) Pro *Quin etiam*: — *Tum etiam* Erlang. OR.

[*Ala*] ∞ *Ahala* cum *Fastis Capitolinis* Grut. p. 289. et 290. Lamb.; e Cd. *Glorierii* apud Muretum *Var. Lectt.* 12, 20. prob. Reizio, Meyerus. cfr. *Drakenb.* ad *Liv. Epit.* Lib. 4.

literae vastioris? quam literam etiam e *maxillis* et *taxillis* et *vexillo* et *paxillo* consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Libenter etiam copulando verba iungebant ut *sodes* pro *si audes*, *sis* pro *si vis*; iam in uno *capsis* tria verba sunt. *Ain* pro *aisne*, *nequire* pro *non quire*, *malle* pro *magis velle*, *nolle* pro *non velle*, *dein* etiam saepe et *exin* pro *deinde* et *exinde* dicimus. Quid? illud non olet unde sit, quod dicitur *cum illis*, *cum* autem *nobis* non dicitur, sed *nobiscum*? Quia si ita diceretur, obscoenius concurrerent literae, ut etiam modo, nisi *autem* interposuissem, concurrissent. Ex eo est *mecum* et *tecum*, non *cum me* et *cum te*, ut esset simile illis *vobiscum* ac¹ *nobiscum*.

E. 1) atque

L. 1. *maxillis*, *taxillis* 13. atque

et, quem is laudat, Dukerum ad *Florum* 1, 26, 7. Utrobique ut hic, Cdd. plerique (etiam Eins.) *Ala* (*Ἀλα* Plutarch. in *Bruto* C. 1.) vel *Alla*. Sed, quum *Ahala* scribes, eritne ista vera *contractio*? Ac nonne ceterorum vv. *mala*, *talus*, *velum*, *palus* analogia requirit, ut hic quoque dissyllabum vocabulum servetur? Quamquam *Ahala* editur nunc alibi apud Ciceronem v. c. in *Sestianae* §. 143. OR.

[*et paxillo*] Haec est lectio Cdd. interpolatorum, certe Erl., et Edd. inde ab Aldd. Verior utique, quia analogia ceterorum hic quoque nomen substantivum requirit. — *pau-xillo* Einsied. Viteb. Dresd. Mon. Cd. Glorierii. Ven. 1. 2. Med. Meyerus. Ceterum locus Prisciani 3, 6. p. 132. *Krehl.* contrariam prorsus continet doctrinam, quum is vv. *vexillum*, *maxilla*, *taxillus* pro deminutivis habeat, iisque adiungat *pau-xillus*. Et eodem errore, quo hic plerique *pau-xillo* scripserunt, paullo ante Eins. *auxilla* pro *Axilla*. OR.

§. 154. [*Ain*] Hic interpungebatur duobus punctis; mox autem plene ante *dein*. Perverse. Post *Quid?* Schuetzio videbantur quaedam intercidisse, quae transitum facerent ad seq. degressionem, aut totum exemplum aliunde huc tralatum esse. Sed fallitur V. D., quum dicit toto hoc capite agi de vitando vocalium concursu. Nonne etiam de contractione sine vocalibus et de fuga literae vastioris omnique consuetudine elegantiore Latini sermonis agere instituit? Sed post *quid* vel *quid illud* tollendum erat interrogationis signum, utpote suspensae. Vide nos ad *or. pro Scauro* II. 24. p. 175. BEIER. Leviter corrupti sunt Eins. et Vit. in verbis a Lambino ac Sequentibus recte constitutis, nisi forte cum Eins. Dresd. Aldd. Vict. Man. scribendum: *et pro exinde*. Scil. Eins.: — *deinde* (sic) *etiam saepe et exin pro inde* (sic) *et pro*

46 Atque etiam a quibusdam sero iam emendatur anti-
155 quitas, qui haec reprehendunt. Nam pro *deum atque*
hominum fidem — *deorum* aiunt. Ita credo. Hoc illi
nesciebant? an dabat hanc licentiam consuetudo? Itaque
idem poëta, qui inusitatus contraxerat

Patris mei, meum factum pudet

pro *meorum factorum*, et

Texitur: exitium examen rapit

pro *exitiorum*, non dicit *liberum*, ut plerique loqui-
mur, quum *cupidos liberum* aut *in liberum loco* dicimus,
sed ut isti volunt:

*Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex
te genus!*

L. 2. *proh* 4. *consuetudo licentiam* 8. *examen capiti*

exinde. Vit. autem: — *dein etiam saepe ut* (sic) *exin pro*
deinde et exinde. Meyerus e vestigiis Viteb. et Ven. sec.:
(*deinde etiam saepe et exin pro exinde et proin pro proinde di-*
cimus) volebat: — *dein etiam saepe ut exin pro exinde et proin*
pro proinde dicimus. In seqq. vulgo distinguitur: *Quid illud?*
non olet cet. Ego Meyerum secutus sum. Pro *concurrerent*
Gu. 2. *concinerent*, mire probante Schneidero. Infra ex uno
Dresd. Meyerus: = *nobiscum atque vobiscum*. ac pro *atque*
dedi ex Viteb., ne esset: *atque nobiscum atque etiam*. Eins.
omittit v. *et tecum* — *nobiscum*. OR.

§. 155. [*nam pro deum*] Etiam nunc mihi cum Ern. Sch.
et Beiero necessaria videtur h. l. praepositio. Interiectionem
proh cum Edd. ante Ern. et Cdd., ut videtur, Meyerus res-
tituit. Sed Eins. certe habet *pro*. OR.

[*Ita credo. Hoc illi nesciebant?*] Sic distinxit Beier. Vulgo
abest interrogationis nota post *nesciebant*. Meyerus sic: *Ita,*
credo, hoc illi nesciebant: an cet. — *Itaque credo illud nescie-*
bant om. vv. *hoc illi* Erl. OR. — *Ita credo*] scil. dicendum
esse. Schuetzius contra libros: *Id, credo, illi nesciebant: an.*
Tum vero rescribendum foret *at*. Nam simplex interrogatio
negaret. Similiter cum ironia dicitur: *Ita credo* l. III. *Accu-*
sationis 4, 8. pr. et *pro Quint.* 11, 39. et *Sic puto, pro Rosc.*
Com. 10, 27. extr. Deinde Schuetz (Lamb. et Meyer.) cum Gu. 3.
(atque Erl.) *consuetudo licentiam*; sed *consuetudo* propter vim
oppositionis recte facit clausulam. BEIER. Rectum ordinem
servat etiam Eins. OR.

[*patris mei* cet.] Hoc hemistichium exstat *de Divin.* I. 31, 66.
(ubi vide, quae notavi. OR.) unde patet non ex *Medea* esse,
ut Schuetzio visum est, sed ex *Cassandra*. Facilius ex
Medea esse crediderim sequentem septenarium, quem Schuetz
male post *nec tuum fregit*, atque ex *Thyesta* depromptum

Et idem

Namque Aesculapi liberorum —

At ille alter in Chryse non solum

Cives, antiqui amici maiorum meum —

quod erat usitatum, sed durius etiam

Consiliūm socii¹, auguriūm atque extūm interpretes —

idemque pergit:

Postquam prodigiūm horriferūm, portentūm pavor² —

quae non sane sunt in omnibus neutris usitata. Nec enim dixerim tam libenter *armūm iudicium*, etsi est apud eundem:

Nihilne ad te de iudicio armūm accidit? —,

quam *centuriam* — ut³ censoriae tabulae loquuntur — 156

E. 1) *Abest socii* 2) *pavos* 3) *quam armorum*. Iam, ut

L. 2. *Aesculapii* 9. *non sunt sane* 13. *quam armorum*. Iam, ut

putat. BEIER. Ad Ennii *Medeam* eundem retulit Planck p. 91. Pro *liberum* haud raro Cdd. et Edd. vett. alibi quoque praebent *liberorum* v. c. Verr. 2, 1, §. 7. Tacit. *Ann.* 14, 17. Ceterum memorabilis ac fortasse vera est lectio Eins. Vit. Dresd. Mon. Ven. 2. Med. Tul. *Neque tu unquam*; quoniam in monosyllabis praesertim pronomibus iste hiatus locum habet. Erl. habet *tuum*. Et ille ex err. typogr. habet revera Grutero-Gronoviana 1692. — *aliter* Eins. Vit. Dresd. Ven. sec. Tum in *Chryside* Erl. OR.

[*socii*] Hanc vocem a Schuetzio, qui *consilium* pro nominativo habet et cum *maiorum meum* in superiore versu construit, metri causa omissum metri causa reposui. Hos versus cohaesisse velim scire, unde constet Viro D. Sed fortasse corrigendum *Consiliūm Iovis*; cfr. *Legg.* III. 19, 43. *Philipp.* XIII. 5, 12. BEIER. Omittunt *socii* Grut. (errore typogr.) Ern. Sch. contra Cdd. Paulo post *pavor* Cdd. Eins. Vit. Dresd. Erl. Edd. vett. Lamb. *pavos* Vulgatae est a Victorio, qui id sumpsisse videtur e Cd. suo, nunc Monac., ex quo certe *pavor* non notatur. Illud restitui. — Lamb. lectio *quae non sunt sane* caret adhuc auctoritate. Sed Eins. habet: = *quae non sane in omnibus neutris sunt usitata*. OR.

§. 156. [*quam centuriam* cet.] Restitui lectionem Cdd. notorum, Eins. Vit. Dresd. Mon. Pith. Erl. Palatt. (utriusque igitur generis Cdd., quod h. l. maximi est momenti. E silentio Oxoniensium Edd. colligi nihil potest.) Praeterea sic habent Edd. vett. ante Gryph. 1., ut ait Meyerus, nisi quod inter meas Ven. 2. male *quam centuriae*; Asc. pr. *centuriam* omissio *quam*: id, quod defendi potest. Sententia igitur haec erit: »Nolim equidem dicere *armūm iudicium*, etsi hac forma usus

fabrûm et procûm audeo dicere, non *fabrorum* et *procorum*. Planeque *duorum virorum iudicium* aut *trium virorum capitalium* aut *decem virorum stlitibus*¹ *iudicandis* dico nunquam. Atqui dixit Accius:

*Video sepulcra duo*² *duorum corporum*

E. 1) litibus 2) dua

L. 3. litibus

est Pacuvius in Teucro: contra sine ulla dubitatione cum censoriis tabulis audeo dicere *centuriam fabrûm* pro *fabrorum*, qua forma alibi utimur, v. c. quum dicimus *fabrorum ministerio usus sum*, nequaquam vero *centuriam fabrorum*, itemque *centuriam procum* dico, non *c. procorum*." Iam, quae in Schedis inchoaverat, fusius explicavit BEIER ad *Orat. pro Scauro* p. 147., ubi vide. Ex eius igitur sententia totus locus ita legendus esset: „*Nec enim dixerim tam libenter armûm iudicium. Et sic est apud eundem: Nihilne ad te de iudicio armorum accidit? Iam centuriam (ut censoriae tabulae loquuntur) fabrûm et proletariûm audeo dicere, non fabrorum et proletariorum.*” — Sic scilicet corrigere tentavit vulgatam, Gryph. Steph. Lamb. Seqq., cuius et inventorem et auctoritatem adhuc ignoramus: „*Nec — etsi est — iudicio armûm accidit? quam armorum. Iam (ut c. t. l.) fabrûm et procûm a. d. n. f. et procorum.*” — In Beieri vero ratione tam absolute ponitur, quod tamen defendi potest; et sic est e mera est coniectura, quae mihi quidem parum opportuna videtur et admodum languida: nam esset, „et sic, ut omnes loqui solemus, est etiam apud Pacuvium *armorum.*” Quod cur exemplo demonstrandum fuerit, equidem non perspicio. Rationes autem Beieri metricas, propter quas coniectura *armûm* in *armorum* mutavit post Scriverium, perbene infirmavit Meyerus. Ex antiqua porro coniectura — coniectura enim, non codicis alicuius lectio videtur — retinuit Iam, quo nihil infirmius. Ingeniosissima vero poterat videri correctio *proletariûm* et *proletariorum*; nisi iamdudum Turnebus *Advers.* 8, 3. p. 227., nihil tamen de praecedentibus annotans, docuisset, referenda huc esse verba Festi (pag. 377. *Amst.*) *Procûm patriciûm in descriptione classium, quam fecit Servius Tullius, significat procerum. Ii enim sunt principes.* Hinc *procorum* mutandum esset in *procerum* cum Viro D. Sec. XVI. in marg. Lamb. meae, si modo compertum haberemus, utrum eandem cum Festo secutus sit explicationem v. *procum* sic usurpati, an aliam aliquam notationem praetulerit; vulgari significatione sane *procorum* dixit in *Bruto* 18, 71. notante Beiero. Notabile est in Cd. Monac. consulto fortasse omitti *dixerim*; sed nulla huius Cd. propria est auctoritas. Ceterum alius fortasse, me non renitente, legendum censebit: — *de iudicio armûm accidit? — quam armorum. Centuriam, ut cet.* Tum vide, ne leg. sit *pleneque*, ut §. 157. *plenum verbum.* OR.

[*stlitibus*] Recte sic e Glorierii Cd. Schirach., Schuetzius

idemque

Mulier una duum virum.

Quid verum sit, intelligo; sed alias ita loquor, ut concessum est, ut hoc vel *proh deum* dico vel *proh deorum*, alias ut necesse est, quum *trium virum*, non *viorum*, quum *sestertium nummum*, non *nummorum*: quod in his consuetudo varia non est.

Quid? quod sic loqui *nosse*, *iudicasse* vetant, *no-* 47
visse iubent et *iudicavisse*? Quasi vero nesciamus in 157
hoc genere et plenum verbum recte dici et imminutum usitate. Itaque utrumque Terentius,

Eho, tu cognatum tuum non noras?

Post idem

Stilphonem, inquam, noveras?

L. 6. et sestertium 12. non noveras

in Ed. mai. Meyerus et Beier, ex constanti usu Inscriptionum ultinorum etiam temporum cfr. Goerenz ad *Legg.* III. 3, 6. OR.

[*duo*] Sic Vit. Lamb. Bothe in *Poët. Scen.* p. 251. Optimo Codici obsecutus sum expellens admodum dubium, nec propter metrum necessarium *dua* Ceterorum, etiam *Eins.* — *dua* scil. haud raro librarii medii aevi. Sic in antiquissimo Cod. Turicensi Prudentii *Hamartig.* v. 4. *dua per divortia*, sed correctum *duo. dua* ibidem habet Cellarius, saltem in Ed. altera. — Sententia autem haec est: „Ex omnium consuetudine dico *duumvirum iudicium*, *triumvirum capitalium*, *decemvirum STL. IVD.* Atqui, quum ex vulgari usu alicubi dixisset Accius *duorum corporum*, alibi contra consuetudinem idem dixit *mulier una duum virum*, quod ego hoc significato nunquam facerem, etsi altero illo significato dico *duumvirum iuri dicundo* cet.” Metro adversatur lectio Ven. 2. Med. Asc. pr. *dua duum* et suspicio *procorum*. Paulo post et *sestertium* Vet. Erl. Steph. Lamb. pro *quum sestertium*. Tum Mediol. (Ven. sec.) lectionem molestam *non sestertiorum nummorum* habet Erlang. OR.

§. 157. [*Terentius*] in *Phorm.* II. 3, 37. et 43. Non recte indicaverat Schuetzius. (Apud Terentium legitur *Eho tu sobrinum.* LAMB.) Interpolationem hanc habet Erlang.: *utrisque Terentius utitur.* Deinceps tyranni de *imperiiis attinendis* agnosco verba, fortasse Tarquini Superbi in *Bruto* Accii. BEIER. Possunt etiam desumpta esse e Thyeste vel Pelopidis, vel Phoenissis, id est, ex aliqua earum tragoediarum, ubi de dominatione retinenda ageretur. Recte Schuetzius *ibidem* explanavit: in uno eodemque loco alicuius poetae tragici;

Siet plenum est, sit imminutum: licet utare utroque.
Ergo ibidem:

*Quam cara sintque, post¹ carendo intelligunt,
Quamque attinendi magni dominatus sient.*

Nec vero reprehenderim

— — *scripsere alii rem;*

*scripserunt² esse verius sentio: sed consuetudini auribus
indulgenti libenter obsequor.*

Idem campus habet

inquit Ennius et

In templis isdem

E. 1) sint, quae post 2). et *scripserunt*

L. 7. *etsi* scripserunt

frustra scil. Schirachius versiculos istos in *Terentio* quaesierat. OR.

[*sintque, post*] Sic Eins. Erl. Asc. sec. Crat. Vict. Steph. Lamb. Grut. Schuetz in Ed. mai. Meyerus. — *sint, quae post* Asc. pr. Tul. Ern. (cum Cdd., ut videtur, Meyeri, ac Monac.) — *sint, qui post* Sch. in Ed. min. Nostra lectio nihil habet offensivae, ubi cogitaris in versu proxime praecedenti haec fere fuisse „*quam expetenda imperia*” poeticeis verbis expressa. OR.

[*scripserunt*] Si Beier recte notavit, — et erat accuratissimus collator — hanc ipsam Quintiliani, Cd. Viteb. et Meyeri lectionem habet etiam Erlang. Scil. vulgo (etiam Eins.): *et scripserunt*; Lambinus, tum rursus Spalding ad *Quint.* 1, 5, 44. (*Cic. in Oratore: Non reprehendo, inquit, scripsere, scripserunt esse verius sentio.*) Sch., ego olim atque Beier: — *etsi scripserunt*. Post verbum *esse, tamen* e Viteb. inseruit Meyerus: sed utrunque et *et* et *tamen* inculcatum videtur ab ἀσυνδέτων osoribus, nec vero Eins. et Erl. agnoscunt istud *tamen*. Scil. Erl.: *scripserunt verius esse sentimus*. OR.

[*Idem campus habet cet.*] Locus desperatus. Turbas Cdd., e quibus nil certi expiscari licet, videsis apud Meyerum. Eins. sic: *Idem c. h. i. E. et in t. idem p. At iisdem e v. n. tamen yfдем ut optimus n. s. iisdem*. Medela quum nondum reperta sit, intactam reliqui Ern. lectionem corruptam. Schuetzius quidem sic: *Idem — probavit. At isdem erat verius; sed tamen opinus. Male sonabat iisdem*. „Cicero hoc significat pro *idem* in gen. mascul. verius fuisse *isdem*, sed tamen opinus, ob duas consonantes *sd*. In *templis isdem* Ennium dixisse, quia male sonabat *iisdem*.” Sed admodum dubito, an et de *Idem* et de *isdem* h. l. sermo sit; quum quaestio potius versetur in uno verbo *isdem*. Ex hac ratione

probavit. At *eisdem* erat verius, nec tamen *eisdem*, *opimius*: male sonabat, *iisdem*; impetratum est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret. Et *pomeridianas quadrigas* quam *postmeridianas* libentius dixerim et *mehercule* quam *mehercules*. *Non scire* quidem barbarum iam videtur; *nescire* dulcius. Ipsum *meridiem*, cur non *medidiem*? Credo quod erat insuavius. Una praepositio est *abs* eaque nunc tantum in accepti 158

L. 2. nec tamen opimius

equidem legerim: „Isdem campus habet inquit Ennius et In templis isdem probavit. At *eisdem* erat verius nec tamen *opimius*: male sonabat *iisdem*; impetratum cet.” Id est: „Eodem vocabulo *Isdem* Ennius usus est in nominativo masc. sing. et in ablativo plur.; quum pro hoc *eisdem* esset verius, nec tamen multo *opimius*; male sonabat *iisdem*, quo alias utimur; impetratum autem est a consuetudine, ut peccare suavitatis causa liceret, quum interdum dicimus *isdem* pro *eisdem* vel *iisdem*.” Iam *Isdem* campus habet Erlang. et frequentissimum est in Inscriptt., praesertim hac in formula: L. *TITIVS CYRAVIT ISDEMQVE PROBAVIT*. E codd. autem Tullii melioribus saepenumero manifestum fit, nostro veriore visam esse formam *eisdem*. Haereo maxime in v. *nec tamen* constanter a Codd. servatis: per quos si liceret, mallet *et tamen*: post hoc *eisdem* vulgatae a glossat. videtur intrusum, quo significaret, de hac ipsa forma agi. Eiecerunt hoc alterum *eisdem* iam Gryph. 2. et Lamb. Ceterum vix cuiquam probabit suam rationem Billerbeck: — „at *eisdem* erat verius: nec tamen *eisdem*; (scil. probavit) *opimius*: (scil. erat) male sonabat *iisdem*.” OR.

[*pomeridianas*] *posmeridianas* scribendum erit sequenti Vellium Longum de *Orthogr.* p. 107. *Commelin.* (p. 2237. *Putsch.*) BEIER. Sane formam *pusmeridianus* (sic) habet Cd. *Mediceus Epp. ad Att.* 12, 53. et comparari potest Italicorum *posdomani*. OR.

[*Non scire quidem* cet.] Meyerus tanquam e Viteb. dedit: ∞ *Non scire quiddam barbarum nimirum habere videtur* cet.; Mosero in *Censura quiddam* dumtaxat e Viteb. desumptum videtur, *nimirum* e Tulichio, *habere* e Vet. Steph. Id certum est integram Meyeri lectionem exstare in *Ascens. prima. Dresd.* (ut videtur,) *Monac. Ven. 2.* nostram habent lect. et cfr. §. 161. *quod iam subrusticum videtur*. Item, ut nos, *Eins.*, sed omissa *iam*: quo tamen carere vix possumus. — *Non scire quidem barbarum num* (cum lineola) *habere videtur* Erlang. OR.

§. 158. [*est abs*] Sic *Asc. sec. L. Ern. Schuetz. Meyerus.* Lectio perspicue vera, nam formam *ab* dicere nunquam potuisset in reliquo sermone mutatam, ipse quotidie quum di-

tabulis manet, [et]¹ ne iis quidem omnium: in reliquo sermone mutata est; nam *amovit* dicimus et *abegit* et *abstulit*, ut iam nescias, *abne* verum sit an *abs*. Quid? si etiam *abfugit* turpe visum est, et *abfer* noluerunt, *auffer* maluerunt? quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur². *Noti* erant et *navi* et *nari*, quibus quum in praeponi oporteret, dulcius visum est *ignoti*, *ignavi*, *ignari* dicere, quam ut veritas postulabat. *Ex usu* dicunt et *e re publica*, quod in altero vocalis excipiebat, in altero esset asperi-

E. 1) manet ne his 2) reperitur

L. 1. manet nec his 4. *abfugites* (In marg. *abfugit*; sed post: Lamb.: *aufugit* et *auffer* maluerunt.)

ceret *ab amico*, *ab homine* cet. Vide de toto h. l. Hand *Tursellin.* I. p. 2. — *ab* Asc. pr. Vict. Scheller *Obs.* p. 61. Ramshorn *L. Gr.* p. 284. Beier in suo exemplari. — *abs* ommittunt Eins. Vit. Dresd. Monac. Ven. 1. 2. — *abque* que Erl. Beier volebat: *ab*, *quae*. OR.

[*et ne iis*] Sic dedi Handio auctore; et facile absorptum a praecedente syllaba; favetque Erl. et Edd. vett. corruptela: *manet cneis quidem*. Ex hac autem lect. et Eins. *hiis* dedi *iis* pro *his*. Paulo post *Nam* omittit Erl. et habet *abiecit* pro *abegit*. Tum Schuetzii coniecturae: *ane verum sit an ab an abs* — *aufugit* et *auffer maluerunt* placuerunt Beiero, non Meyero nec Handio. (Eins.: *an verum* cet.) Similis Schuetzianae rationis est illa Lambini in Marg. 1581., quae sic habet: „*aufugit* et *auffer maluerunt*. Al. *Quid si etiam abfugites turpe visum est et abfer noluerunt; aufugites et auffer maluerunt?* — Si praepositio *ab* nullo alio in verbo ante literam *f* neque *au* pro *ab* reperitur, quam in his duobus: peccant igitur, qui scribunt *abfuit*, scribendumque est *afuit*, ut admonuit Muretus et ut scribitur in omnibus fere libris Mss. LAMBINUS.

[*reperietur*] Sic Eins. Vit. Vet. Erl. (hic cum additamento: *sic commutata*) Monac. Gellius *N. A.* XV, 3. Edd. vett. Lamb. Meyerus, — *reperitur* Victorius et Recentiores. Beier conferri iussit Rambachii excursus de hac praepositionis immutatione adiectum libro *Ideale und reale Philosophie* Lips. 1821. p. 253–272. OR.

[*ignoti*, *ignavi*, *ignari*] Lect. Gu. 3.: ∞ *ignotos*, *ignavos*, *ignaros* recepit in suo exemplari Beier. Similiter Erl: — *ignavos*, *ignaros*, *ignotos*. Sane sic cum accusat. est v. *dicere* §. 160. his. Mox notabilis lectio Ald. 2. *nisi x literam sustulisses*. OR. Vel ex hoc loco intelligere licet vitiose scribi *gnavi* et *gnari* et similia in libris vulg., quum *g* in compositis dumtaxat locum habere debeat. LAMBINUS.

tas, nisi literam sustulisses: ut, *exegit, edixit: refecit, rettulit, reddidit*¹: adiuncti verbi primam literam praepositio commutavit, ut *subegit, summutavit, sustulit*.

E. 1) effecit, extulit, edidit

L. 2. effecit, extulit, edidit

[*refecit, rettulit* cet.] In his et seqq. librarii, interpolatores, et critici nobile certamen inierunt ad obliterandam veram Cic. manum, ita ut pro certo restitui nunc nequeat. Mea suspicio haec est, etsi nolo singula praestare: »*ut exegit, edixit: Refecit; rettulit, reddidit: adiuncti verbi primam literam praepositio, praepositionem verbi prima litera commutavit, ut subegit; summovit, sustulit.*» Iam singula videamus: *refecit, rettulit, reddidit* constanter Mss. et sinceri et interpolati Eins. Vit. Dresd. Monac. Erl. et Edd. vett. Verba, quae supplenda esse suspicor, *praepositionem verbi prima litera facillime h. l. excidisse quis infitiabitur?* In ultimis Cdd. sinceri, Eins. Vit. Dresd. Mon. conspirant in lect. *ut subegit, summutavit, sustulit*; sed ingratum est post v. *commutavit* alterum *summutavit* et ex eodem etiam ortum videtur. Unde egregie Ven. 2. Tulich.: *summovit*. Memorabilis est lectio interpolata Erlang.: — »*praepositio commutat, sic in subegit cum mutatur ut sustulit.*» Vides iam in triplici exemplorum serie praeponi commutatis verbum non commutatum *exegit - refecit - subegit*, pro eo quod recentiores dicerent: »*ut fit in praepositionibus ex - re - sub.*» Sententia igitur haec erit: »*ut, quod ad praepositionem ex attinet, dicimus exegit, sed sublata litera, edixit.* Rursus in praepositione inseparabili *re* dicimus *refecit* simplici *f*: sed in *rettulit* (ex antiqua scil. scriptura) et *reddidit* adiuncti verbi primam literam commutat (h. l. i. q. duplicat) praepositio: in aliis rursus praepositionem commutat verbi prima litera, ut fit in praepositione *sub*: dicimus *subegit*: at vero, *summovit, sustulit.*» Lectionem Manutii, Lambini et Ern. *exigit, edixit, effecit, extulit, edidit*, a Meyero primum in Ald. repertam coniecturae dumtaxat, et ei quidem falsae deberi manifestum est. BEIER autem et in Schedis et ad *Orat. pro Scauro* II. 29. p. 181. sic legendum censuit: »*Effecit, rettulit, reddidit adiuncti verba prima litera praepositionem commutavit, ut suffugit, summutavit, sustulit.*» ubi immutationem *prima litera praepositionem* praeceperant Maioragius, Lamb. et Ern. — Ascens. prima sic: *ut exegit et edixit; rettulit et reddidit a. v. p. l. praepositio commutavit, ut subegit, summutavit, sustulit.* — Ceteras varietates vide apud Meyerum, qui sic edidit: *ut, exegit et edixit [refecit, retulit, reddidit.] Adiuncti v. p. l. praepositio commutavit, ut suffugit, summovit [subegit, summutavit, sustulit.]* Nobbe autem sic: *ut exegit, edixit, [effecit,] extulit, edidit; a. v. primam literam praepositio communicavit; ut suffugit, summutavit, sustulit.* — Cuius autem e conis. *communicavit*, equidem ignoro. OR.

48 Quid? in verbis iunctis quam scite *insipientem* non
 159 *insapientem*, *iniquum* non *inaequum*, *tricipitem* non
tricapitem, *concisum* non *concaesum*! Ex quo qui-
 dam *pertisum* etiam volunt: quod eadem consuetudo
 non probavit. Quid vero hoc elegantius, quod non fit
 naturâ, sed quodam instituto? *Indoctus*¹ dicimus brevi
 prima litera, *insanus* producta, *inhumanus* brevi, *in-*
felix longa. Et, ne multis, quibus in verbis eae primae
 literae sunt quae in *sapiente* atque *felice*, producte di-
 citur, in ceteris omnibus breviter. Itemque *composuit*,
consuevit, *concrepuit*, *confecit*: consule veritatem, re-
 prehendet: refer ad aures, probabunt. Quaere, cur?
 Ita se dicent iuvari. Voluptati autem aurium morigerari
 160 debet oratio. Quin ego ipse, quum scirem ita maiores
 locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione ute-
 rentur, loquebar sic, ut *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*,
Kartaginem dicerem: aliquando, idque sero, convicio
 aurium quum extorta mihi veritas esset, usum loquendi

E. 1) inclitus

L. 6. *inclitus* 13. (*probe se dicent b.*) 18. *mihi extorta*

§. 159. [*iniquum*, non *inaequum*] — *mirum non merum* Eins.
 Idem pro *fit natura*: = *natura fit*. OR.

[*indoctus*] Hoc ex Gellio *N. A.* II. 17. et Ed. Tulichii re-
 stituendum censuit Eckhardus in *Progr. cit.* pag. 11. Idem
 tuetur Gu. 3. pro volg. *inclitus*, vocabulo Graeco potius,
 quam Latino. BEIER. *indoctus* habent Vet. Eins. Vit. Mon.
 (hi tres *inductus*.) Ven. 2. Tul. Meyerus. — *inclitus* est in
 Erlang. Idem pro *inhumanus*, *insipiens*. OR.

[*quae in sapiente atque felice*] Sic Eins. Viteb. E Dresd.
 Meyerus atque *in felice*. Sequerer, nisi vererer, ne haec
 lectio orta sit e falsa, Schneidero tamen probata, Gu. 2.
 Erlang. Med.: — *quae insano atque infelice*. Nam per totam
 hanc §. Dresd. facit cum interpolatis. Pro *dicitur* ∞ *dicun-*
tur Gell. I. 1. Dresd. Gu. 2. et 3. Erlang. Ald. 2. Probat
 Schneiderus. Haud displicet Schuetzii coniectura: *producte*
dicitur IN, *in cet.* recepta etiam a Nobbio. Sic certe intel-
 ligendum. Pro *confecit*, quod tuetur Gellius I. 1.: — *consu-*
luit Vet. Erl. Tum apud Gellium sic distinguitur: ∞ *Quaere*
cur ita? Se dicent iuvari. OR.

§. 160. [*triumpos*] ∞ *triumfos*, ut volebat Lagomarsinius
 ad *Iulii Pogiani Epp.* pag. 189. habet revera Viteb. Sed cfr.
 Quintil. I, 5, 19. et in *Actis fratrum Arvalium* Tab. XLI. a.
TRIVMPE quinquies. OR.

populo concessi, scientiam mihi reservavi. *Orcivos* tamen et *Matones*, *Otones*, *Caepiones*, *sepulcra*, *coronas*, *lacrimas* dicimus, quia per aurium iudicium semper licet. *Burrum*¹ semper Ennius, nunquam *Pyrrhum*.

Vi patefecerunt Bruges,

non *Phryges*; ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Graecam literam adhibebant, nunc autem etiam duas: et quum *Phrygum* et quum *Phrygibus* dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Graecam literam adhibere aut recto casu solum Graece loqui; tamen

E. 1) *Purrum*

L. 4. *nusquam* (In marg. b. *nunquam*) 9. *Et quamvis quum Phrygum et Phrygibus*

[*scientiam*] E Viteb. Meyerus addidit *rei*. Nec tamen vel eximius iste codex prorsus liber est a glossematis; cfr. §. 141., ubi itidem solus habet *primas eloquentia partes*. Nec vero agnoscit *rei* melior etiam Cd. Eins. Abest etiam ab Erl. OR.

[*Orcivos*] Sic, non *Orcinios*, scribendum nunc iudicavi permotus auctoritate Palimpsesti Taur. *Orat. pro Cluentio* Cap. 53. et Palatini in Q. Cicerone *de Petit. Cons.* Cap. 5., item Inscriptionum apud Gruterum 454, 6. 949, 1. Murat. 1010, 8. 1221, 2. In hoc vocabulo corrupti sunt Eins. Vit. (*Oscinios*): cetera cum aspiratione exhibentes *mathones othonas chepiones sepulchra coronas lacrimas* (Eins. tamen *coronas lacrimas*); sicque Ven. 2., Ascensianae, Crat. Emendata lectio est in Victoriana. *Matonem* est in Cd. Mediceo *ad Famil.* 9, 25, 3., ubi *Mathonem* Cratandrina. OR.

[*semper*] i. e. in qualicunque verborum iunctura. Retinendum nunc censeo h. v. omissum dumtaxat in Cdd. interpolatis Gu. 3. Erl. Non diffiteor tamen id quoque offensioni esse, quod statim repetitur v. *semper*. Delevit Schuetzius, [] inclusit Meyerus. OR.

[*Burrum*] Cum Lamb., qui laudat Festi verba in v. *Ba-laenae nomen*: „*Πύρρον Burrum dicebant*: Grut. Schuetzius, Meyerus ac Beier; habentque Palatt. duo. (Erlang. *birrhum*.) Ceteri *Purrum*, Eins. *purum*. OR.

[*quum Phrygum et quum Phrygibus*] Facile careremus altero *quum* omisso a Gu. 3. Lamb. Sch. Retinent Erl. Eins. et Cdd. Meyeri. Distinguit tamen duos casus diversos manifestius quam simplex *quum Phrygum et Phrygibus*. Ideo servavi. Ceterum Burchardi volebat: *et quum Brugum et Brugibus*. Sed Cicero non tam antiquorum pronuntiationem, quam casus ipsos significaturus erat. Nostri dicerent: „et quum genitivus et dativus Latine formandi essent.” OR.

[*solum Graece*] Frustra Brewerus auctor fuit interponendi

161 et *Phryges* et *Pyrrhum* aurium causa dicimus. Quin etiam, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eadem erant postremae duae literae, quae sunt in *optimus*¹, postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequeretur. Ita non erat ea² offensio in versibus, quam nunc fugiunt poëtae novi. Ita enim loquebamur:

Qui est omnibu' princeps

non, *omnibus princeps*, et

Vita illa dignu' locoque

non, *dignus*.

Quod si indocta consuetudo tam est artifex suavitatis,

E. 1) *optumus* 2) *Abest ea*

L. 4. *optumus*

non. Schuetzius deinceps e coni. *nunc tamen*; sed particulae *nunc* vis iam inest in forma verbi *dicimus*. BEIER. Idem fere annotarat Burchardi. Optime autem totum locum explanavit Lagomarsinius l. 1.; nisi quod dubium multis remanebit, utrum is, qui v. *nunc autem etiam duas* de literis *v* et *z* intelligit, an Victorius *Var. Lect.* 14, 3. et Schuetzius, qui de *q* et *v* interpretantur, verum viderint. Omnibus tamen pensitatis in hoc quoque cum Lagomars. sentiendum censeo. Nunquam enim Latini vel *q* ipsum receperunt, vel unam Latinam literam ad sonum lit. *q* significandum invenerunt. Quid? quod de *q* interpretantes non cogitarunt, eodem iure etiam *th* Graecam literam potuisse dici, ac *ph*. — *in barbaris casibus* Eins. OR.

[*Phryges et Pyrrhum*] Hanc manifesto veram lect. servant Eins., Cdd. Meyeri, Monac. et Erl. Contra falsum acumen Schuetzii *Phryges et Phrygum* praeceperat Vetus Steph. OR.

§. 161. [*optimus*] Cum Erlang. (*optimis*) nobis, qui adhuc terminat. superlat. *imus*, — quo iure nunc nihil disputo — in Cicerone servamus, constantiae causa scrib. erat. Ceteri etiam Eins: = *optumus*. OR.

[*Ita non erat ea offensio*] Sic Eins. Vit. Mon. Erl. Edd. vett. Lamb. Meyer. — om. *ea* Dresd. Grut. Ern. — Schuetzio, Nobbio et Beiero placebat Heusingeri coni.: *Id non erat offensionem* et eiusdem loquebantur pro loquebamur. Hoc defendit Burchardi sic: „Quamvis videam, quid discrepet, malo tamen referre hoc ad ea, quae annotavit Bentleius ad *Tuscul.* I. 2., quam rescribere loquebantur. Prima persona ridiculi aliquid hic continet satis rei aptum.” — Notabilis est lectio Erl.: ∞ *Sic enim loquebamur*. OR.

[*tam est artifex*] Mire h. l. Goerenzius *de Finn.* I, 4. sup-

quid ab ipsa tandem arte et doctrina postulari putamus? Haec dixi brevius quam si hæc de re una disputarem, 162 (est enim hic locus late patens de natura usuque verborum) longius autem quam instituta ratio postulabat.

Sed quia rerum verborumque iudicium prudentiae 49 est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices, et quod illa ad intelligentiam referuntur, hæc ad voluptatem: in illis ratio invenit, in his sensus artem. Aut enim negligenda fuit nobis¹ voluptas eorum, quibus probari volebamus, aut ars eius conciliandae reperienda. Duæ sunt igitur res, quæ permulceant aures, sonus et 163 numerus. De numero mox, nunc de sono quaerimus. Verba (ut supra diximus) legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poëtae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio.

Qua ponto ab Helles —

superat modum. At

Auratus² aries Colchorum —

E. 1) nobis fuit 2) Auratos

L. 7. (et quoniam Lamb. b.) 16. Qua pontus Helles

pleri iubet *quam docui*. Simplicius utroque loco et, quem praeterea affert, ad *Attic.* 13, 25. interpretabere *tanto opere*. OR.

§. 162. [*fuit nobis*] Sic Eins. Viteb. Dresd. Vict. Lamb. = *nobis fuit* Cett. cum Erl. Tum male *repetenda* pro *reperienda* etiam Eins. cum Vit. Dresd. OR.

§. 163. [*ut poëtae*] i. e. ut a poëta. Ern. subaudiebat *legunt*. BEIER. Nota, Eins. perpetua in hac formula varietate exhibere: *quæ permulcent*: cfr. §. 136. OR.

[*Qua ponto ab Helles*] Sic emendavit Lipsius e Senecae *Ep.* 81. receperuntque Grut. Seqq. — *Qua pontus Helles* (*hellus* Eins. Monac.) Cdd. et Edd. ante Grut. Tum Eins.: — *superat tmolum*, ut Monac. Ven. 2. — *superat timolum* Viteb. Dresd. Ven. 1. Ascens. pr. Mirus error correctus est primum ab Aldo; tum in Ascens. sec. Seqq. OR.

[*Auratus*] Hanc olim receptam lectionem Grut. Ern. Schuetz. mutarunt in *auratos*, ut excuderent initium hexametri. Sed videntur ista pro iambicis habenda. Eins. corrupte (ut fere Vit. a pr. m. Dresd. Edd. vett.): *At thauricos locorum*. Sed hoc correctum iam in Viteb. a sec. manu. (Mediol.?) Ascens. prima. Seqq. ante Grut. — *Aut alles bolcorum* Erlang. OR.

splendidis nominibus illuminatus est versus, sed proximus inquinatus insuavissima litera [finitus¹,]

Frugifera et ferta arva Asia² tenet.

164 Quare bonitate potius nostrorum verborum utamur quam splendore Graecorum; nisi forte sic loqui poenitet

Qua tempestate Paris Helenam

et quae sequuntur. Immo vero ista sequamur asperitatemque fugiamus:

Habeo istam ego perterricrepam —

itemque:³

Versutiloquas malitias.

Nec solum componentur verba ratione, sed etiam finientur, quoniam id iudicium esse alterum aurium diximus. Sed finiuntur aut compositione ipsa et quasi sua sponte, aut quodam genere verborum, in quibus ipsis

E. 1) finitus sine [] 2) Asiae 3) idemque

L. 2. (Quidam delent v. finitus b.) 3, fertila arva Asiae 10. idemque 13. aurium alterum

[*insuavissima litera finitus*] Gesner in *Thesouro* I. pag. 1. lin. 46. ss. ante haec vv. ponit comma et de *t* litera accipit. Ultimam vocem (ut volebat iam Lamb.) Schuetzius expunxit. Coniicit tamen *insuavissimae literae sonitu*. Malim *tinnitu*. Hunc facit *r.* BEIER. *finitus* habet Erl. Contra Eins. Vit. Mon.: — *fnis*. — *finitur* Ald. sec. Verbum omnino est suspectum; quoniam enim ista constructio *inquinatus insuavissima litera finitus?* nec Viteb. lectio *fnis* ad seq. dimetrum anapaesticum trahi potest. In quo ipso cum Eins. Vit. et Monac. (Ven. 1. Med. Asc. pr.) dedi *Asia* adiect., ut *Asia palus* est apud Virgilium *Aen.* 7, 401., *Asia Deiopea*, *Georg.* 4, 343. Sic ultimus pes erit proceleusmaticus. Ceterae lectiones *Asiae* Erl. Lamb. Ern. et *Asias* in marg. Venetae Ernestii, Ven. 2. Gryph. 1. 2. Meyer. metro adversantur. Quoniam autem sit *insuavissima litera*, utrum *canina*, an *s*, ut volebat Lambinus, an *f*, an *t*, an *a*, adhuc sub iudice lis est. Quod si est *f*, vide ne in monstris illis lectionum *fnis*, *finitus* lateat dumtaxat litera *F* male explicata a librariis. OR.

§. 164. [*itemque*] e coniectura Ern. pro *idemque*. BEIER. Mox *componantur* — *finiantur* Gu. 3. Erl. — *aurium alterum* Gu. 3. Ald. 2. Lamb. Schuetz. in Ed. mai. Beier. Tum mira interpolatione Erl.: — *Sed finiuntur, ipsa compositione quasi sua sponte oratio nitescat, ut sunt quaedam genera verborum.* (Etiam Eins. Vit. Dresd. Mon. Edd. vett.: ut *quaedam genera verborum*). Beiero placebat Schuetzii coniectura Meyero refutata:

concinnitas inest; quae sive casus habent in exitu similes, sive paribus paria redduntur, sive opponuntur contraria, suapte natura numerosa sunt, etiam si nihil est factum de industria. In huius concinnitatis consecratione Gorgiam fuisse principem accepimus; quo de genere illa nostra sunt in Miloniana: „*Est enim, iudices, haec non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.*” Haec enim talia sunt, ut, quia referuntur ad ea, ad quae debent referri, intelligamus non quaesitum esse numerum, sed secutum. Quod fit item in referendis contrariis¹, ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio, sed etiam versus efficitur:

Eam, quam nihil accusas, damnas.

E. 1) contrariis referendis

L. 2. (opponuntur contrariis contraria Lamb. b.) 13. contrariis referendis 16. quam mihi acc.

aut quasi sua sponte et quodam g. v. Tum concinnius esset, iudice etiam Mosero, vel cum Marg. 1584. opponuntur contrariis contraria, vel e Meyeri susp. contrariis opponuntur contraria ut §. 166. OR.

§. 165. [consecratione] Est ex iis lectionibus, in quibus veritatem servarunt Cdd. interpolati, h. l. Erlang. Contra — confectione Vit. et C1d. Lambini; quod tamen Lamb. ipse nunquam commendavit, etsi id narrant Ernestius et Schuetz. — confectione Eins. Dresd. Mon. — consecutione Ven. 2. Tul. Tum Eins.: — illa nostra in Miloniana omissa v. sunt. Erl. autem sic: illa nostra Miloniana om. sunt in. — Eins. cum Cdd. Meyeri falsam habet lect. in Edd. diu propagatam, etiam a Victorio retentam, etsi iam correctam ab Aldo, Ascens. sec.: — sed accepimus, non legimus. OR.

[ad ea, ad quae cet.] Praetuli hanc optimi Cd. Einsied. Ascens. sec. Iunt. sec. Lamb. Grut. Ern. lectionem. Meyerus vero cum Vit. Dresd. Mon. Erl. Edd. vett. Asc. pr.: ad ea quae: ut constructio sit: quia quae debent referri referuntur ad ea: quae tamen videtur minus recta. Peius etiam Erlang.: — referuntur ea, quae. OR.

§. 166. [in referendis contrariis] Sic Vit. (Mon.) Edd. vett. Vict. Meyerus. Item Eins., sed ut Dresd. Mediol. Asc. pr.: = in referendis contrariis. = in contr. referendis (Erl. sed hic refellendis) Aldd. ac Recentiores. Pro efficitur: — efficitur Vit. Contra Eins. recte efficitur. OR.

(condemnas diceret, qui versum effugere vellet:)

— Bene quam meritam esse autumas,
Dicis male mereri¹.

Id, quod scis, prodest nihil: id, quod nescis, obest.

Versum efficit ipsa relatio contrariorum. Id esset in oratione numerosum: *Quod scis, nihil prodest: quod*
50 *nescis, multum obest.* Semper haec, quae Graeci ἀντιθέτα nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, et eum
167 sine industria. Hoc genere antiqui iam ante Isocratem delectabantur et maxime Gorgias, cuius in oratione plerumque efficit numerum ipsa concinnitas. Nos etiam in hoc genere frequentes; ut illa sunt in quarto Accusationis: „*Conferte hanc pacem cum illo bello, huius praetoris adventum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu invicto, huius libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit, conditas, ab hoc, qui constitutas accepit, captas dicetis Syracusas.*”

E. 1) *Haec uno versiculo.*

L. 1. *dixisset - . voluisset* 3. *Haec uno versiculo.* 9. *efficiunt etiam sine* 13. *frequentes fuimus*

[*meritum esse cet.*] Huic versui *esse*; sequentis senarii capiti *id* resecurit Schuetzius, metro, si, ut ipse credere videtur, Apollini placet, flagitante. Pessime vero meriti sunt, qui haec *Beue - - - mereri* in unius versus monstrum mutarunt. Etiam Ernestius, delphini in campo instar, miserabiliter peccat vv. *Eam - - damnas* pro iambico dimetro scazonte accipiens. *Eam* est monosyllabum. BEIER. Edd. vett. et Lambini lectionem *dixisset - - voluisset* habet Erl. Mirum errorem (Dresd., Ven. primae et Ven. sec. cum levi discrepantia): — *esse autumas pro autimas dicis male merere* (sic) habet etiam Eins. Monac. habet *obest multum*, omissis iis, quae sequuntur usque ad illa *semper haec*: quo errore quomodo is codex veram, ut ait Meyerus, tueatur lectionem, equidem non intelligo. Veram lectionem in his, sed male distinctam *Id quod scis prodest, nihil id quod nescis obest* exhibet Eins. Pro *quum contrariis* Meyerus ex uno Dresd.: ∞ *contrariis quum.* Eins. firmat alterum ordinem verborum. OR.

[*et eum*] i. q. *et quidem, adeoque.* Schuetzius cum Gu. 3. et Ven. 4. *etiam.* BEIER. *etiam* habent etiam Erlang. Lamb. Sed recte Beier et Meyerus servarunt *et eum* Einsiedlensis quoque Cd. OR.

§. 167. [*Nos etiam*] — *Nos autem* Eins. OR.

Ergo et hi numeri sint cogniti, et genus¹ illud ter-168
tium explicetur quale sit, numerosae et aptae orationis.
Quod qui non sentiunt, quas aures habeant aut quid in
iis² hominis simile sit, nescio. Meae quidem et perfecto
completoque verborum ambitu gaudent et curta sentiunt
nec amant redundantia. Quid dico meas? Conciones
saepe exclamare vidi, quum apte verba cecidissent. Id
enim exspectant aures, ut verbis colligentur sententiae.
— „Non erat hoc apud antiquos.” — Et quidem nihil
aliud fere non erat: nam et verba eligebant et sententias
graves et suaves reperiebant, sed eas aut vinciebant aut
explebant parum. Hoc me ipsum delectat, inquit. 169
Quid? si antiquissima illa pictura paucorum colorum

E. 1) sint cogniti. Genus 2) his

L. 1. sunt cogniti etiam a Latinis. Genus illud 4. his 9. col-
ligetur sententia.

§. 168. [*Ergo et hi numeri sint cogniti et genus*] Sic Eins.
et Viteb. Meyer. cfr. §. 190. *Sit igitur hoc cognitum*; quo
loco recte Burchardi hic quoque subiunctivum stabilivit. Si-
milis sunt illa §. 14. *Positum sit igitur*. §. 156. *Tantummodo*
notetur locus. V. et firmatur ab omnibus nuper collatis, etiam
ab Oxon. et Erlang. *Ergo et hi numeri sunt cogniti et genus*
Monac. Peiores etiam sunt ceterae lectiones partim inter-
polatae: — *sunt cogniti etiam a Latinis et genus* Dresd. Erl.
(— *sunt cogniti etiam a Latinis. Genus* Edd. vett. Lamb.)
partim truncae: — *sint cogniti. Genus* Grut. Ern. — *sunt*
cogniti. Genus Schuetz. Beier.; in quibus prius et parum est
aptum. Tum in iis ex Eins. (hiis) dedi pro his. OR.

[*hominis*] — *hominibus* Vet. Steph. Oxon. Erlang. Ven. 2.
Tum *Etenim* pro *Id enim* Gellius *N. A.* 18, 7.; et idem cum
Erlang. Aldd. Iu. Crat. Lamb.: ∞ *colligetur sententia*; quod
minime displicet. Cfr. §. 170. *ut sit apte verbis comprehensa*
sententia. OR.

[*Et quidem*] Has particulas diverbiis inservire observat
Goerenzius ad *Acadd.* II. 17, 53. *Finn.* I. 10, 35. BEIER.
Notanda Cdd. interpolatorum, etiam Erl., lectio *effingebant*
pro *eligebant*. OR.

[*sed eas aut vinciebant aut explebant parum*] Secutus sum
quosdam lib. vulgatos, quibuscum congruunt et nonnulli Mss.
Nam alii partim habent: *sed eas haud vinciebant aut explebant*
parum, partim: *haud vinciebant, haud explebant*. *Parum hoc*:
quae lectiones mea sententia reiiciendae sunt. LAMBINUS.
Veram lectionem exhibent Eins. Viteb. Erl. Item Dresd., sed
hic vitiosa distinctio: — *explebant: parum hoc*. OR.

magis quam haec iam perfecta delectet, illa nobis sit, credo, repetenda, haec scilicet repudianda. Nominibus veterum gloriantur. Habet autem ut in aetatibus auctoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas: quae quidem apud me ipsum valet plurimum. Nec ego id, quod deest antiquitati, flagito potius quam laudo quod est: praesertim quum ea maiora iudicem, quae sunt, quam illa, quae desunt. Plus est enim in verbis et in sententiis boni, quibus illi excellunt, quam in conclusione sententiarum, quam non habent. Post inventa conclusio est, qua credo usuros veteres illos fuisse, si iam nota atque usurpata res esset: qua inventa omnes usos magnos oratores videmus. Sed habet nomen invidiam, quum in oratione iudiciali et forensi numerus [Latine¹,] (Graece *ὑβριμός*) inesse dicitur. Nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur, si etiam in dicendo numeri ab oratore quaeruntur. Hoc freti isti et ipsi infracta et amputata loquuntur et eos vituperant, qui apta et finita pronuntiant. Si inanibus verbis levibusque sententiis, iure: sin probae res, lecta verba, quid est cur claudere aut insistere orationem malint quam cum sententia pariter excurrere? Hic enim invidiosus numerus nihil affert aliud, nisi ut sit apte verbis comprehensa

E. 1) *Abest* [Latine]

L. 14. *Latine sine* [] 18. (*atque amput.* Lamb. b.) 21. *claudicare*

§. 169. [*sit*] — *sint* Eins. Viteb. Ven. sec. Med. — *quum ea maiora*] Sic Cdd. *sinceri*, etiam Einsied. — om. *ea* Vet. Steph. Erl. Tum Cdd. *sinceri*, etiam Eins. et Edd. vett. male *sententiis bonis*; correxit Aldus *boni*, sicque ex Beieri collatione, recte Erlang. OR.

§. 170. [*Latine*] *Latine*, quod libri addunt, recte proscripsit Ernestius. BEIER. Mox Erlang.: — *insidiarum habet et ad capiendas aures*. Tum omittunt v. *numeri* Eins. Viteb. — *sententiis: sin re sint probe res* Eins. similiterque corrupti Cdd. *sinceri*; hic quoque interpolatus Erl. veritatem servavit. — *claudicare pro claudere* ab Aldo introductum, retentumque vel a Lamb. respuunt etiam Eins. et Erl. cfr. *Brut.* §. 214. Contra Erl. habet Steph. et Lamb. lectionem probabiliter e Vet. ductam *saepe etiam natura*. OR.

[*Nimis enim insidiarum*] Quidam hic legi volunt: *Nimum*. LAMBENUS.

sententia: quod fit etiam ab antiquis, sed plerumque casu, saepe natura; et quae valde laudantur apud illos, ea fere, quia sunt conclusa, laudantur. Et apud Graecos quidem 171 iam anni prope quadringenti sunt, quum hoc probatur; nos nuper agnovimus. Ergo Ennio licuit vetera contemnti dicere:

Versibu', quos olim Fauni vatesque canebant;

mihî de antiquis eodem modo non licebit? praesertim quum dicturus non sim, *Ante hunc* ut ille, nec quae sequuntur, *Nos ausi reserare* Legi enim audivique nonnullos, quorum propemodum absolute concluderetur oratio. Quod qui non possunt, non est eis satis non contemni, laudari etiam volunt. Ego¹ autem illos ipsos laudo idque merito, quorum se isti imitatores esse dicunt, etsi in eis aliquid desidero; hos vero minime, qui nihil illorum nisi vitium sequuntur, quum a bonis absint longissime.

Quod si aures tam inhumanas tamque agrestes habent, 172 ne doctissimorum quidem virorum eos movebit auctoritas? Omitto Isocratem² discipulosque eius, Ephorum et Naucratem, quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimi summi ipsi oratores esse debebant³.

E. 1) Ergo *err. typogr.* 2) Socratem *err. typogr.* 3) debeant
L. 2. *saepe etiam nat.* 22. *summique Ibid. debeant*

§. 171. [*hoc probatur*] Sic etiam Eins. Sed ∞ *haec probantur* Vit. Et saepius sane *haec in hoc* prave mutatum vidi quam contra. Malui tamen num. singularem tum propter ipsam varietatem *ea laudantur* — *hoc probatur*, tum quia hoc commode explicatur: „totum hoc genus numerosae orationis.” Post v. *Ante hunc* in Erl. *douios* additur; in quo quid aliud lateat nisi falsum gloss. *Naevium* non video. Sic miro consensu et Columna et Merula *ante hunc* ad Naevium referunt, quum significet Ennium, ut *ὁδὲ* pro *ἐγὼ* dicitur. Pro *absolute concluderetur* Eins.: — *absolveretur*; sed illud in margine. Pro *in eis* Einsied.: — *in hiis*: Cdd. Meyeri et Edd. vett.: *in his*. OR.

§. 172. [*movebit*] — *movet* Einsied. — *moverit* Erlang. Tum Eins. Dresd.: = *Naucraten*. OR.

[*debebant*] Verum, etiam iudice Frotschero, servarunt Gu. 3. Erl. Ven. 1. Med., receperunt Schuetzius et Beier. cfr. quae notavimus ad *Topica* §. 34. 64. 72. 97. — *debeant*

Sed quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati est adversatus infensus¹? Is igitur verum in oratione vetat esse, numerum iubet. Eius auditor Theodectes in primis (ut Aristoteles saepe significat) politus scriptor atque artifex hoc idem et sentit et praecipit. Theophrastus vero iisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab iis² praecepta nesciunt³.
 473 Quod si ita est, (nec vero aliter existimo) quia ipsi⁴ suis sensibus non moventur, nihilne eis inane videtur? nihil inconditum, nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans? In versu quidem theatra tota exclamant, si

E. 1) impensius 2) his 3) nesciant 4) quid? ipsi

L. 9. his 10. quid? ipsi

Ceteri (etiam Einsied.) praeter Meyerum, qui e coniectura debent. OR.

[*quis acutior, quis*] Desunt haec tria verba Erlang. Beier probabat Heusingeri coniectura a Sch. receptam: ∞ *quis in rebus vel inveniendis acutior vel iudicandis acrior*. OR.

[*infensus*] Sic Einsied. Vit. Dresd. Mon. Ven. 2. Lamb. Meyer. — *impensius* Cdd. interpolati Palatt. duo. Erlang. Grut. Ern. Sch. Sed *impensius adversari* omnino Tullianum non est. Pro *versum* Eins.: ∞ *versus*; cfr. §. 187. Tum sic: — *vetat, numerum iubet esse*. Pro *Eius auditor ceterorum*, etiam Einsied. et Erl., Meyerus: ∞ *Cuius auditor* e Dresd., quem, ubi solus habet lect. aliquam, ego sequi non soleo. Tum *ab iis* scripsi cum Rufino Pithoei et Eins. (*hiis*) *nesciunt* Einsied. Viteb. Dresd. Mon. Aldd. Lamb. Grut. — *nesciant* Ven. 1. 2. Med. Ern. Sch. — *nesciat* Erl. OR.

§. 173. [*quia ipsi*] Recte Meyerus restituit hanc lect. Eins. Vit. Dresd. Mon. Ven. 1. 2. Aldd. Vict. Grut. — *quod ipsi* Vet. Erlang. — *quid? ipsi* Gryph. 1. Man. Lamb. Ern. Sch. Beier. Tum *moveantur* cum Gu. 3. Ven. 1. et Schuetzio (qui praeterea correxit *videatur*) etiam Erlang. improb. Beiero. Sane indicativus est acerbior. Meyerus e Dresd. solo: = *videtur inane*. Pro *curtum, incultum* Vet. Erl. OR.

[*exclamant*] Lamb. in Annotat. scil., non in contextu. Schirach. Schuetz. Beier: ∞ *reclamant* ex l. *de Orat.* 3, 50, §. 196. = *tota theatra inveni* in Gryph. 1. ut *Tuscul.* I. §. 105. *modis, qui totis theatri maestitiam inferant*. Pro *fuit*, — *fuerit* Erlang. Ven. 1. Med. — *fit* Gryph. 1. „Tum aut prius nemo omittit praeter Ernestium”: notante Meyero. Abest tamen err. typogr., ut videtur, etiam a Grutero-Gronoviana. Tum: — *aut curat aut in quo offendat* Eins. OR.

fuit una syllaba aut¹ brevior aut longior. Nec vero multitudo pedes novit nec ullos numeros tenet nec illud, quod offendit, aut cur aut in quo offendat, intelligit: et tamen omnium longitudinum et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

Visne igitur, Brute, totum hunc locum accuratius 52 etiam explicemus quam illi ipsi, qui et haec et illa² nobis 174 tradiderunt? An his contenti esse, quae ab illis dicta sunt, possumus? Sed quid quaero velisne, quum literis tuis eruditissime scriptis te id vel maxime velle perspexerim? Primum ergo origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis aptae atque numerosae.

E. 1) *Abest aut* 2) *et alia*

L. 8. *et alia*

[*et haec et illa*] Sic quidem Cdd. sinceri, Eins. Vit. Dresd. Mon. Ven. 2. Meyerus. Habet tamen nescio quam ambiguitatem et displicet *illa* sic positum post *illi*; nec tamen melior lectio vulgata (firmata ab Erlang.) *et haec et alia*; in qua prius *et* omittit Gu. 3. Schuetz. in Ed. mai. Aliud enim est vel ipsum illud *de Nat. Deor.* 3, 84. *sed haec vetera et alia permulta*. Dictys I, 7. *Haec atque alia eiusmodi*, ubi v. *alia* alio vocabulo definitur. Quum autem viderim saepe formulam *haec et talia* corruptam esse in *haec et alia*, hoc quoque loco, dummodo per Cdd. liceret, vellem equidem *qui haec et talia*; nam tum priori *et* nullus sane locus. cfr. *Tuscul.* 1. §. 116. *his et talibus auctoribus*: — *Philipp.* 14. §. 7. *his enim vitiis affectus et talibus*. — *Liv.* 21, 54, 11. *haec taliaque*. — *Sueton. Claud.* 10. *haec at talia*. *Tit.* 8. *in his tot adversis ac talibus*. *Tacit. Annal.* XI. 17. *his atque talibus*. XIII. 6. *haec atque talia*. *Prudentius Cathem.* 7, 171. *mollitus his et talibus*. *Livius Praef.* §. 8. *haec et his similia*. *Appuleius Metam.* Lib. 4. p. 289. *Oud. His et his similibus blateratis*; ubi similia eiusdem scriptoris collegit *Oud.* Lectio tamen Ernestiana defendi poterit e *Divinat.* in *Caecil.* §. 29. *sunt haec et alia in te falsi accusatoris signa*. *Verr.* 2, 2, §. 87. *haec et alia Scipio non negligenter abiecerat*; qui tamen postremus locus rursus est dubius. *Liv.* I, 50. *haec atque alia eodem pertinentia*. De confusione v. *alia* et *talia* cfr. supra §. 165. *haec enim talia*, ubi Gu. 3. *haec enim et alia*. Pro *an his* legendum *an iis*. Tum *Einsied.*: — *velle maxime vel*, Erlang. *velle vel maxime* et uterque *Primum ergo cum Ceteris*. Meyerus ex *Viteb.*: *Primum igitur*. Sane paullo ante est *Visne igitur*, ut dubium remaneat, annon *Cic.* ipse variarit. *Or.*

Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. Quum enim videret oratores cum severitate audiri, poëtas autem cum voluptate, tum dicitur numeros secutus, quibus etiam in oratione uteremur¹, quum iucunditatis causa, tum ut varietas occurreret satietati. Quod ab his vere quadam ex parte, non totum dicitur. Nam neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est, sed princeps inveniendi fuit Thrasy-machus, cuius omnia nimis etiam exstant scripta numerose. Nam (ut paullo ante dixi) paria paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis relata contraria, quae sua sponte, etiam si id non agas, cadunt plerumque numerose, Gorgias primus invenit, sed iis²

E. 1) utemur *err. typogr.* 2) his

L. 1. in hoc eum s. 5. uteretur 8. scientius in eo genere

[*hoc in eius cet.*] — *in hoc eum summis laudibus ferunt*] Alii libri vulgati („scil. sinceri”;) habent *hoc in eius summis laudibus ferunt*; quam lectionem ob id non sum secutus, quod ita potius dixisset: *hoc in eius summis laudibus ponunt*. Malim tamen ita legi: *hoc in eius orationibus summis laudibus ferunt*. Arbitror enim vocem *orationibus* a scriptore librario esse praetermissam. LAMBINUS. Eadem fere difficultate, quae nata est Lambino de v. *ferunt* pro usitatioe *ponunt*, pernoti Interpolatores Veteris Steph. et Erl. ita refinxisse videntur: *in hoc eum cet.* OR.

[*uteremur*] Sic Cdd. sinceri; nam idem est *utemur*, quod habet Monac. prorsus ut Ern. *err. typogr.* ∞ *uteretur* Gu. 3. Erl. (Vet.) Rufinus *de metris* p. 2720. Putsch. Steph. Lamb. unice probante Santenio ad *Terentianum* p. 405. Difficultas, quam, hac lectione sane perquam memorabili recepta, Meyerus reperisse sibi visus est in v. *etiam*, minor erit, ubi explicaris: „in ipsa quoque oratione, quae etiam tunc numeris carebat.” OR.

§. 175. [*nimis etiam*] — om. *etiam* Eins. Rufinus. Tum: — *numerosa* Einsied. Dresd. Ven. prima. Einsied. om.: — paullo. OR.

[*paria paribus adiuncta*] Sunt ἰσόκωλα. Secus accepit C. G. Bardilius in Eichstadii *Novis Act. Soc. Lat. Ien.* Vol. I. p. 10. BEIER.

[*iis est*] Sic Dresd. Med. — *is* Eins. Viteb. Erl. Rufinus. — *his* Cett. Deinde Meyerus ex Viteb. *intemperatius* (cfr. supra §. 23.) pro ceterorum, etiam Erl. *intemperantius*. Viteb. lectio firmatur ab Eins. Male Eins. et Cdd. Meyeri: *Idem autem est.* OR.

est usus intemperatus¹. Id autem est genus (ut ante dictum est) ex tribus partibus collocationis alterum. Horum uterque Isocratem aetate praecurrit, ut eos ille¹⁷⁶ moderatione, non inventione vicerit. Est enim, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et iis² festivitibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur: quas Isocrates, (quum tamen audisset³ in Thessalia adolescens senem iam Gorgiam) moderatius temperavit. Quin etiam se ipse tantum, quantum aetate procedebat, (prope enim centum confecit annos) relaxarat a nimia necessitate numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, quum iam admodum esset senex: in quo dicit sese minus iam servire numeris

E. 1) intemperantius 2) his 3) audivisset

L. 1. his - - intemperantius 7. his 8. audivisset

§. 176. [ut eos ille] Firmant hanc lect. Eins. Erl. = ille eos Rufin. — om. eos Viteb. OR.

[faciendisque verbis] om. haec Ed. Ven. Servat Rufinus. BEIER. Om. etiam Eins. Vit. Mon. Servat Erl. Tum Rufin. et iis festiv.; quod recepi pro his. (hiis Eins.) Meyerus e Vit. audisset pro audivisset. (sic Eins.) Tum Eins. Vit. Dresd. Mon. Edd. vett. moderatius etiam. Non recepi, quia statim sequitur Quin etiam. Aldus delevisse videtur ex auctoritate Cdd. interpolatorum; nam etiam Erlang., et recte quidem, etiam non agnoscit. OR.

[se ipse - - relaxarat - - se ipse - - correxerat] Recte et Meyerus et Billerbeck reiecerunt Schuetzii coniecturas se ipsum - - se ipsum, quas Beierus erat recepturus, ut est saltem in eius Schedis. Is praeterea haec annotavit: „Hic Cicero itemque Dionysius Halic. in iudicio de Isocrate T. II. p. 99. falli videntur Schirachio, Isocratesque in orat. ad Philippum p. 128. l. 26. ed. Wolf. significare se exquisitoria artificia adhibere noluisse, quippe quae talem scriptiorem dedecere. Contra Victorium Var. Lectt. II. 17. Laelius Bisciola Horar. subseciv. T. I. L. II. c. 10. memorans (sub litera G.) praelectiones suas in Cic. Oratorem ad M. Brutum (s. lit. H.) Ciceronem cum ipso Isocrate conciliat ita, ut huius verba ὄν οὐδὲν ἔτι δύναμαι διὰ τὴν ἡλικίαν ambigue significant propter longaevitatem et gravitatem aetatis neque se eum laborem ferre posse nec vero velle iudicio iam maturiore et sapientiore.” — Cfr. nunc Spengelii συναγωγὴν p. 151. Aldd. lectiones iam minus et correxit habet Erlang., unde rursus vides, ab Aldo consultos esse Cdd. interpolatos, interdum non sine fructu. OR.

quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat.

53 Quoniam igitur habemus aptae orationis eos principes
 477 auctoresque, quos diximus, et origo inventa est: causa quaeratur. Quae sic aperta est, ut mirer veteres non esse commotos, praesertim quum, ut fit, fortuito saepe aliquid concludere apteque dicerent. Quod quum animos hominum auresque pepulisset, ut intelligi posset, id, quod casus effudisset, cecidisse iucunde: notandum certe genus atque ipsi sibi imitandi fuerunt. Aures enim vel
 478 animus aurium nuntio naturalem quandam in se continet vocum omnium mentionem. Itaque et longiora et breviora iudicat et perfecta ac moderata semper exspectat; mutila sentit quaedam et quasi decurtata, quibus, tamquam debito fraudetur, offenditur, productiora alia et quasi immoderatus excurrentia, quae magis etiam aspernantur aures: quod quum in plerisque tum in hoc genere nimium quod est, offendit vehementius quam id, quod videtur parum. Ut igitur poëtica et versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium, sic in oratione animadversum est multo illud quidem serius, sed eadem natura admonente, esse quosdam certos cursus conclusionesque verborum.

L. 21. *quidem illud*

§. 177. [*diximus*] firmat Erlang. contra Einsied. Vit. Mon. *dicimus*. OR.

[*et origo*] et pro *et ita* positum tuetur Goerenzius ad I. *Finn.* 7, 24. p. 31. BEIER. Scil. omittunt et Gu. 3. Erl. Sch. in Ed. mai. Retinent Eins. et Cdd. Meyeri. Mox *perpollisset* Eins. *perpulisset* Dresd. Med. pro *pepulisset*. Cfr. supra §. 15. Meyerus laudat Drakenb. ad *Liv.* 3, 30. 5. Tum miram interpolationem Vet. Gu. 3. *Ipse enim vel animus* habet etiam Erlang. Casu, non voluntate v. *quandam* excidit e Meyeri Ed. OR.

§. 178. [*poëtica et versus*] — *poëtae versus* Vet. Gu. 3. Erl. — *in poëtica versus* Schuetz. coniectura, prob. Beiero. Mihi prorsus videtur supervacanea, quum recte et ex usu Cic. talia coniungendi significet: „versus, et, quae tota ex versibus constat, poëtica.” — *cursus certos* Eins. a pr. manu, sed correctum *certos cursus*. Idem paullo ante habet errorem Vit. Dresd.: — *inutilia pro mutila*. OR.

Quoniam igitur causam quoque ostendimus, naturam 179 nunc, (id enim erat tertium) si placet, explicemus: quae disputatio non huius instituti sermonis est, sed artis imitativae. Quae enim potest, qui sit orationis numerus, et ubi sit positus et natus ex quo, et is unusne sit an duo an plures quaque ratione componatur et ad quam rem et quando et quo loco et quemadmodum adhibitus aliquid voluptatis afferat. Sed ut in plerisque rebus, sic 180 in hac duplex est considerandi via, quarum altera est longior, brevior altera, eadem etiam planior. Est autem 54 longioris prima illa quaestio, sitne omnino ulla numerosa oratio. Quibusdam enim non videtur, quia nihil insit in ea certi ut in versibus, et quod ipsi, qui affirmant esse eos¹ numeros, rationem cur sint, non queant reddere. Deinde, si sit numerus in oratione, qualis sit aut quales, et e poëticis numeris an ex alio genere quodam, et, si e poëticis, quis eorum sit aut qui. Namque aliis unus modo, aliis plures, aliis omnes iidem videntur. Deinde, quicumque sunt² sive unus sive plures, commu-

E. 1) eos esse 2) sint

L. 5. (et ex quo natus Al. b.) 7. et quomodo (pro et quando)
14. et quod illi - - eos esse 16. et ex 20. (quocumque Fort. b.)

§. 179. [*qui sit*] Schuetzii coniecturam *ecqui sit* recepturus erat Beier; uterque appellat Cap. 54. princ.: *sitne omnino*. Sed cfr. §. 203. — *e quo* cum Med. Eins. pro *ex quo*. Pro *et is unusne*, Eins. *et unusne*. Tum cum Dresd. *componantur*; solus autem ex nunc notis: — *et in quo loco*. OR.

§. 180. [*eadem*] — *et eadem* Erl. Pro *longioris* — *longior* Erl. Idem: *in ea insit*. Tum *ipsi illi* Cdd. interpolati, Erl. Nunc prorsus necessarium non videtur, ut legatur *ipsi illi*; etsi minime displicet. OR.

[*esse eos numeros*] Scil. *oratorios, in oratione*. Etenim in poëtica esse numeros ipsi illi minime negabant. Del. *eos* Schuetz, Meyerus, Beier in suo exemplari. — *veros*, vel *certos* volebat Burchardi. Ceterum *esse eos* est ex Eins. Vit. Dresd. Gu. 3. Erl., Victorio pro vulgato (Grut. Ern.) *eos esse*. Totum locum sic exhibet Erl.: — *quod illi, qui affirmant esse eos numeros in oratione, cur sint, nequeant*. Pro *non queant* Eins.: — *non possint*. Tum idem et Erlang. cum Lambino: = *et ex poëticis*. Deinceps omittit *sit* ante v. aut *qui*. OR.

[*quicumque sunt*] Ern. mala coniectura, etsi eam nunc firmat Eins., *sint*. *quocumque* volebat Lamb. Coniecturam Heu-

nesne sint omni generi orationis; (quoniam aliud genus est narrandi, aliud persuadendi, aliud docendi:) an dispa- res numeri cuique orationis generi accommodentur. Si communes, qui sint: si dispaes, quid intersit, et cur non aequè in oratione atque in versu numerus appareat.

181 Deinde, quod dicitur in oratione numerosum, id utrum numero solum efficiatur, an etiam vel compositione qua- dam vel genere verborum: anne¹ sit suum cuiusque, ut numerus intervallis, compositio vocibus, genus ipsum verborum quasi quaedam forma et lumen orationis appa- reat, sitve² omnium fons compositio ex eaque et nume-

E. 1) an 2) sitque

L. 1. omnis generis orationi 8. an 9. in intervallis - - in vocibus
10. in quadam quasi forma et lumine 11. sitque

singeri omnis generis orationi habent Erl. omnibus literis. Ven. Aldd. Crat. Lamb. OR.

§. 181. [*anne sit*] Sic Meyerus prob. Mosero. Exempla huius *anne* post *utrum* videsis apud Hand *Tursellin.* 1. p. 356. et cfr. in primis Oudendorpium *ad Appul.* T. 1. p. 31. — *an est* Cdd. noti, etiam Eins. — *an sit* Lamb. Ern. Sch. Paulo ante pro *efficiatur* Viteb.: — *conficiatur.* OR.

[*genus ipsum cet.*] Schuetzius e coniectura scripsit *genere ipso verborum quasi quaedam forma.* Sed triplex vocabulum, quod modo in ablativo praecesserat, hic redit in nominativo, eique bis per ablativum adiungitur ea res, qua unum quod- que appareat, tertio vero loco alius nominativus, qui sit praedicati instar. BEIER. Post optimam hanc explicationem nihil nunc mihi mutandum videtur. Priorem tamen meam dubitationem hic quoque recordabor: „Suspecta sunt v. *et lumen*, pro quibus Vet. Steph. *ut lumen*; nam intolerabilis paene est repetitio tam vicina: *quasi formae et lumina*, et *genus ipsum verborum*, *forma* quidem dici potest, non vero *lumen orationis.*” Male Nobbe sic edidit: *qua[e]dam forma.* OR.

[*sitve omnium fons compositio*] Sequentem locum de *con- positione* i. e. structura verborum, quae tota servit gravitati vocum aut suavitati, Brewerius interpretando pervertit. Vol- gatam (etiam Eins.) *sitque* Schuetzius accipit pro *et utrum sit.* Idem in prima Ed. coniecerat *sitve* quod et mihi in men- tem venit. Id recepi. BEIER. Recte puto: nam *sitque*, etsi interpretatus est Schuetzius *et utrum sit*, neque hoc signifi- care potest, et, si significaret, hoc ipsum falsum esset, quum requiretetur significatio formulae *et an sit*, ipsius quoque inaudita et nullum locum hic habentis. Similis autem, etsi non prorsus eadem. est progressio de *Natura Deorum* 1. C. 12. *Protagoras sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint, non sint, qualesve sint.* i. e. „utrum sint, an non sint, quales

rus efficiatur et ea, quae dicuntur orationis quasi formae et lumina, quae (ut dixi) Graeci vocant *σχήματα*. At 182 non est unum nec idem, quod voce iucundum est, quod¹ moderatione absolutum et quod illuminatum genere verborum, quamquam id quidem finitimum est numero, quia per se plerumque perfectum est: compositio autem ab utroque differt, quae tota servit gravitati vocum aut suavitati. Haec igitur fere sunt, in quibus rei natura quaerenda sit.

Esse ergo in oratione numerum quandam non est 55 difficile cognoscere. Iudicat enim sensus: in quo ini- 183 quum est, quod accidit, non agnoscere², si, cur id accidat, reperire nequeamus. Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit, quid acciderit. Ita notatio naturae et animadversio peperit artem. Sed in versibus res est apertior, quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta esse videatur oratio maximeque id in optimo quo-

E. 1) et quod 2) cognoscere
L. 3. et quod 10. Esse igitur

denique sint." Nostro loco *sitve* erit, „an denique sit." Ceterum Schuetzius in Ed. mai. ex altera coni. minus bona *sitne*; quae caret et coniunctione cum praecedentibus et iusta oppositione, vel, ut dicit Burchardi, qui ipse quoque *sitve* probabat: „post *sitne* alteram etiamnum interrogationem expectaremus, quae hic non apparet." OR.

[*et ea, quae dicuntur*] — om. *ea* Eins. OR.

§. 182. [*quod moderatione*] Sic Eins. Viteb. Dresd. Mon. Ven. 1. 2. Med. Meyerus. — *et quod* cum Erl. recentiores. Pro *moderatione* h. l. et de *Oratore* I. §. 254. Muretus volebat *modulatione*, quo tamen vocabulo Cic. nunquam videtur esse usus. Cfr. supra §. 58. Tum: — *illuminatum est* Eins. et idem: ∞ *quaerenda est*. OR.

§. 183. [*Iudicat*] Schuetzius e coni. *indicat*. Sed cfr. Cap. 49. princ. 53. §. 177. extr. C. 58. extr. *Brut.* 8, 34. BEIER. Pro *iniquum est* = *est iniquum* Erl. — *agnoscere* firmant nunc Eins. Viteb. Dresd. Mon. Erl. praeter Gu. 3. — *cognoscere* ex Repett. Lambh. venit in Grut. Ern. — *accidit* (pro *accidat*) Einsied. Dresd. Edd. vett. *videatur* post partic. *quamquam* potest suspectum videri atque emendandum *videtur*. Nisi vero *quamquam*, ut saepe, est per se positum, et coniunctivus significat: „facile potest videri." Ern. suspicio in *modis* originem debet falsae distinctioni. Post *nominantur* solus Lamb. inculcavit *appareat*. OR.

que eorum poetarum, qui *λυρικοί* a Graecis nominantur, quos quum cantu spoliaveris, nuda paene remanet oratio.
 184 Quorum similia sunt quaedam etiam apud nostros, velut ille¹ in Thyeste:

Quemnam te esse dicam? qui tarda in senectute —

et quae sequuntur, quae, nisi quum tibicen accessit, orationis² sunt solutae simillima. Ac³ comicorum senarii propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, ut nonnunquam vix in eis⁴ numerus et versus intelligi possit. Quo est ad inveniendum difficilior in oratione numerus quam in versibus. Omnino duo sunt, quae con-
 185 diant orationem, verborum numerorumque iucunditas. In verbis inest quasi materia quaedam, in numero autem expolitio. Sed ut ceteris in rebus necessitatis inventa antiquiora sunt quam voluptatis, ita⁵ in hac re accidit,

E. 1) illa 2) orationi 3) At 4) in his 5) ita et

L. 1. nominantur, appareat 4. illa 7. orationi Ib. At 9. in his 15. ita et

§. 184. [*ille in Thyeste*] Sic recte Meyerus cum Eins. Vit. Dresd. Mon. Med. Ald. 1. Iu. Crat. Vict. Man. — *illa* Erl. Ald. 2. Lamb. Ern. Schuetz. Notabilis, nec per se reprehendenda omissio pron. *ille* in Ven. 2. Gryph. 1. cfr. Addenda ad *Cic. Opp.* Vol. 4. P. 2. p. 598. de loco *Nat. deor.* 1, 6, 13. *ut ille in Synephebis — ut in Synephebis — ut in Synephebis est*: sic h. l. omissio *ille* deberet esse, *velut in Thyeste est.* OR. (Cfr. Columna ad *Ennii Fragm.* pag. 421. Est Bacchiacus. BEIER.) Pro *qui*: — *quin* Einsied. Dresd. Palat. prim. Ven. sec. OR.

[*orationis sunt*] Cdd. utriusque generis sum secutus scil. Eins. Vit. Dresd. Mon. Gu. 3. Erl. Sane §. 191. sine varietate est *orationi simillimus*. Contra BEIER: »[*orationi*] Gu. 3.: *orationis*. Sed hic spectantur numeri tantum, non internum orationis ingenium. V. *Quaestio verumne sit adiectivo similis in externa similitudine dandi, in interna gignendi semper adiungi proposita auctore Frid. Ludov. Muiffelmann. Suerini ex offic. aulica.* 4.

[*Ac comicorum*] Sic Monac. Gu. 3. Schuetz. Meyer. probb. Santenio ad *Terentianum* p. 161., Handio *Tursell.* 1. p. 476. et Beiero, qui haec annotavit: »*ac pro et sane positum explicat Goerenz ad II. Acadd.* 2, 5. — *at c.* Ceteri cum Eins. Vit. Dresd. et Erl. Tum in eis Gu. 3. Erl. Sch. Meyerus pro ceterorum *in his.* (Eins. in *hiis.*) OR.

§. 185. [*in numero autem*] ∞ om. *autem* Eins. a pr. manu. Ven. sec. OR.

[*ita in hac re — — — excogitata*] Haec omnia videntur de-

ut multis seculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta, quam ratio numerorum causa delectationis aurium excogitata. Itaque 186 et Herodotus et eadem superiorque aetas numero caruit nisi quando temere ac fortuito, et scriptores perveteres de numero nihil omnino, de oratione praecepta multa nobis reliquerunt. Nam quod et facilius est et magis necessarium, id semper ante cognoscitur. Itaque tralata 56 aut facta aut iuncta verba facile sunt cognita, quia sumebantur e consuetudine quotidianoque sermone. Numerus autem non domo depromebatur neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione. Itaque serius aliquanto notatus et cognitus quasi quandam palaestram et extrema lineamenta orationi attulit. Quod si et angusta quaedam atque concisa et alia est 187 collatata et diffusa oratio, necesse est id non literarum

L. 11. autem nondum deprehendebatur 16. dilatata

beri Cdd. interpolatis; nam ex Einsied. Vit. Dresd. Monac. Ven. 1. exciderunt propter v. similia *ita* — — *itaque*. Suppleta iam sunt in Ven. 2. Recte autem Meyerus, ut volebat Schuetz, cum Ven. 2. Mediol. Tul. omisit *et* vulgo post *ita* positum. OR.

§. 186. [*et eadem cet.*] Erlang. habet sic: *et eadem superior aetas numero placuit, sed nisi quodammodo.* „*En crimine ab uno disce omnes*” istos interpolatos. Vides eum praecepisse quodammodo Heusingeri coni., qui quum e Gu. 3. notasset tantummodo: *placuit*, falsum hoc esse perspicere volebat: *non placuit*. Notanda lectio Gryph. 2. *nisi si quando*. Tum nobis multa Meyerus et Viteb. Cett., etiam Eins. et Erl.: = *multa nobis*. Idem cum Cdd. (Eins. Erl.) *translata*. Tum Eins.: — *nam quod facilius om. et*. Idem: — *aut iuncta aut facta*. OR.

[*domo*] Pro Cdd. (etiam Eins. Vit. Erl.) modo emendavit Petrus Victorius in *Castigg. postèr. in Epp. ad Fam. 7, 25*. BEIER. *domo* videtur habere Monac. scriptus in usum Victorii, ex eius sic corrigentis fortasse iussu. Attamen unus quoque Lamb. Cd. habebat *non domo depromebatur* (sic), ex quo errore is coniecturâ fecit: *nondum deprehendebatur*. Ceterum cfr. *Verr. 2, 3, §. 155. nonne verba domo patroni depromere videtur?* OR.

§. 187. [*Quod si et angusta*] — om. et Eins. OR.

[*collatata et difusa*] cum Meyero nunc restitui lect. Monac. Mediol. Ven. 2. Aldd. In. Crat. Man. Grut. Ern. — Vit. (*collocata*) Eins. (*concalcata*) et Dresd. (*collata*) errores eodem

accidere natura, sed intervallorum longorum et brevium varietate: quibus implicata atque permixta oratio quoniam tum stabilis est tum volubilis, necesse est eiusmodi naturam numeris contineri. Nam circuitus ille, quem saepe iam diximus, incitator numero ipso fertur et labitur, quoad perveniat ad finem et insistat. Perspicuum est igitur numeris astrictam orationem esse debere, carere versibus.

188 Sed ei¹ numeri poëticine sint, an ex alio genere quodam, deinceps est videndum. Nullus est igitur numerus extra poëticos, propterea quod definita sunt genera numerorum. Nam omnis talis est, ut unus sit e tribus.

E. 1) hi

L. 1. *accidere tantum n. 9. hi*

ducunt: sinceri autem Cdd. *diffusa* tuentur; interpolati contra Vet. Steph. Gu. 3. Erl. *dilatata et fusa*, quod receperam ego post Schuetzium: cfr. Frotscherum pag. XII. Beier et Billerbeck praetulerunt Steph. et Lamb. mixtam lectionem *dilatata et diffusa*. Meyerus praeterea vult: *Quod si est angusta quaedam atque concisa et alia collatata, quum est post alia absit a Viteb. Monac. Ven. 1. 2. Ernestius quomodo probare potuerit Eins. Viteb. Dresd. Ven. 1. Med. errorem: accedere pro accidere, equidem nunquam intellexi. Scil. habent accedere naturae. Peius etiam Erl. accipi tum natura. — implicita Mediol, et Norimb. Sed apud Cic. hanc formam fere reperi nonnisi in Cdd. recentioribus, e quibus transiit in Edd. vett. permixta est in Einsied. Ven. prima, Lamb. Plerique: = permista. OR.*

[*eiusmodi naturam*] Recte hanc Cdd. utriusque generis (etiam Eins. Mon. Erl.) lectionem defendit atque explicavit Meyerus, ita ut opus non sit variis illis V. D. suspicionibus, nec Schuetzii *correctione eiusmodi varietatem*, tractam e lect. *eiusmodi ut naturam* Gu. 3.; quod vitium huius Cd. proprium videtur neque comparet in gemino Erlang. Accedit iam alia Beieri suspicio: — *eiusmodi vincturam. OR.*

[*incitator — fertur et labitur*] i. e. a primo incitatus fluit, tum paulatim tardius labitur, donec insistat. cfr. C. 63, §. 212. *Tarditas* autem inest in ipsa notione labendi. Viderit ergo Schuetzium, quam vere correxerit *vel incitator — fertur vel tardius labitur. BEIER.* Sic fere etiam Meyerus Schuetzium refutavit. — *persistat Eins., sed in marg. insistat. — insidat Erl. — sistat Vet. OR.*

§. 188. [*Sed ei numeri*] Sic Eins. Viteb. Ven. 1. 2. Med. Tul. — *s. hi n. Ceteri. OR.*

Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit partem pedis aut aequalem alteri parti aut altero tanto aut sesqui esse maiorem. Ita fit aequalis dactylus, duplex iambus, sesquiplez paeon¹; qui pedes in orationem non cadere quî possunt? quibus ordine locatis quod efficitur, numerosum sit necesse est. Sed ¹⁸⁹ quaeritur, quo numero aut quibus potissimum sit utendum. Incidere vero omnes in orationem etiam ex hoc intelligi potest, quod versus saepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer est vitiosum, sed non attendimus neque exaudimus nosmet ipsos. Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus: magnam

E. 1) sesqui paeon

L. 2. *aequalem esse* 12. *Hyponacteos* (Margo b., ut nos.)

[*partitur in tria*] Schuetzius e coni. *partitur ita*. Nescio au *in tria*, quod Schirachius cum libris quibusdam omisit, possit explicari: „ita, ut triplex existat proportio,” vel „triplici modo.” BEIER. Cfr. Meyerum. Verba *in tria* omituntur a Cdd. interpolatis Pith. Palatt. duobus, Erl.; habent sinceri, etiam Eins. Mox *aequalem esse* Eins. et Erl. cum Edd. ante Ern., qui delevit *esse* auctoritate Vit. OR.

[*sesqui*] i. e. dimidio sive *semis* vel *ses*. Pro modo *sesquiplez* sive *sescuplo* i. e. *sesquialtera* proportione accepit Budaeus *de asse Lib.* 1. p. 10., cuius transponentis aut altero tanto maiorem aut *sesqui* errorem repetiit Gesner in *Thesouro* T. IV. p. 420. 88-102. BEIER.

[*Ita fit cet.*] Haec per breviloquentiam dicuntur pro: „Ita fit (existit) dactylus, in quo inest modus aequalis, iambus, in quo duplex, paeon, in quo sesquiplez.” Vereor, ne Schuetz ipsum Tullium castigavit interpolando: — *aequalis dactylis, duplex iambis, sesquiplez paeoni*. Gothofredus in marg. annotavit alios (scil. Lambinum in *Annot.*) reponere genitivos *dactyli, d. iambi, sesqui paeonis*, ut subintelligatur *pars*. BEIER. *sesquiplez*, quod Beier Victori Pisano tribuebat, certe non est in Ed., quam possideo, anni 1492. At reperi in Asc. sec. Crat. Hervag. Cam. Lamb. Reperi cum Meyero ac Beiero. Ceteri cum Cdd. notis (Erl. *seqns* cum *lincola*): — *sesqui paeon* habent Eins. Vit. Dresd. Monac. C2d. Lambini. Edd. vett. Meyerus. = *paeon* Erlang. Grut. Recentiores. Tum Eins. a pr. manu: — *in orationem cadere quin possunt* a sec. m. non superscr. verbo *cadere* nec tamen *n* del. in *quin*. OR.

§. 189. [*aut quibus*] *pedibus* male addit Viteb., quem ipsum iam aliquoties ab interpolatt. non prorsus liberum esse vidimus. Contrario vitio Eins. omittit *etiam* et *saepe*. Mox con-

enim partem ex iambis nostra constat oratio. Sed tamen eos versus facile agnoscit auditor; sunt enim usitatissimi. Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitados, sed tamen versus; vitiosum genus et longa ànìmi
 190 provisione fugiendum. Elegit ex multis Isocrati¹ libris triginta fortasse versus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapaestos²: quo quid potest esse turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba dempta in primo verbo sententiae, postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit iusequentis: itaque³ factus est anapaestus is,

E. 1) Isocratis 2) anapaesta 3) Ita

L. 5. Isocratis 7. anapaesticos 9. ex primo 11. Ita - - anapaesticus

sentiunt interpolati in: *Est id (illud Vet.) vehementer vitiosum* Vet. Gu. 3. Erl. Tum: = *vix effugere* Eins. Pro *magnam enim partem* (Einsied.) quod ubique fere corrumpitur in *ex magna, magna ex parte* h. l. *magna enim parte* Dresd. Erl. Pro *agnoscit*, ut fit, *cognoscit* Vit. Dresd. *agnoscit* retinent Eins. et Monac. Sane in tanta Cdd. discrepantia inter ista duo verba *agnoscere* et *cognoscere*, ubicunque leguntur, dubii saepe maneamus necesse est. Id tamen negari nequit, locos inveniri haud paucos, in quibus nostra cum consuetudine consentiunt Cdd. omnes, veluti infra §. 215. cuncti (etiam Eins.) habent: *Primum enim numerus agnoscitur*, nullus *cognoscitur*; praeterea recordemur necesse est et propter compendia scribendi, maxime Seculo XV. usitata, confusum esse saepe numero verbum utrumque, et, quum Itali *agnoscendi* vocabulum prorsus ignorent — *agnimento* enim antiquatum est, *agnizione* a Salvinio creatum — Italos pronos fuisse in *cognoscendi* verbum alteri substituendum, Ceterum cfr. Meyerum ad h. l. et Ochsneri *Eclogas* Ed. tertiae p. 57. OR.

§. 190. [Isocrati] Sic etiam ad *Attic.* II. Ep. 2. Vide Schirach ad h. l. et Goerenz ad II. *de Finn.* p. 175. 292. 535. 545. Maium ad I. *de Rep.* p. 14. p. 40. BEIER. *Isocrati* Einsied. Monac. Grut. Meyer. = *Isocratis* cum Erl. Ceteri. Praeterea *eligit* Gu. 3. Erl. OR.

[*anapaestos*] Sequendus videbatur Viteb. — *anapaestica* Eins. *anapaesta* Dresd. Mon. (ut videtur) Grut. Ern. Sch. Meyer. Sed genus neutrum videtur id potius significare quod nos dicimus, *systema anapaesticum*. cfr. *Tuscul.* 3, §. 57. — *anapaesticos* Erl. Med. Aldd. Iu. Crat. Lamb. Eins. autem et sinceri Cdd. in *primo*. De versibus apud Isocratem rependiendis cfr. in primis Spengellii *συναγωγήν τεχνῶν* p. 152. OR.

[*Itaque factus*] Sic Eins. Viteb. Dresd. Mon. Erl. — *Ita factus* Ceteri. — *anapaestus*] Sic Cdd. noti, etiam Einsied. et

qui Aristophanius¹ nominatur. Quod ne accidat, observari nec potest nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, (ut a me animadversum est studiose inquirente in eum) immittit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros eosdemque esse oratorios, qui sint poëtici.

Sequitur ergo, ut, qui maxime cadant in orationem ⁵⁷ aptam numeri, videndum sit. Sunt enim qui iambicum ¹⁹¹ putent, quod sit orationi simillimus: qua de causa fieri, ut is potissimum propter similitudinem veritatis adhibeatur in fabulis, quod ille dactylicus numerus hexametro-

E. 1) Aristophaneus

L. 1. *Aristophaneus* 3. (*quo Isocratem reprehendit* Fort. b.) 4. *studiosius - - emittit* 7. *sunt*

Erlang. — *anapaesticus* Ven. 2. Med. Crat. Lamb. cfr. *de Orat.* 3, 48, 185. *Aristophanius* Eins. = *Aristophaneus* Cett. — *in eo loco ipso* Eins. Pro loco, — libro Erl. OR.

[*quo reprehendit*] „Margo 1584. *quo Isocratem reprehendit*. Certe aut nomen Isocratis aut pronomen *illum* hic inserendum videtur.” SCHUETZ. Ad v. *quo reprehendit* intellig. *alium*. Nec vero *illum* addas neve *Isocratem*. BEIER. Stephani et Lamb. *studiosius* in nullo adhuc Cd. repertum est. Fortasse fuit in Vetere Stephani. De forma *inquirenti* (Eins. Viteb. Dresd. Edd. vett. Vict.) reducta a Meyero cfr. Meyerum et me in Wolfii *Scholis ad Tuscul.* 5, §. 42. = *inquirente* Recentiores inde a Stephano, quod retinui. — *requirente* Erl. — *etiam in verbis solutis* Erl. Tum idem: *qui sunt*, ut Aldd. Lamb. OR.

§. 191. [*Sequitur ergo*] — *Sequitur igitur - - - cadunt in oratione in aptam* Eins. Pro *iambicum*: ∞ *iambum* Ven. 2. Tulich. Gryph. sec., ut §. seq. — Eins. et Cdd. Meyeri servant *iambicum*. Erl. ridiculum habet errorem Veteris Steph.: — *ambiguum*. OR.

[*in spondeo et trochaeo*] „Miror Ernestium pro *trochaeo* substitutum *tribrachy* voluisse. Sed hunc quidem Ciceronis locum vindicandum existimem his Caesii verbis de *tribrachy* p. 2666. P.: *Cicero enim* (fort. *eum in*) *Oratore etiam trochaeum appellavit.*” SANTENIUS ad Terentianum p. 106.

[*quod ille*] — *quum ille* Ernestii susp. non recepta. Pro *levis*: — *lenis* Eins. Vit. Dresd. Erlang. Ven 2. Crat. — *om. profectus* Eins. Pro *et trochaeum*: — *et choreum* Ven. 2. Tul. Deinceps post verba *Quod enim* in Erlang. sine defectus signo omnia desunt usque ad §. 231. v. *in eodem semper*. Idem defectus Veteris Stephani. OR.

rum magniloquentiae sit accommodatior. Ephorus autem, levis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina, paeana¹ sequitur aut dactylum, fugit autem spondeum et trochaeum. Quod enim paean habeat tres breves, dactylus autem duas, brevitate et celeritate syllabarum labi putat verba proclivius, contraque accidere in spondeo et trochaeo; quod alter e² longis constaret, alter e brevibus fieret, alteram nimis incitatum, alteram nimis tardam orationem, neutram temperatam. Sed et illi priores errant et Ephorus in culpa est. Nam et qui paeana praeter-eunt, non vident mollissimum a sese numerum eundem-que amplissimum praeteriri. Quod longe Aristoteli videtur secus, qui iudicat heroum numerum grandiore[m] quam desideret soluta oratio, iambum autem nimis e vulgari esse sermone. Ita neque humilem et³ abiectam orationem nec nimis altam et exaggeratam probat, plenam tamen eam vult esse gravitatis, ut eos qui audient ad
 493 maiorem admirationem possit traducere. Trochaeum autem, qui est eodem spatio quo choreus, cordacem appellat, quia contractio et brevitatem dignitatem non habeat. Ita paeana probat eoque ait uti omnes, sed ipsos non

E. 1) paeana (et sic semper) 2) Abest e 3) nec

L. 7. ex longis

[*brevitate et celeritate*] Schuetzius e coni. paullo audacius: *temperata brevitate et proceritate*; satis tamen commode. Cfr. Quintil. IX, 4, 87. Sed fortasse hic brevium maxime in utroque pede syllabarum ratio habetur, quo respicit sequens *proclivius*. Ad tarditatem vel gravitatem longae syllabae propria vis verbi labitur. Deinceps Edd. vett. addita praepositione *e longis*. Bene. BEIER. — Pro *brevitate* prave Burchardi proposuit *gravitate*. — *e longis* ex suis Cdd. (etiam cum Eins. et Monac.) restituit Meyerus. cfr. §. 198. *constat e numeris*. — *quod alter e longis constat, alter e brevibus: fieri alterum cet.* Ern. susp. In v. *Nam et qui del. et Man. et Schuetz.* cfr. Matthiae de *Anacol.* p. 5. Tum *et abiectam* etiam Meyerus et Beier cum Lamb. et Schuetzio pro ceterorum *nec vel neque* (sic Eins.). — *audiant*, ut volebat Ern., habent Monac. Kob. Sed vide Meyerum. Beier haec annotavit: „Rectius futurum *ἀποστρωγ* ponitur.” — Sic in *Sestiana* §. 96. *nec ab utilitate eorum, qui audient — abhorrebit oratio mea.* OR.

§. 193. [*cordacem*] Meursius de orchestra p. 41. ex Aristotelis *Rhet.* III. 8. legi voluit *cordacicum*. Caute assensum

sentire, quum utantur: esse autem tertium ac medium inter illos, sed ita factos eos pedes esse, ut in eis singulis modus insit aut sesquipleus aut duplex aut par. Itaque illi, de quibus ante dixi, tantummodo commoditatis habuerunt rationem, nullam dignitatis. Iambus enim 194 et dactylus in versum cadunt maxime. Itaque ut versum fugimus in oratione, sic hi sunt evitandi continuati pedes. Aliud enim quiddam est oratio, nec quidquam inimicus quam illa versibus. Paeon autem minime est aptus ad versum: quo libentius eum recipit¹ oratio. Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intelligit esse aequalem dactylo, quem probat. Syllabis enim metiendos pedes, non intervallis existimat: quod idem facit in trochaeo, qui temporibus et intervallis est par iambo, sed eo vitiosus in oratione, si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt. Atque haec, quae sunt apud Aristotelem, eadem a Theophrasto Theodecteque de paeane dicuntur. Ego autem sentio omnes 195 in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes. Nec enim effugere possemus animadversionem, si semper eisdem uteremur, quia nec² numerosa esse ut poëma neque

E. 1) recepit 2) neque

L. 1. (cur utantur Al. b.) 10. recepit 15. (vitiosus est Fort. b.)

retinuit Gruterus. Cfr. Quintil. IX, 4, 88. *eique cordacis nomen imponat.* De saltationis petulantia v. Beckii *Comment. ad Aristoph. Nub.* v. 540. BEIER. *cordacium* volebat Spalding. *χορδακικόν* Schuetz. In verbis: *sed ipsos non sentire* — om. *ipsos* Einsied. Mox *cur utantur* suspicatus est Lamb. in *Annot.* OR.

[*in eis singulis*] Schuetz auctore Ernesto delevit pron. *eis*, sine causa idonea. BEIER. Omisit *eis* etiam Meyerus: sed omnes Cdd. nuper collati, nominatim Eins., firmant istud vocabulum. OR.

§. 194. [*habuerunt rationem cet.*] = *rationem habuerunt, dignitatis nullam* Eins. Tum idem: — *hui sunt vitandi — nec quiddam.* Mox *recepit* Viteb. Mon. Ven. sec. Med. Tul. Meyer. Ceteri, etiam Eins.: ∞ *recepit*, quod ἀπολατώς acceptum defendi potest. Pro *vitiosus*: — *vitiosius* Eins. Viteb. Dresd. Edd. vett. Haud male Margo 1584. *vitiosus est.* Mox: — *Theodoctoque* Eins. Tum *nec numerosa* Eins. Crat. Vict. Lamb. pro Cett. = *neque n.* OR.

extra numerum ut sermo vulgi est¹, debet oratio. Alterum nimis est vinctum, ut de industria factum appareat, alterum nimis dissolutum, ut pervagatum ac vulgare videatur: ut ab altero non delectere, alterum oderis. Sit igitur (ut supra dixi) permixta et temperata numeris nec dissoluta nec tota numerosa, paecane maxime (quoniam optimus auctor ita censet), sed reliquis etiam numeris, quos ille praeterit, † temperata.

58 Quos autem numeros cum quibus tamquam purpuram misceri oporteat, nunc dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi. Iambus enim frequentissimus est in iis, quae demisso atque
497 humili sermone dicuntur: paecan autem in amplioribus: in utroque dactylus. Itaque² in varia et perpetua oratione hi sunt inter se miscendi et temperandi. Sic minime animadvertetur delectationis aucupium et quadrandae orationis industria: quae latebit eo magis, si et verbo-

E. 1) vulgi esse 2) Ita

L. 14. Ita

§. 195. [*esse debet*] V. *esse* in Ed. Ven. 1. Med. (Ern.) iteratum delevi cum (Ven. 2.) Tulichio: nam in Ald. legitur *est*. BEIER. Ego Cdd. Meyeri, Edd. vett. Lamb. secutus sum restituens v. *est*. — *numerosa esse* — *ut sermo vulgi, debet esse oratio* Eins. Tum idem cum Viteb. Edd. vett. *iunctum pro vinctum*; idem *factum esse appareat*. Meyerus prius *esse* []. De vv. *ab altero delectere* cfr. Hand Tursellin. p. 26. OR.

§. 196. [*temperata numeris*] Schuetz *implicata numeris e coni. comparato* G. 56, §. 187. Sed cfr. §. 195. *permixtos et confusos* 58, 197. pr. BEIER. Sane Schuetzii coni. omni caret probabilitate, Molestum tamen est *permixta et temperata* — *reliquis etiam numeris* — *temperata*. Sic etiam Eins. Sed hoc ultimum corruptum videtur, quum Viteb. habeat *comparata*. Iam quum statim sequatur *purpurae similitudo*, vide ne in *comparata* lateat *colorata*, ut §. 42. *eloquentia ipsa se colorat*. Malim tamen e §. 199. *terminata*; utriusque voc. et *temperata* et *terminata* compendium valde simile est in Cd. Eins. — Pro *in iis*: = *in eis* Rufin. — *in hiis* Eins. — *in his* Viteb. Edd. vett. OR.

§. 197. [*Itaque in varia*] Sic Eins. Rufin. p. 2724. Putsch., quod praefendum videbatur Ceterorum *Ita* cet. Mox: — *advertetur* Eins. pro *animadvertetur* (*animo advertetur* Venetae ambac.) prorsus, ut *ad Famil. 1, 1, 3. advertebatur* Cd. Med. pro *rectiore* Lamb. lectione *animadvertebatur*. Mox: — *admirantes accipiunt* Eins. — *admirantur excipiunt* Vit. OR.

rum et sententiarum ponderibus utemur. Nam qui audiunt haec duo animadvertunt et iucunda sibi censent, verba dico et sententias, eaque dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos et praetervolat numerus: qui tamen si abesset, illa ipsa minus¹ delectarent. Nec 198 vero is² cursus est numerorum³, orationis dico, — nam est longe aliter in versibus — nihil ut fiat extra modum, nam id quidem esset poëma; sed omnis nec claudicans nec quasi fluctuans et aequaliter constanterque ingrediens numerosa habetur oratio. Atque id in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat e numeris, sed quod ad numeros proxime accedit: quo etiam difficilium est oratione uti quam versibus, quod in⁴ illis certa quaedam et definita lex est, quam sequi sit necesse; in dicendo autem nihil est propositum, nisi ut⁵ ne immoderata aut angusta aut dissoluta aut fluens sit oratio. Itaque non sunt in ea tamquam tibicinii⁶ percussionum modi, sed uni-

E. 1) *Abest minus* 2) *Nec vero nimius is* 3) [numerorum] 4) *Abest in* 5) *nisi aut* 6) *tibicini*

L. 5. *Abest minus* 6. *Nec vero nimius is cursus esto* 10. *habeatur* 11. *putetur* 15. *nisi aut (nisi ne aut Lamb. b.)*

[*minus delectarent*] *minus* accessit e conii. Purgoldi. Videtur voc. corruptum esse in *nimius*: nam in libris deinceps scribitur: *Nec vero nimius is*. BEIER. Purgoldum nunc cum Meyero et Beiero secutus sum. Cdd. non *nimius* habent post *vero*: sed *minus* Eins. Viteb. Dresd. Regii. — *nimis* Monac. *nec vero nimius is* primus dedisse videtur Aldus: *esto* autem mera est coniectura Lambini. OR.

§. 198. [*cursus numerorum*] Est *cursus numerosae orationis*, non, ut Schellerus interpretatur, *membra*. BEIER. Voc. *numerorum* nemini suspectum fuit nisi Ernestio. Statim etiam Beiero placuit Schuetzii *aequaliter*; *aequaliter* defendit Frot-scher ad Quintil. X, 1, 86. OR.

[*quod in illis*] Recte Meyerus e Cdd. (etiam Eins.) restituit *in*, quod e Repetit. Lamb. 1584. Grut. Ern. Seqq. casu videtur excidisse. Non tamen notatur e Monac. Paulo ante *habeatur* — *putetur* Lamb. Posterius sane habet Viteb.; sed Eins. nostram firmat lectionem. Deinde Meyerus, ut ego, recepit Schuetzii *nisi ut* pro Cdd. (etiam Einsied.) *nisi aut*. OR.

[*tamquam tibicinii*] Sic scripsi, ne Ceterorum *tibicini*, nulli constructione, a v. *tibicen* ductum pro dativo haberetur. Est autem: „non sunt in ea ii quasi percussionum modi, quos in

versa comprehensio et species orationis clausa et terminata est: quod voluptate aurium iudicatur.

59 Solet autem quaeri, totone in ambitu verborum numeri tenendi sint, an in primis partibus atque in extremis.

199 Plerique enim censent cadere tantum numerose oportere terminarique sententiam. Est autem, ut id maxime deceat, non id solum; ponendus est enim ille ambitus, non abiciendus. Quare quum aures extremum semper expectent in eoque acquiescant, id vacare numero non oportet, sed ad hunc exitum tamen a principio ferri debet verborum illa comprehensio et tota a capite ita fluere, ut ad 200 extremum veniens ipsa consistat. Id autem bona disciplina exercitatis, qui et multa scripserint et, quaecunque etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum. Ante enim circumscribitur mente sententia confestimque verba concurrunt, quae mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo alias

tibicinio tenemus." Viteb. quidem habet *tibicinis*. Sic *tibicinis* pro *tibicini* vel *tibicinii* erat olim *de Nat. Deor.* II. §. 22. OR.

§. 199. [*atque in extremis*] Schuetzius e coni. addidit *an solum in extremis*. Sed variatur hic oratio: *plerique enim pro: an, ut plerique censent, oporteat*. Idem deinceps: *non ut id solum*, improbante Goerenzio ad II. *Acad.* 20, 66. p. 123. Non tamen priorem *ut pro licet* acceperim; sed agnoverim periphrasin in *est, ut et non pro neque vero* dictum. Cfr. *de Rep.* II. 2. *ut genere etiam putarentur, non solum esse ingenio divino*; ubi Schuetzius parum attentus fuit ad interiorum structuram rationem. BEIER. „Reprehendendus est, qui haec mutanda statuerit, quum tamen facillime ad v. *non id solum* cogitatione addatur, *quod decet*. Praeterea vellem nobis indicasset alia solutae orationis exempla, in quibus dicatur *est, ut eodem modo, quo ἔστιν ὅπως*." BURCHARDI. Exemplum a Burchardio desideratum praebet *Sestiana* §. 97. *Esto igitur, ut ii sint (optimates)*, dictum pro: *ii igitur sint optimates*. Recte Beier periphrasin videtur agnovisse. OR.

[*ponendus est enim ille ambitus*] scilicet totus, non clausula solum, ut accepit Schuetzius. BEIER. Mox Eins.: — *id non vacare numero oportet*. OR.

[*tamen a principio*] *tam (non iam) a pr.* Monac. Ven. 2. Tulich. Ern. volebat *iam inde a pr.* Recte Schellerus *Obs.* p. 37.: „Licet in extremo proprie et praecipue debeat esse numerus, debet *tamen* etiam ad hunc exitum (inde) a principio ferri." Male Eins. omittit v. *tamen*. OR.

alia terminatione concluditur, atque omnia illa et prima et media verba spectare debent ad ultimum. Interdum enim cursus est in oratione incitator, interdum moderata ingressio, ut iam a principio videndum sit, quemadmodum velis venire ad extremum. Nec in numeris magis quam in reliquis ornamentis orationis, eadem quum faciamus quae poëtae, effugimus tamen in oratione poëinatis similitudinem. Est enim in utroque et materia et tractatio: materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. Ternae autem sunt utriusque partes: verborum, 60 tralatum, novum, priscum; (nam de propriis nihil hoc loco dicimus): collocationis autem eae, quas diximus, compositio, concinnitas, numerus. Sed in utroque frequentiores sunt et liberiores poëtae; nam et transferunt verba quum crebrius tum etiam audacius et priscis libentius utuntur et liberius novis. Quod idem fit in numeris, in quibus quasi necessitati parere coguntur. Sed tamen haec nec nimis esse diversa neque ullo modo coniuncta intelligi licet. Ita fit, ut non item in oratione ut in versu numerus exstet, idque, quod numerosum in oratione dicitur, non semper numero fiat, sed nonnunquam aut concinnitate aut constructione verborum. Ita si numerus 203 orationis quaeritur qui sit, omnis est, sed alius alio melior atque aptior; si locus, in omni parte verborum; si, unde ortus sit, ex aurium voluptate; si componendorum ratio, dicetur alio loco, quia pertinet ad usum, quae

L. 2. (*ad ultimum spectare debent* Fort. b.) 12. *collocationes*
18. (*nec ullo* Fort. b.)

§. 201. [*eadem quum faciamus cet.*] — *eadem quum fecimus quaeque poëtae* Eins. Tum *collocationes* pro *collocationis* cum Vit. Dresd. Edd. vett. Lamb. etiam Eins. OR.

§. 202. [*ullo modo*] Schuetzii coniecturam *nullo non modo* reiecit Brewerius. BEIER. »Sententia haec est: verum haec neque pro diversis plane, nec unum idemque habenda sunt; itaque nec dirimenda, nec vero commiscenda. Nihil igitur opus mutatione." BURCHARDI. PRO *coniuncta*: — *iuncta* Einsied. OR.

§. 203. [*si locus, in omni parte verborum*] Haec verba Meyerus tamquam interpolata [] inclusit. Recte eadem mihi defensa videntur a Billerbeckio, quem consule. OR.

pars quarta et extrema nobis in dividendo fuit; si, ad quam rem adhibeatur, ad delectationem; si, quando, semper; si, quo loco, in tota continuatione verborum; si, quae res efficiat voluptatem, eadem quae in versibus, quorum modum notat ars, sed aures ipsae tacito eum sensu sine arte definiunt.

61 Satis multa de natura: sequitur usus, de quo est ac-
 204 curatius disputandum. In quo quaesitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Graeci *περίοδον*, nos tum ambitum tum circuitum tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit: deinde quum aliud videatur esse nume-
 205 rus, aliud numerosum, quid intersit. Tum autem in omnibusne numeris aequaliter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores, idque quando

L. 6. (cum sensu Al. b.) 15. *aequaliter*

[*quorum modum notat ars*] i. e. quorum modus notatur, animadvertitur et definitur quidem ab arte metrica; (quae in oratione soluta locum non habet:) sed ad voluptatem e versibus capiendam arte haud opus est, quum tacito quodam sensu eorum modum aures ipsae percipiant. — *non notat* Victorius *Var. Lectt.* 13, 6. et Meyerus prob. Mosero. Reiecit etiam Billerbeck, ut ante eum Schuetzius. OR.

§. 204. [*In quo quaesitum est cet.*] Tota haec quaestiuncularum enumeratio usque ad mediam §. 207. interpolationibus obscurata visa fuerat Schuetzio in Ed. prima, quem, ut in plerisque, sequitur Hauffius. Dissentit Burchardus, et recte quidem. BEIER. Is scilicet haec annotavit: „Non nego esse hic, in quibus offendas: quod tamen non eo valet, uti totum caput pro spurio damnes. Atque Sch. videtur mihi non satis percepisse verba: *In quo quaesitum est*: valent enim hoc: *in quo a Graecis rhetoribus quaeri solet*. Quod autem multas illas spinosas in partem quaestiones hic recenset Cicero, non tam ea proponit, de quibus dicturus ipse sit, quam deridet (leniter tamen) rhetorum et dialecticorum subtilitates atque spinas. Neque enim de singulis istis quaestiunculis sese disputaturum, satis ipse declarat, dicens: *Ac licet quaeque sequuntur.*” Mox *appellant* post *περίοδον* addunt Venetae, Tul. non improb. Ernestio. Verbum non agnoscunt Cdd. nuper collati. *aut in extremis* Schuetzius in Ed. mai. contra Cdd., etiam Einsied. OR.

§. 205. [*aequaliter*] Sic etiam Eins. — *aequaliter* Man. Lamb. Sed vide §. 198. OR.

aut cur; quibusque partibus, pluribusne an singulis, imparibus an aequalibus; et quando aut istis aut illis sit utendum; quaeque inter se aptissime collocentur et quomodo, an omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodque ad rem maxime pertinet, qua ratione numerosa fiat oratio. Explicandum etiam est, unde orta sit forma verborum, 206 dicendumque, quantos circuitus facere deceat, deque eorum particulis et tamquam incisionibus disserendum est quaerendumque, utrum una species et longitudo sit earum, ane plures, et, si plures, quo loco aut quando quoque genere uti oporteat. Postremo totius generis utilitas explicanda est, quae quidem patet latius: non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures accommodatur.

Ac licet non ad singulas res respondentem de uni-207 verso tamen¹ genere sic dicere, ut etiam singulis satis

E. 1) *Abest tamen*

L. 2. (*an paribus* Fort. b.) *Ibid. (aut his aut illis* Al. b.) 9. (*disserendum quaerendumque* Al. b.) 15. *Abest tamen*

[*aut istis*] Alii in Marg. Lamb. *aut his*. Bene. BEIER. Nihil mutant Cdd. noti. OR.

§. 206. [*Explicandum etiam est*] Schuetzius haec verba perinde habuisse videtur ac si dictum esset *Explicandum est etiam*. Sed *etiam* h. l. pro *adhuc* ponitur hac sententia: »Ex iis, quae a Graeculis quaesita sunt, alia a nobis iam disputata sunt; explicanda restant haec: primum, unde orta sit forma verborum (scil. e genere *ἐπιδεικτικῶν* §. 207. cfr. §. 37. cet. Perperam Schirachius et Hauffius v. forma de verborum origine acceperunt. Immo pariter ut Cap. 62, §. 211. *haec forma est numerosa oratio*. BEIER. Haec v. *etiam* explicatio mihi minime probatur. Nam sive scripseris *explicandum etiam est*, sive *explicandum est etiam*, simplex sententia haec est: »ei, qui e Graecorum more *τέχνην ὀητορικὴν* conscribit, praeterea singulatim est explicandum cet. Nos autem *τέχνην* non elaboramus.» Ceterum ex uno Cd. Monac. (etiam adversus Eins.) Meyerus recepit *Explicandum est etiam*, pro quo Frot-scher vult *Explicandum etiam* omisso *est*. Sic etiam Beierus cum Marg. Lamb. deleri inssit *est* post v. *disserendum*. Item delet *est* Margo Lamb. post *videndum* §. 209. Saepius iam diximus nullam id habere offensionem propter antiquam pronuntiationem *etiamst*, *disserendumst*. Pro *anne plures* (sic Eins.) Viteb. *an plures*. Cfr. §. 181. OR.

§. 207. [*Ac licet*] Solita haec in talibus transitio est. Meyerus et Billerbeck *At licet* e Dresd., quem solum sequi nolim. Etiam Eins. *Ac*. Et verum hoc esse patet e v. *tamen* servato ab uno Eins., quod minime interpolatori debetur. OR.

responsum esse videatur. Remotis igitur reliquis generibus unum selegimus hoc, quod in causis foroque versatur, de quo diceremus. Ergo in aliis, id est, in historia et in eo, quod appellamus *ἐπιδεικτικόν*, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more, illa circumscriptione ambituque, ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistat in singulis perfectis absolutisque
 208 sententiis. Itaque posteaquam est nata haec vel circumscriptio vel comprehensio vel continuatio vel ambitus, si ita licet dicere, nemo, qui aliquo esset in numero, scripsit orationem generis eius, quod esset ad delectationem comparatum remotumque a iudiciis forensique certamine, quin redigeret omnes fere in quadrum numerumque sententias. Nam quum is est auditor, qui non vereatur, ne compositae orationis insidiis sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium
 62 servienti. Genus autem hoc orationis neque totum as-
 209 sumendum est ad causas forenses neque omnino repudiandum: si enim semper utare, quum satietatem affert, tum quale sit etiam ab imperitis agnoscitur. Detrahit praeterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem et fidem.

Sed, quoniam adhibenda nonnunquam est, primum videndum est, quo loco, deinde quam diu retinenda sit,
 210 tum quot modis commutanda. Adhibenda est igitur numerosa oratio, si aut laudandum est aliquid ornatus, ut nos in Accusationis secundo de Siciliae laude diximus, ut in senatu de consulatu meo, aut exponenda narratio,

L. 2. hoc quidem quod 20. tum etiam quale sit, ab 24. (videndum, quo Al. b.) 25. adhibendum - - retinendum - - commutandum 28. aut in senatu

§. 208. [qui aliquo esset in numero] — qui aliquo numero omissis vv. esset in Eins. OR.

§. 209. [tum quale sit etiam] — om. etiam Eins., transponit Lamb. sine certa auctoritate: — tum etiam quale sit. OR.

§. 210. [ut in senatu] E con. in Marg. Lamb. et Ern. pro aut in senatu. (ut senatu Ven. 1.) De consulatu meo: vide ad Attic. I. Ep. 14. Plutarch. in Crasso c. 13. sub finem. Deinceps Ern. coniecit: quae - - desideret. Frustra. Paullo post pron. quod, Ernestio suspectum explicatur *ἐπεξηγήσει*.

quae plus dignitatis desiderat quam doloris, ut in quarto Accusationis de Ennensi Cerere, de Segestana Diana, de Syracusarum situ diximus. Saepe etiam in amplificanda re concessu omnium funditur numerose et volubiler oratio. Id nos fortasse non perfecimus, conati quidem saepissime sumus: quod plurimis locis perorationes nostrae voluisse nos atque animo contendisse declarant. Id autem tum valet, quum is, qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur. Non enim id agit, ut insidietur et observet, sed iam favet processumque vult dicendique vim admirans non anquirit quid¹ reprehendat. Haec autem forma retinenda non diu est: nec dico in 211 peroratione, quam ipsam² includit, sed in orationis reli-

E. 1) inquirit quod 2) ipse

L. 10. ut insidiatorem observet 11. inquirit quod 13. *quam ipse includit*

Vide ad III. *Offic.* 112. pag. 396. BEIER. Iam Lambini et Ern. con. ut in *senatu* confirmatur ab optimo Cd. Einsiedlensi. Pessime orationem de *consulatu* Schirachius de oratione post reditum in *Senatu*, Billerbeck de *Catilinaria* quarta interpretati sunt. OR.

[de Ennensi] — de Hennensi Einsied. Viteb. Pro plurimis locis — pluribus locis Eins. OR.

[Non enim id agit] Beierus recepturus erat Schuetzii coniecturam non enim tum id agit, haec annotans: „Particulam tum inseruit Schuetzius. Arriperem iam; sed ea ipsa mox sequitur. Tum Lambinus e Mss. ut insidiatorem observet; parum concinne: cfr. de *Orat.* I. 30, 136.” — Mihi ut Burchardio, h. l. post superiora illa id autem tum valet, prorsus supervacanea videtur particulae istius repetitio. Ceterum Lambino praeiverant ii, qui ut insidiantem observet scripserunt, quod reperi primum in Ascens. sec. Lambini lectionem recepit Schirachius. — „Ut insidiatorem observet] Sic esse legendum, etiam si nulli Cdd. manusc. adiuvarent, sententia et veritas ipsa declarat. Nunquam enim iudex insidiatur oratori aut actori; sed ab oratore tamquam insidiatore sibi interdum timet.” LAMBINUS. Hinc, puto, manifestum sit Lambinianam lectionem ipsius coniecturae deberi, eoque magis, quod in Cdd. interpolatis, quales ille aliquot habebat, haec desunt. Certe Eins. et Cdd. Meyeri nostram firmant lectionem. Pro dicendique Eins.: — dicendi. OR.

[non anquirit quid repr.] Sic recte Meyerus. anquirit etiam Ven. 2., et solito errore adquirit Eins. Oxon. Dresd. Mon. Mediol. quid Einsied. Dresd. Mon. Mediol. — inquirit quod Recentiores inde ab Aldo cum Vit. Ven. 1. OR.

§. 211. [quam ipsam includit] — „quam ipsa includit] cfr.

quis partibus. Nam quum sis iis¹ locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quae nescio cur, quum Graeci *κόμματα* et *κῶλα* nominent, nos non recte incisa et membra dicamus. Neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina, sed quum verba aut suavitatis aut inopiae causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, quum id appellandum sit, quod propter rerum ignorationem ipsarum nullum haberit ante nomen, necessitas cogat aut novum facere verbum aut a simili mutuari.

63 Quo autem pacto deceat incise membratimve dici, 212 iam videbimus: nunc, quot modis mutantur comprehensiones conclusionesque, dicendum est. Fluit omnino numerus a primo tum incitatus brevitate pedum tum proceritate tardius. Cursum contentiones magis requirunt, expositiones rerum tarditatem. Insistit autem ambitus modis pluribus, e quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus vocatur, quum duo extremi chorei sunt, id est, e singulis longis et brevibus. Expianandum est enim, quod ab aliis iidem pedes aliis vo-

E. 1) his

L. 2. *his in locis* 14. *cum incit.* 17. *pedibus pluribus*

§. 122. extr. Sic edidit iam Schirach., i. e. cuius ipsa maxime propria est. Peroratio proprie ad hanc formam pertinet. Libri (etiam Eins.) *ipse*, cui Schuetzius adiecit voc. *finis*. Facilius reposueris *quam ipsam*; nam accusativi terminationem absorpsisse videtur prima proximi vocabuli syllaba. Et iam Gulielmius non, ut Ern. refert, *ipsa* correxerat, sed *ipsam cludit*. BEIER. Miro casu factum est, ut error typographicus *ipsa* apud Ern. placeret Schirachio, Burchardio, Billerbeckio, nec displiceret Beiero. Praetuli *quam ipsam includit*, i. e. quam totam occupat atque terminat. Placeret *concludit*, ut est §. 122. nec tamen id prorsus necessarium iudico. Recte autem Billerbeck verba ipsa *nec dico* — *partibus* defendit adversus Meyerum, qui quum videret prorsus perversum esse *quam ipse includit*, ea omnia [] inclusit. (Tria verba *quam ipse includit* suspecta fuerant iam Lambino.) Deinde *iis locis* cum Eins. (*hiis*) Crat. Ald. 2. Man. dedi pro *his locis*. In v. *dictio est ad illa* Eins. — om. est. OR.

§. 212. [*modis pluribus*] Lambinus omnino pertendit repouendum: *pedibus pluribus*; oblitus praecessisse: *nunc quot modis mutantur comprehensiones* cet.; item dixisse Tullium

cabulis nominantur¹. Dichoreus non est ille quidem sua²¹³ sponte vitiosus in clausulis, sed in orationis numero nihil est tam vitiosum quam si semper est idem. Cadit autem per se ille ipse praeclare, quo etiam satietas formidanda est magis. Me stante C. Carbo, C. F., tribunus pl., in concione dixit his verbis, *O Marce Druse, patrem appello*: haec quidem duo binis pedibus incisim. Deinde² membratim, *Tu dicere solebas, sacram esse rem publicam*: haec item membra ternis. Post ambitus, *Qui-²¹⁴ cunque eam violavissent, ab omnibus esse ei poenas persolutas*: dichoreus. Nihil enim ad rem, extrema illa longa sit an brevis. Deinde, *Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit*. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quaero, nonne id numerus effecerit? Verborum ordinem immuta, fac sic: *Comprobavit filii temeritas*, iam nihil erit, etsi *temeritas* ex tribus brevibus et longa est, quem Aristoteles ut optimum probat, a quo dissentio. — At eadem verba, eadem sententia. — Animo istuc satis est,²¹⁵ auribus non satis. Sed id crebrius fieri non oportet. **64** Primum enim numerus agnoscitur, deinde satiat, postea

E. 1) nominantur vocabulis 2) dein

L. 1. nominantur vocabulis 9. dein (sic) membratim ternis 10. deinde item membratim quaternis: post clausula ambitus (Item b. sed: haec item) 11. persolutas. persolutas dichoreus

supra C. 58. sub finem: *Itaque non sunt in ea tamquam tibicini (tibicinii) percussionum modi.* GRUTERUS.

[*vocabulis nominantur*] Hoc ordine Rufinus, Eins. Viteb. Dresd. Monac. Consulto hic dichoreo usus est. Edd. autem *nom. voc.* De collocatione §. 213. v. *sua sponte et sponte sua* cfr., quae conguessit Muellerus ad *Sestianam* §. 100. Tum notandum ac praeferendum fortasse Rufini ipse ille pro ille ipse. — Pro stante malim astante. Tum Ruf., Eins. et Viteb.: *Deinde membratim*; quod recepi pro = *Dein m.* OR.

§. 214. [*violavissent*] = *violassent* e Viteb. Meyerus. (— *violasset* Rufin.) Cum Eins. ceterisque notis malui h. l. formam pleniorum. — Eins.: *dichoreius* et *dichoreio*. Fueruntne haec pedum nomina Graece scripta in Cic. archetypo? Tum: ∞ nihil ad rem enim Meyerus ex uno Dresd. contra Rufinum et Eins. De vv. nonne effecerit (sic etiam Eins.) (pro quo numne Rufin. Med. Tul. annon Ern. susp.) cfr. Ochsneri *Eclogas* p. 351. Ed. tertiae. OR.

cognita facilitate contemnitur. Sed sunt clausulae plures, quae numerose et iucunde cadant. Nam et creticus, qui est e longa et brevi et longa, et eius aequalis paeon, qui spatio par est, syllaba longior, quam commodissime putatur in solutam orationem illigari, quum sit duplex. Nam aut e longa est¹ et tribus brevibus, qui numerus in primo viget, iacet in extremo, aut e totidem brevibus et longa, in quem optime cadere censent veteres, ego 216 non plane reiicio, sed alios antepono. Ne spondeus quidem funditus est repudiandus. Etsi, quod est e longis duabus, hebetior videtur et tardior, habet tamen stabilem quandam et non expertem dignitatis gradum, in incisionibus verò multo magis et in membris: pauci-

E. 1) *Abest est*

L. 3. *paeon h. l.* 6. *Abest est* 10. *Etsi enim quod*

§. 215. [*iucunde cadant*] — *iuc. cadunt* Rufinus. Tum aut e longa est e Ruf. Viteb. Monac. Meyerus; omittunt est Ceteri. Sed firmat est etiam Eins. Idem pro aut e totidem: — aut totidem. OR.

[*in quem optime cadere*] scil. verba vel comprehensionem. Cfr. C. 57, 194. extr. 66, 223. extr. BEIER. Scil. et Rufinus et Schuetzius in Ed. mai. omittunt voc. *in*, quod recte firmant Eins. et Cdd. Meyeri. OR.

§. 216. [*et in membris*] „Sensus indicat legendum: *quam membris* (— estne error pro: *quam in membris*?) *Incisa* enim Cicero distinguit nominatim a *membris*, quod manifesto exponet paullo post. Et quod sequitur, nostram sententiam confirmat: *Paucitatem enim pedum gravitate sive tarditate* (sic) *compensat*. Scilicet quum in *incisionibus* pauciores sint pedes, quam in *membris*, spondeus in illis *compensat paucitatem suam tarditate*. Etenim si spondeus aptus sit *incisionibus* et *membris*, nullum video tertium, cui minus aptus esse possit.” ANONYMUS OLIVETI prob. Lallemando. Sed tertium illud, quod Anonymus requirebat, tota est periodus sive circuitus sive comprehensio. Recipiendum erat, quod his Rufinus et optimus Cd. Einsiedlensis omnibus literis exhibent *gravitate sua et tarditate* pro Ceterorum: *gravitatis suae tarditate*; lectionis monstro nimis patienter adhuc tolerato. Pro *paucitatem enim pedum* Lamb. in Curis sec. malebat *paucitatem enim syllabarum*. Beiero aliquando in mentem venerat *parvitatem* vel *paritatem*; utramque tamen suspicionem reiecit ipse. Adversus Ern. *proxime superiorem* suspicantem et Schellerum v. *superiorem* delentem cfr., notante iam Frotschero, Heindorfium ad l. *de Nat. Deor.* p. 166. et Wopkens p. 243. *Hand.* Etiam Eins. firmat Latinam lectionem *proximum superiorem*. OR.

tatem enim pedum gravitate sua et tarditate¹ compensat. Sed hos quum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo: adiungo (quod minimum sit) proximum superiorem, saepe etiam tertium. Ne iambus qui-²¹⁷dem, qui est e brevi et longa, aut par choreo trochaeus², qui habet tres breves, sed spatio par, non syllabis, aut etiam dactylus, qui est e longa et duabus brevibus, si est proximus a postremo, parum volubilter pervenit ad postremum³, si est extremus choreus aut spondeus. Nunquam enim interest, uter sit eorum in pede extremo. Sed iidem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum in extremo locatus est, nisi quum procretico postremus est dactylus. Nihil enim interest, dactylus sit extremus an creticus, quia postrema syllaba

E. 1) gravitatis suae tarditate 2) Abest trochaeus 3) extremum

L. 1. syllabarum enim paucitatem (paucitatem enim syllabarum Lamb. b.) gravitatis suae tardite 6. aut par trochaeus, qui 9. extremum

§. 217. [aut par choreo trochaeus] Cum Meyero inserui trochaeus ex Rufini corruptela: aut par est choreo qui habet tres breves trochaeus cet., quod saltem, minus audaces si esse vellemus, sic leg. esset: aut par choreo (is), qui habet tres breves trochaeus: sed ut sexcenta vocabula exciderunt vel e solo Cd. optimo Einsiedlensi, sic h. l. post choreo simile voc. in omnibus nunc notis omissum est trochaeus. Ex eodem fonte Beier maluit: aut par trochaeus choreo; sed tum qui nimis ambiguum fit. OR. — Schuetzius pro choreo restituit trochaeus. ut ait cum Camerario. Sed hic in Adnotatt. cum Venett. libris (i. e. Victorii Ed., id quod fugit omnes fere Ciceronis editores:) male defendit volg. choreo. Mox Rufinus iidem tres pedes male concluduntur, i. e. in clausulam coniciuntur. BEIER. Scil. lectio a Camerario reiecta aut par trochaeus est in Hervag. prima et secunda s. Camerariana, probata etiam Lambino. Meyero-Beierianam lectionem parum feliciter impugnavit Billerbeck, quasi vero aut par choreo esset περίφρασις verbi trochaei. Cfr. de h. l. etiam Santenium ad Terentianum p. 107. Ceterum cum Cd. optimo Eins. edidi: dactylus - - - parum volubilter pervenit ad postremum pro Ceterorum omnium: — ad extremum; nam oppositio hic requirebatur inter postremum cum prioribus comparatum et omnium extremum: et omnino in talibus varietatem amat Tullius. Videlicet inest in his verbis ipsis constans illa doctrina scriptorum vere Latinorum, quae religiose vitare nos iubet in fine ambitus (periodi) exitum hexametri sive Adonium Nubibus atris || Condita nullum || Fundere possunt || Sidera lumen Boëthii. Idem Eins. mox: — extremus est dactylus. OR.

218 brevis an longa sit, ne in versu quidem refert. Quare etiam paeana qui dixit aptiorem, in quo esset longa postrema, vidit parum, quoniam nihil ad rem est, postrema quam longa sit. Iam paeana, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus a quibusdam, non pes habetur. Est quidem, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae; putant illi etiam cadenti, quo loco mihi videtur aptior creticus. Dochmius autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc, *Amicos tenes*, quovis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus aut conti-

65 nuatus numerum apertum et nimis insignem facit. His

219 igitur tot commutationibus tamque variis si utemur, nec deprehendetur manifesto, quid a nobis de industria fiat, et occurreret satietati. Et quia non numero solum numerosa oratio, sed et compositione fit et genere (quod ante dictum est) concinnitatis: compositione potest intelligi, quum ita structa verba sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse videatur, ut apud Cras-

L. 2. (*paeana* Al. b.) 4. *ad rem* (om. est) *postrema brevis an longa sit* (In marg. b. huic lect. adscribitur Fort.; Lambino nostra tribuitur.) 10. *Dochimus* 18. *compositio*

§. 218. [*postrema quam longa sit*] Sic Eins. Viteb. Monac. Dresd. Oxon. — *postrema an longa sit* Ern. coni., quasi e Viteb. ∞ *postrema brevis an longa sit* Rufinus et Lamb., impense probb. et Beiero et Santenio ad *Terentianum* p. 69. Est tamen iteratio parum grata post §. 217. extr. OR.

[*quam res*] Omittit haec verba Rufinus (p. 911. ed. Basil. 1545.), quae tamen legisse videtur Quintil. IX. 4, 79. (*habentque* Cdd., etiam Einsied.) Pro v. *habetur* idem Rufinus (l. l.) *existimatur*, fortasse rectius, quum praecesserit modo *habeat*. BEIER. Rufinus bis cum solo Dresd. *habet*. Idem pro *habetur* alio loco pag. 914. Basil. *nominatur*, notante iam Meyero. *habeat* et *habetur* firmatur etiam ab Eins. OR.

[*mediae*] — *medianae* Eins., ut solent interdum Cdd. recentiores etiam alibi hoc voc. illi substituere. Tum idem: = *ut hoc est*, et *aptus est ille*. OR.

§. 219. [*Et quia non numero, cet.*] Mance Eins. sic exhibet h. l.: — *Et quia non numerosa oratio sed et compositione concinnitatis potest intelligi*. Tum idem: = *libido*, ut Crat. Ald. sec. Lamb.; et barbare: — *praedominatur*. Deinde omittit v. *aperta*. Paulo post is quoque et Cdd. Meyeri habent *eam*

sum: *Nam ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est.* Ordo enim verborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria. Itaque si quae veteres illi (Herodotum dico et Thucydidem totamque eam aetatem) apte numero sequere dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. Formae vero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessario. Nam quum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut quae similiter cadunt verba verbis comparantur: quidquid ita concluditur, plerumque fit, ut numero cadat. Quo de genere cum exemplis supra diximus, ut haec quoque copia facultatem afferat non semper eodem modo desinendi. Nec tamen haec ita sunt arcta¹ et astricta, ut ea, quum velimus, laxare nequeamus. Multum interest, utrum numerosa sit, id est, similis numerorum, an plane e numeris constet oratio. Alterum si fit, intolerabile vitium est; alterum nisi fit, dissipata et inculta et fluens est oratio.

Sed quoniam non modo non frequenter, verum etiam raro in veris causis aut forensibus circumscripte numeroque dicendum est, sequi videtur, ut videamus quae

E. 1) arcta

L. 1. libido 3. si qua 4. totamque illam 14. arcta (arta Vet. Cd. b.)

aetatem, non illam ae., ut edidit Lamb. Mox Eins.: — et si non numero quaesito. OR.

§. 220. [inest] — est Eins. Vit. Dresd. Edd. vett. Tum Einsied.: — ut haec copia quoque. Praeterea arcta Eins. Vit. Meyerus. = arcta Cett. OR.

[Alterum si fit] Nihil muto; veruntamen non celabo lectorem in quibusdam libris Mss. scriptum esse: alterum si sit et mox alterum nisi sit. LAMBINUS. Sic scil. Edd. Veneta utraque. Crat. Rectam lect.: fit — fit habet Eins. OR.

§. 221. [aut forensibus] Beierus recepturus erat Schuetzii coni. ∞ et forensibus. Tum: — et neve brevior Vit. Dresd. Mon. Victor. — et ne ut br. Eins. Meyerus malebat et nec brevior. Lectio Marg. 1584. neve longior probata Schuetzio et Beiero in Cdd. nondum reperta est. Mox: — accidat Eins. Tum defraudasse e Dresd. Meyerus. Eandem scripturam in uno Cd. repererat neque improbarat Lambinus. Eins. habet defraudasse. Apud Frontonem Ed. Rom. p. 154. defraudcs. Tum Meyerus neu e Viteb. pro ceterorum (etiam Eins.) neve. OR.

sint illa quae supra dixi incisa, quae membra. Haec enim in veris causis maximam partem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus et plena comprehensio e quattuor fere partibus, quae membra dicimus, ut et aures impleat et ne brevior sit quam satis sit neque longior. Quamquam utrumque nonnunquam vel potius saepe accidit, ut aut citius insistendum sit aut longius procedendum. ne brevitatis defraudasse aures videatur neu¹ longitudo obtudisse. Sed habeo mediocritatis rationem; nec enim
 222 loquor de versu et est liberior aliquanto oratio. E quattuor igitur quasi hexametrorum instar versuum quod sit, constat fere plena comprehensio. His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continuationis, quos in ambitu coniungimus. Sin membratim volumus dicere, insistimus, idque quum opus est, ab isto cursu invidioso facile nos et saepe disiungimus. Sed nihil tam debet esse numerosum quam hoc, quod minime apparet et valet plurimum. Ex hoc genere illud est Crassi: *Missos faciant patronos, ipsi prodeant*. Nisi intervallo dixisset, — *ipsi prodeant*, — sensisset profecto se fudisse² senarium: omnino melius caderet, *prodeant ipsi*: sed de

E. 1) neve 2) profecto effugisse

L. 5. (neve longior Al. b.) 8. (defraudasse aures Al. aures defraudasse Fort.) Ib. neve 12. His in singulis 14. nolimus 20. profecto effluxisse (pr. se effudisse Al. b. — pr. excidisse Al. b.)

§. 222. [*instar versuum quod sit*] Legendum videtur: *quae sint*. LAMBINUS. Sed constructio haec est: „ex eo igitur quod quattuor fere hexametrorum versuum sit instar” cet. OR.

[*Sin membratim volumus dicere*] Satis speciose Lambinus, prob. Sylburgio, contra Cdd. edidit *nolimus*, ut sit: = *sin caesim volumus dicere*, ac de *membris* sermo sit in illis e quattuor igitur cet., hoc vero loco de *incisis*. Cfr. tamen Ernestii *Lex Rhetor. Lat.* p. 219. OR.

[*insistemus; idque*] Schuetzius coniecit: *incidimus*. Itaque. Sed *insistere* opponitur *cursui*. BEIER. Mox Eins.: = *diuungimus* cum Dresd. Ven. pr. Vict. et: *tam esse debet*. OR.

[*profecto se fudisse*] Sic e Viteb. optime Meyerus. (— *profectos effugisse* Eins. *profectus effugisse*; Monac. in quibus itidem latet *se*.) Beier quidem haec annotavit: „*profecto effudisse*] Volgo *pr. effugisse*. Margo Lamb. *se effudisse* nescio an e correctione. Lenius corrigatur *effudisse se*; sed pronomine reciproco non opus. Vide ad *Argum. or. pro Scauro* p. 127.” OR.

genere nunc disputo. *Cur clandestinis consiliis nos* 223 *oppugnant? cur de perfugis nostris copias comparant contra nos?* Prima sunt illa duo, quae *κόμματα* Graeci vocant, nos incisa dicimus: deinde tertium, *κῶλον* illi, nos membrum: sequitur non longa, — ex duobus enim versibus, id est, membris perfecta comprehensio est et in spondeos cadit: et Crassus quidem sic plerumque dicebat, idque ipse genus dicendi maxime probo. Sed quae incisim aut membratim efferuntur, ea vel aptissime cadere debent, ut est apud me: *Domus tibi deerat: at*

L. 5. non longa (ex - - perfecta est) comprehensio

§. 223. [*comparant contra nos*] Sic Cdd. nunc noti, etiam Eins. Certum est tamen Quintilianum IX, 4, 101. legisse: *∞ comparat is contra nos*, quod recepit Meyerus. Cfr. Victorii *Var. Lectt.* 4, 1. Santenium *ad Terentianum* p. 114. Sed Gesnerus iam observavit tum leg. esse *oppugnat*. Quid? quod ne hoc quidem iuvat, quum *faciant - - ipsi prodeant* eam quoque correctionem excludat. Rufinus autem et Cdd. noti h. l. vulgatam firmant. Quocirca dubius haereo, utrum Quintilianus revera in Cdd. suis sic invenerit, an in memoriae errore maiorem etiam numerorum elegantiam repererit quam fuerat Crassi ipsius. OR.

[*cur - - contra nos*] Schuetzius, Hauffius et Brewerius existimant intercidisae primum membrum comprehensionis, quum nunc non bimembrem faciant verba, sed *κῶλον*. Nobis tamen coli ambitum excedere videtur; primum autem membrum absolvi his: *cur de perfugis nostris copias*. Hic enim vox paullulum subsistit. BEIER.

[*Sequitur non longa cet.*] Schuetzius (quem secutus est Billerbeck.) transposuit hoc modo: *Sequitur comprehensio non longa (ex duobus enim versibus, id est, membris perfecta est) cet.* Sic sane in quadrum redigitur oratio. Ego vero auctor non fiam eripiendi Ciceroni traiectiones verborum. Substantivum *comprehensio* attractum est celeritate cogitandi ab altero membro, ut saepe ab enuntiato secundario. BEIER. Melior sane Schuetzianâ illâ, iudice etiam Burchardio, erat transpositio facta a Lambino: *non longa (ex - - perfecta est) comprehensio*; nec tamen ipsa prorsus necessaria. Tum *spondios* hic et alibi Eins. OR.

[*genus dicendi*] Meyerus v. *dicendi*, utpote a Viteb. omis- sum, [] inclusit. Sane, si est glossema, antiquissimum est, quum id habeat iam Rufinus sic: *id ipsum genus dicendi* et confer §. 226. *nec ullum genus est dicendi aut melius cet.* Praeterea retinetur ab Eins. ceteroquin ad omissiones tam pronò. OR.

224 *habebas. Pecunia superabat: at egebas. Haec incise dicta sunt quattuor. At membratim quae sequuntur duo: Incurristi amens in columnas: in alienos insanus insanisti.* Deinde omnia tamquam crepidine quadam comprehensione longiore sustinentur: *Depressam, caecam, iacentem domum pluris quam te et [quam] fortunas tuas aestimasti.* Dichoreo finitur. At spondeis¹ proximum illud. Nam in iis, quibus ut pugniunculis uti oportet, brevitatis facit ipsa liberiores pedes. Saepe enim singulis utendum est, plerumque binis, et utrisque addi
225 pedis pars potest, non fere ternis amplius. Incisim autem et membratim tractata² oratio in veris causis plurimum valet, maximeque iis³ locis, quum aut arguas aut refellas, ut nostra in Corneliana secunda: *O callidos*

E. 1) dispondeo 2) tracta 3) his

L. 4. *omnis* 5. *comprehensio longior sustinetur* 7. *et dichoreo finitur. At dispondeo prox. 13. his*

§. 224. [*incise*] — *incisa* Eins. Mediol. Aldd. Mire variavit Cic., quum paullo ante scripsisset *incisim*. *Incise* tamen sine varietate est §. 212. OR.

[*in alienos insanus insanisti*] Sic Rufinus, Cdd. et Edd. Corruptum tamen videtur. Ad sonum confer *pro Sex. Roscio* §. 33. — *qui ipsi quoque insaniunt, insanissimum.* — *in alienis* volebat Beier in Schedis et ad *Scaurianam* p. 214. (ibi et: *in alieno.*) — *in aliena* Burchardi. — *insanos* Ernesti *Lex. rhet. v. membrum.* — *in antis aeneis insanis* Schuetz. Mox Eins. omittit v. *quam*. Tum Rufinus, Eins. et Viteb. ∞ omittunt *quam* ante *fortunas*. In lectt. autem Viteb. *extimasti* et Dresd. *exstimasti* magis inest: ∞ *existimasti* quam *aestimasti* (Eins.) Ceterum merae Lambini sunt coniecturae: — *omnis* — *comprehensio longior sustinetur* et *dichoreoque*, non e Mss. desumptae lectiones. OR.

[*At spondeis proximum*] Sic Rufinus; eodemque ducit Cdd. (Eins. Vit. Dresd. Monac. Oxon.) et Edd. vett. corruptela: *spondeus* vel *spondius*. In Asc. sec. Crat. Hervag. reperi *at dispondeus proximum* e correctione sane, non e Cdd. petitum. Hoc autem rursus emendatum in: *At dispondeo proximum* Steph. Lamb. Seqq. Sed cfr. etiam §. 223. *in spondeos cadit*. Ceterum Eins. sic: — *At spondeus proximus. Nam in huius.* OR.

[*Nam in iis*] Schuetz. e coni. *in illis*. At pronomen non ad *incisa et membra* spectat, sed ad sola *incisa*, in quorum exemplis sunt epitriti (v v — v) et ionici a minore (v v — —). BEIER. Falsa lectio *propugnaculis* Ven. sec. orta est ex altero errore Eins.: — *pugnaculis* pro *pugniunculis*. OR.

§. 225. [*tractata*] Ernestius *tracta* e Viteb. et sic etiam

homines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda! Membratim adhuc, deinde caesim: *Diximus*, rursus¹ membratim, *Testes dare volumus*. Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest esse brevior: *Quem, quaeso, nostrum fefellit, ita vos esse facturos?* Nec ullum genus est dicendi aut melius²²⁶ aut fortius quam² binis aut ternis ferire verbis, nonnunquam singulis, paullo alias pluribus, inter quae variis clausulis interponit se raro numerosa comprehensio: quam perverse fugiens Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult alterum paene Demosthenem, saltat incidens particulas. Et is quidem non minus sentiis peccat quam verbis, ut non quaerat, quem appellet ineptum, qui illum cognoverit. Sed ego illa Crassi et nostra po-

E. 1) deinde caesim diximus. Rursus 2) *Abest* quam

L. 3. *deinde caesim: rursus membratim:* „diximus; testes (In marg. ut nos. Al. b.) 14. (cognovit Al. b.)

Eins. contra Cdd. ceteros et Rufinum. Bene refutaverunt Schellerus *Obs.* p. 38. et Schuetzius. Sic tamen iam voluerat suis e Cdd. Manutius. Longe aliud significat *tracta quaedam et fluens oratio* §. 66. Contra cfr. §. 201. *tractatio in collocatione verborum*. Tum *iis* pro *his* est ex Eins. *hiis* et ex Rufino, qui statim: *ut nos*. De interpunctione a Schuetzio et Meyero correctam in v. *diximus* cfr. Quintil. 9, 4, 122. Lambinus quidem v. *diximus* transposuit ante v. *Testes*, deceptus a Quintiliano l. 1. E Quintil. l. 1. §. 122. Meyerus dedit: ∞ *id vos ita esse facturos*; et habet Diomedes *id ita vos esse f.* Retinui Cdd. Cic. (etiam Eins.) et Rufini lectionem propter dubitationem iam ad §. 223. manifestatam: hoc autem loco v. *id* aequae facile a praecedente syllaba *it* potuit absorberi, ac per geminationem ex eadem oriri. Errorem Dresd. Ven. 1. Med. *ita nos* casu habet Billerbeck. Or.

§. 226. [*aut fortius quam*] *quam* accessit a Lambino. Idem coniecit Ern. Abiectum videtur verbo *ferire* contracto in *fere* (in sola tamen Ed. Ven. 1.) Deinde volgatam *cognoverit* contrahendum in *cognorit*, ut est in marg. Lamb. BEIER. Lectionem *quam binis* egregie nunc firmat Einsiedl., qui recte etiam: *ferire verbis*. Incerti conii. *versibus* pro *verbis*, haud improbatam Ernestio, recte refutavit Schuetzius. Pro *ferire, finire* Ven. 2. Crat. Sed cfr. §. 228. *oratio nec plagam gravem facit* cet. Tum *inter quae* (Monac.?) Rufinus. Ven. 2. Lamb. Ern. Seqq. — *inter quas* Ceteri, etiam Eins. Pro *dum ille quoque* suspicari possis: ∞ *dum ipse quoque*. Formam *cognoverit* habet etiam Eins. Pro *nostra* posui Eins. mire: *nostra pompeiana*. Or.

sui, ut qui vellet auribus ipsis, quid numerosum etiam in minimis particulis orationis esset, iudicaret. Et quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus.

68 Nihil enim est aliud, Brute, (quod quidem tu minime
227 omnium ignoras) pulchre et oratorie dicere nisi optimis sententiis verbisque lectissimis dicere. Et nec sententia ulla est, quae fructum oratori ferat, nisi apte exposita atque absolute, nec verborum lumen apparet nisi diligenter collocatorum, et horum utrumque numerus illustrat; numerus autem (saepe enim hoc testandum est) non modo non poëticae iunctus, verum etiam fugiens illum eique omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri non modo oratorum et poëtarum, verum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus, sed ordo pedum facit, ut id, quod pronuntiatur, aut orationis aut poëmatis simile videatur.

228 Hanc igitur, sive compositionem sive perfectionem sive numerum vocari placet, adhibere¹ necesse est, si ornate

E. 1) et adhibere

§. 227. [*Nihil enim cet.*] Mallet vv. sic transposita: *Nihil est enim aliud*; cfr. *Offic.* III. 13, 55. princ. BEIER. *Lectio- nem lectissimis* firmant Viteb. Monac. contra (Eins.) Dresd. Edd. vett. et Gruteri *lectissime*. Tum Manutius del. censebat *Et ante v. nec sententia*, neque enim facile iungi et nec. Verum primo illi et respondet et horum utrumque cet. OR.

[*numerus autem cet.*] Meyerus sic distinxit: *numerus autem (saepe enim hoc testandum) est non modo non cet.* Mihi huius quoque substantivi *numerus* verbum esse videtur *illustrat*. Tum Eins. omittit v. *non modo* ante *oratorum* et pro *verum omnino* habet: *sed omnino*. Omissio illa hoc quidem loco pro mero errore haberi debet: longe alia quaestio est de locis similibus in Epp., ubi *non modo* ante v. *sed etiam* omittitur saltem in Cdd. Mediceis: *ad Famil.* 13, 64, 2. *ad Q. Fratr.* 1, §. 44. *ad Attic.* 9, 13, 2. *ad Attic.* 10, 16. in fine; cfr. Garatonium *ad Philipp.* T. 2. p. 491. Saepe tamen, si non semper, ista omissio vv. *non modo*, *non solum* librariis dumtaxat tribuenda est, atque e compendiis scripturae orta: v. c. *Verr.* 2, 3, 214. Cod. Sangallensis: *aestimatio, quae oratori incommoda non est, sed etiam grata est pro non modo incommoda cet.* OR.

§. 228. [*placet adhibere*] — *placet et adhibere* Cdd. etiam Meyeri et Eins., Edd. praeter Lamb., Schuetz., Meyerum, Particulam et delet Manutius, suffragante praesertim libro

velis dicere, non solum (quod ait Aristoteles et Theophrastus) ne infinite feratur ut flumen oratio, quae non aut spiritu pronuntiantis aut interductu librarii, sed numero coacta debet insistere, verum etiam quod multo maiorem habent apta vim quam soluta. Ut enim athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palaestram quandam, ut, quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum: sic oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta, nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit. Itaque qualis eorum 229 motus quos ἀπαλαίστρους¹ Graeci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias, tantumque abest, ut, quod ii, qui hoc aut magistrorum inopia aut ingenii tarditate aut laboris fuga non sunt as-

E. 1) ἀπαλαίστρους

L. 3. (interpunctu Fort. b.) 11. tecte 13. ἀπαλαίστρους 14. (sententiam Al. b.) 15. abest ne

uno antiquo." SYLBERGIUS. — Margo Lamb.: — interpunctu pro interductu contra Cdd. notos, etiam Einsiedl. Pro fuit apta: — fiat apta Eins. Viteb. Ven. sec. — fuerit apta Aldd. Vict. Man. OR.

[satis recte] Hanc lectionem Med. Tulich. Iu. Cr. Ern. Schuetz. etiamnunc retinui, tum propter rationem ab Ern. allatam: „Quid enim, inquit, ad decorum valet, ut tecte declinemus impetum?" — tum propter manifestam Quintiliani imitationem IX. 4, 8.: in omni palaestra, quid satis recte cavetur ac petitur, cui non artifex motus et certi quidam pedes adsint? — tecti Dresd. Monac. Ven. 1. — tecta Ven. 2. — tecte Aldd. Vict. Man. Lamb. idque agnoscit Forcellinus in v. tecte. — tute e Viteb. Meyerus. Sed in hoc eadem cadit Ern. reprehensio atque in v. tecte; et videtur forma ista pro tuto relinquenda Scriptori ad Herennium 3, 5. et 7. Vocabulum controversum omittit Eins. Pro intelligit: — intelligat Eins. Viteb. OR.

§. 229. [ἀπαλαίστρους] Sic (sed Latinis literis) Eins. Cdd. Leclerquii. Oxon. Dresd. (cfr. Gesnerum ad Quintil. 9, 4, 56.) Ven. 2. Gryph. 2. Burchardi. Schuetz. Meyerus, Beier. — ἀπαλαίστρους Plerique, etiam Lamb. Ern. OR.

[tantumque abest, ut] Sic e grammaticae legibus Manut. Anonymus Oliveti. Rursus Ern. Schuetz. Beier. — tantumque abest ne Cdd. noti, etiam Eins. Edd. cett. Meyer. Billerbeck; qui cum Schuppio explicat: tantumque abest, ut me-

secuti, solent dicere, enervetur oratio compositione verborum, ut aliter in ea nec impetus ullus nec vis esse
 69 possit. Sed magnam exercitationem res flagitat, ne quid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt, simile faciamus, ne aut verba traiciamus aperte, quo melius aut
 230 cadat aut volvatur oratio: quod se L. Caelius Antipater in prooemio belli Punici nisi necessario facturum negat. O virum simplicem, qui nos nihil celet: sapientem, qui serviendum necessitati putet! Sed hic omnino rudis. Nobis autem in scribendo atque in dicendo necessitatis excusatio non probatur. Nihil est enim necesse, et si quid esset, id necesse tamen non erat confiteri. Et hic quidem, qui hanc a Laelio, ad quem scripsit, cui se purgat, veniam petit, et utitur ea traiectione verborum et nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. Apud alios autem et Asiaticos maxime numero servientes inculcata reperias inania quaedam verba quasi complementa numerorum. Sunt etiam qui illo vitio, quod ab

L. 5. faciamus: ut verba 17. reperies

tuendum sit, *ne* cet. Vellem exemplum attulisset. Forcellinus certe in v. *Absum* ad ἀνακόλουθον confugit. Mihi vero longe probabilius est fortasse iam in Cd. unico, qui nobis haec capita servavit, certe in eiusdem apographis a librariis ut in *ne* immutatum esse propter ignorationem formulae tantum abest ut — ut; quae recentioribus quoque saepissime offensionem fuit, ita ut alteri ut adderent potius. Ac praeterea haud raro ut et *ne* a librariis confunduntur v. c. *Brut.* §. 86. Cd. Reg. ut defatigaretur pro recto *ne* def. — *Laelii* §. 81. ut se ipsae diligant Codex Lassbergii *ne* se i. d. — *Scholiastes Iuvenalis* p. 319. ut vita indignus videaris. „Henn. *ne* vita, quod sententia postulat.” Cramer. OR.

[*ne* aut] Schuetzius correxit ut *ne*, quum ei hic displiceret ἀνακόλουθον. Nam pro disiuncto per aut membro sequitur §. 230. med. Apud alios autem cet. Vide Matthiae de *Anacol.* in Wolfii *Analectis* III. p. 2. BEIER. Cfr. Meyerum ad h. l. et Handii *Tursellinum* I. p. 546. OR.

§. 230. [quod se L. Caelius] — om. se Eins. cfr. in primis §. 38. Statim celet lectionem Lamb. Ern. Sch. Meyeri, Beieri firmat nunc tandem Einsied. — celat Ceteri Cdd. Edd. vett. Mox Eins.: ∞ id tamen necesse. OR.

[ad quem scripsit] i. e. cui librum inscripsit sive dedicavit. BEIER. Sic ille cum Burchardio contra Ern., qui interrogavit: „Cur autem diversis haec temporibus, et non scribit,

Hegesias maxime fluxit, infringendis concidendisque numeris in quoddam genus abiectum incidant Siculorum simillimum. Tertium est, in quo fuerunt fratres illi Asia-²³¹ticorum rhetorum principes Hierocles et Meneclis minime mea sententia contemnendi. Etsi enim a forma veritatis et ab Atticorum regula absunt, tamen hoc vitium compensant vel facultate vel copia. Sed apud eos varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. Quae vitia qui fugerit, ut neque verbum ita traiciat, ut id de industria factum intelligatur, neque inferciens verba quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias, nec sine ulla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum: is omnia fere vitia vitaverit. Nam de laudibus multa diximus, quibus sunt alia perspicue¹ vitia contraria. Quan-⁷⁰tum autem sit apte dicere, experiri licet, si aut compo-²³²siti oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum: — corrumpatur enim tota res, ut et haec nostra in Corneliana et deinceps omnia: *Neque*

E. 1) perspicua

L. 5. (mea quidem sententia Al. b.) 15. perspicua 18. corrumpetur

purgat?” atque Schuetzium, cui tria illa verba suspecta videbantur in Ed. mai. Ceterum Einsied. reapse in contextu scribit, in margine scripsit. Lambini reperies (non solum in marg. 1584. sed in Ed. 1566.) pro reperias in nullo adhuc Codice repertum est. Etiam Eins. coniunctivum servat. OR.

§. 231. [Tertium] Immo quartum, admonente Schuetzio. BEIER. — [ab Attic. regula] = a regula Atticorum Eins., sed superscr. „Al. ab Attic. regula.” — [neque verbum] omittunt verbum Monac. Ven. 2. (non Eins.) Tum: = versetur semper in eodem genere verborum Eins. in marg. „Al. numerorum.” Mox perspicue Eins. Vit. Dresd. Gu. 3. Erlang. Ven. 1. 2. Vict. Grut. Meyerus. — perspicua Monac. Aldd. Iu. Crat. Lamb. Ern. Schuetz. OR.

§. 232. [apte dicere] Quum typhothetarum culpa in Meyeri Editionem irrepisset error *apta*, utilissimam hanc adolescentibus adnotationem conscripsit Billerbeckius: „*apta* nicht *apte*, Numeröses sprechen.” — Pro *dissolvas*: — *dissolves* Erl. — *dissolvat* Eins. Vit. Dresd. Edd. vett. — Erlang. Ed. Med. Tul. Steph. Lamb. (adeoque etiam Vetus Steph.): ∞ *corrumpetur*: — *corrumpitur* e Viteb. Meyerus. Eins. servat *corrumpatur*. OR.

[ut et haec nostra] Nollem a Schuetzio cum Gu. 3. (et

*me divitiae movent, quibus omnes Africanos et Laelios multi venalicii mercatoresque superarunt: immuta paullulum¹, ut sit, multi superarunt mercatores venalicii²que, perierit tota res: et quae sequuntur: Neque vestis aut caelatum aurum et argentum, quo nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt: verba permuta sic, ut sit, Vice-
runt eunuchi e Syria Aegyptoque: adde tertium: Neque vero ornamenta ista villarum, quibus L. Paullum et L. Mummius, qui rebus his urbem Italiamque omnem refererunt, ab aliquo video perfacile Deliaci aut Syro potuisse superari: fac ita, potuisse superari ab
233 aliquo Syro aut Deliaci: videsne, ut ordine verborum paullum commutato eisdem² verbis, stante sententia,*

E. 1) paullum 2) iisdem

L. 3. paullum 14. iisdem tamen verbis

Erlang.) et expunctum, quum opponantur et deinceps omnia. BEIER. — et servat Eins. — *venaliciarii* volebant Patricius et Lamb. („nam *venaliciarii* mangones sunt, qui servos venales habent, *venalicii* autem servi ipsi sunt venales.” LAMB.) Sed cfr. Meyerum. *paullulum* cum Einsied. Vit. Gu. 3. (Erlang.) Meyerus pro: = *paullum*. Pro *rebus his* Priscianus Lib. X. p. 508 Kr. melius fortasse *eis rebus*. — *hiis* Eins. Stephani *fac etiam pro fac ita* sane e Vet. petitum est, ita quum habeat etiam Erlang. OR.

§. 235. [*Videsne, ut ordine verborum paullum commutato*] Verba ordine — commutato suspecta h. l. Schuetzio, mihi aliquando et Meyero recte videtur tueri Billerbeckius. Pro *eisdem verbis* (sic scil. Eins. = *iisdem* Gett.) Cdd. interpolati Vet. Erlang. atque ex illo Steph. Lamb. *iisdem tamen verbis*. Ad interpolationum genus referendum est etiam v. *licet*, quod post v. *aliquam* inserit Dresd., post *sententiam* Eins. Viteb. Ven. 1. 2. Tul.; quocum non coit v. *si*: si quidem deberet esse: *aut alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam licet*. — *efficietur pro efficiatur* quomodo potuerit Lambino tribuere Beier, vulgatam etiam lectionem nominare Schuetzius in Ed. mai., equidem non video, quum id nusquam repererim neque in Lamb. 1566. neque in Repetit. contextu, neque in Marg. 1584., nec vero eius mentionem faciunt Gothofredus, Gruterus, nec Meyerus ex tot Edd. ab ipso inspectis. Ceterum duplex est ad totum h. l. annotatio Beieri in Schedis: „I) §. 232. et 233. horribilis est interductus editorum: *experiri licet, si — dissolvas p. v. (corrumpatur enim — — Videsne ut — — recidant, quum sint e. a. dissoluta?) aut si — — redigas, efficiatur — — solum*. Sed

ad nihilum omnia recidant, quum sint ex aptis dissoluta, — aut si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam eamque ordine verborum paullum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum. Age sume de Gracchi apud censores illud: *Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet: Quanto aptius, si ita dixisset, quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare!* — Hoc modo dicere nemo unquam noluit, nemoque potuit quin dixerit: qui autem aliter dixerunt, hoc assequi non poterunt. Ita facti sunt repente Attici: quasi vero Tral-lianus fuerit Demosthenes! cuius non tam vibrarent fulmina illa; nisi numeris contorta ferrentur. Sed si quos

234

L. 4. fuerat 10. voluit

nulla est parenthesis. Deinde cohaerent constructione haec: *Videsne, ut recidant - - - aut (ut) - - efficiatur aptum illud - - - solutum?*” quae eadem prorsus est Meyeri sententia, et ea quidem recta, ita tamen, ut distinctione nunc accuratius significarim, haec omnia §. 232. et 233. *Quantum autem sit apte dicere - - - - ac solutum* proprie unâ atque eadem contineri comprehensione. Hac vero annotatione deleta, alteram subiunxit: „II) [*Efficiatur*] Plene ante hoc vocab. interpunxi. Optative ponitur, quasi subaudiatur *nescio an*. Sic huius Cap. principio *corrumpatur*. Sic non est, quod cum Lamb. legamus: *corrumpetur - - efficietur.*” — Pro in quadrum Eins. Viteb. Monac.: — in quadram. Item voluit stupor Erlang.: in quadrigam. cfr. §. 208. Tum: ∞ fuerat pro fuerit Gryph. 4. Steph. Lamb. Schuetz. Beier. — fuerit servat Eins. OR.

[*Gracchi apud censores*] C. Gracchus e quaestura Sardiniensi redux reus factus, (ut e *Bruto* 28, 109. coniciamus) a M. Iunio Penno trib. pl. a. u. c. 627. apud censores ipse se defendit. Vide Plutarch. in *vita* C. 2. Ultima §. 234. citavit Quintil. IX. 4, 55.; idem imitatur X. 7, 14. BEIER. — de *Gracchi oratione* e gloss. Dresd. et Erlang. OR.

§. 234. [*noluit*] *Lectionem voluit* (Eins. Ven. 4. Aldd. Iu.) Lambinus 1566. secutus est; in *Annot.* rursus improbat. OR.

[*Sed si quos - - sequantur*] — *Sed si quem - - sequatur* Cdd. interpolati (scil. Palatt. tres. Gu. duo apud Heusing. ad *Offic.* III. 17. p. 695. et Erl.) Sch. in Ed. mai. Beier in suo exemplari. Singularem numerum praetulerunt librarii propter haec *si quis - - dissolverit*, haud videntes praecessisse *Ita facti sunt repente Attici* ac mox sequi *Isti autem* cet. OR.

magis delectant soluta, sequantur ea sane, modo sic, ut, si quis Phidiae clupeum¹ dissolverit, collocationis universam speciem sustulerit, non singulorum operum venustatem: ut in Thucydide orbem modo orationis desidero, 235 ornamenta comparent. Isti autem quum dissolvunt orationem, in qua nec res nec verbum ullum est nisi abiectum, non clupeum, sed ut in proverbio est (etsi humiliter dictum est, tamen simile² est) scopas, ut ita dicam³,

- E. 1) sic, ut quis Ph. clypeum 2) consimile 3) ut ita dicam cum []
 L. 2. ea sane, modo cetera laudare possim: ut si quis Ph. clypeum
 δ. consimile

[modo sic, ut si quis] Sic Cdd. quattuor Regii. Erlang. Manut. Schirach. Schuetz.; quos etiam nunc secutus sum. Nam in Cdd. alioqui sinceris, Eins. Viteb. Dresd. Monac. est: — modo si quis; mance omnino. E Gu. duobus affert probatque modo sicut quis (modo sic, ut quis Ern.) Heusing. ad Off. l. l. Hanc lect. pro vera habuit Beier in Schedis et Offic. l. l. addens: „Cfr. de Orat. II. C. 17. ubi eadem comparatarum similitudinum confusio.” ∞ modo sic, ut, qui Meyerus e coni.; apud eundem vide ceteram varietatem. Mox clupeum dedi e margine Eins. Infra eandem scripturam Eins. habet in contextu (scil. clupem.) Or.

§. 235. [etsi humiliter dictum est, tamen consimile est] Schuetzii utroque loco est delentis audacia aliquanto magis nobis probatur, quam eiicientis formulam iterum iterumque excusantis ut ita dicam ab Ernestio iam uncis inclusam. Eam Goerenzius probe, quid deceret, sentiens defendit ad IV. Finn. 12, 31. p. 459. BEIER. — humile dictum est Eins. Ex auctoritate Nonii in v. Scopae et Palatinorum duorum, (quibus adde Erlang. Meyerus [] tamen simile est: sed Cdd. interpolati huius libri non minus saepe peccant omitendo Cic. verba, (uti statim abest ab Erl. quod ego laudo paullo post vv. composite et) quam inculcando aliena. Ceterum simile habent Eins. Vit. Dresd. Monac. Ven. sec. Meyerus; contra consimile Mediol. Aldd. Crat. Lamb. Ern. Sic ad Famil. 6, 12, 5. pro recta lectione te non simillimum Cratandrina habet: non te similem, eiusdem autem Margo: non te consimilem. Apud Frontonem aliquoties v. c. Ed. Rom. p. 242. Apud eundem condigne p. 1. concastigare p. 20. congarrire p. 287. concastigare ac similia. Similiter Cd. Eins. Parad. 3, §. 22. vitia comparata sint pro: vitia sint paria. — Omnino compositio ista praesertim adiectivorum consimilis, condignus frequentior est partim apud antiquiores, veluti Plautum (Amph. 1, 1, 287. tam consimil est atque ego. Ibid. 1, 3, 39. condignum donum;) partim apud posteriores scriptores seculi secundi et seqq., quam per eam, quae aurea dicitur aetas. Deinceps v. ut ita dicam servat

mihī videntur dissolvere. Atque ut plane genus hoc, quod ego laudo, contempsisse videantur, aut scribant aliquid vel Isocrateo more vel quo Aeschines aut Demosthenes utitur, tum illos existimabo non desperatione formidavisse¹ genus hoc, sed iudicio fugisse: aut reperiam² ipsa eadem conditione qui uti velit, ut aut dicat aut scribat utra voles³ lingua eo genere, quo illi volunt; facilius est enim apta dissolvere quam dissipata connectere.

E. 1) reformidavisse 2) reperiant 3) volet

L. 5. reformidavisse (reformidasse Al. b.)

etiam Einsied. — ut dicam ita Viteb. Pro tum illos; = tunc illos Erl. Tum formidavisse restituendum erat cum Einsied. Viteb. Dresd. Ven. sec. Man. Grut. Meyero pro reformidavisse Erlang. Ven. 1. Aldd. L. Ern. Schuetz. cfr. §. 213. satietas formidanda. OR.

[aut reperiam ipsa eadem conditione — — — utra voles] Sic Eins. Dresd. Monac. Ven. utraque. Ascens. prima. Aldd. Lamb. Schirach. In qua quidem lectione acerba inest ironia: „aut ipsi si nolint, facile reperiam ipsa eadem conditione qui uti velit, scilicet ut scribat aliquid vel Isocrateo more vel quo Aeschines aut Demosthenes utitur, ut, exemplo hoc dato, postea ei secure liceat dicere aut scribere vel Graece vel Latine eo genere (dissoluto) quo illi volunt, quoniam quidem facilius est apta dissolvere quam dissipata connectere.” Ironice igitur significat se ipsum: „ego, scribendo aliquid vere Attice, quod facere possum, illi non poterunt, facile ius consequar dissolute etiam scribendi, unquam eo si abuti voluero.” — aut reperiam ipse, eadem Cdd. Regii. Gu. 3. Leclercq. Ego in Ed. mai. Minus nunc placet. — aut reperiant ipsa eadem — — — utra voles Viteb. (et si collatores recte viderunt: Monac.; tum ipse etiam Erl. h. l. a gemino Gu. 3. dissentiens) Ascens. sec. Crat. Camer. Meyerus. (Item Ern. Sch. Beier; sed hi tres ex Ern. coni. utra volet.) quae quidem lectio duplicem habet explicatum: „aut reperiant alium, qui scribendo aliquid vel Isocratis vel Demosthenis more mereri velit impunitatem dissolute et incomposite scribendi; at neminem eiusmodi reperient:” vel, si in verbis ut aut dicat — — — volunt reponimus ipsam eandem conditionem, significabit: „aut reperiant alium qui eadem licentia uti velit; at sanum neminem reperient; nam praeter ipsos ceteri omnes de numerosa oratione rectius existimant.” Sed, ut Billerbeckius vidit, utrique rationi minus conveniunt verba seqq. facilius est enim; nisi admodum violenter ita explicaveris: „etsi longe facilius est,” vel: „et tamen facilius est.” utra voles lingua simpliciter significat „sive Graece sive Latine”; nec necesse est, ut per coniecturam Ernestii utra volet libera optio illi concedenda significetur. Ceterum: — utra velis

- 236 Res autem se sic habet (ut brevissime dicam quod sentio): composite et apte sine sententiis dicere insania est, sententiose autem sine verborum et ordine et modo infantia; ut ea qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerumque prudentes: quo qui est contentus, utatur. Eloquens vero, qui non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, movere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit quidquam aut spectari aut audiri libentius.
- 237 Habes meum de oratore, Brute, indicium: quod aut sequere, si probaveris, aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum. In quo neque pugnabo tecum neque hoc meum, de quo tanto opere¹ hoc libro asseveravi, unquam affirmabo esse verius quam tuum. Potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri. Neque² in hac modo re, quae ad vulgi assensum spectet³

E. 1) tantopere 2) Nec 3) spectat

L. 13. tantopere 16. Nec Ib. spectat

Eins., ut fere semper futurum verbb. *velle et nolle* corrumpitur. OR.

§. 236. [*res autem se sic*] Floridus Sabinus *Lectt. subsecc.* II. C. 1. in Gruteri *Thesaurο crit.* T. 1. pag. 1085. in suo exemplari nescio quo legit *sic se*, ad exemplum *orat. pro Roscio Am.* 24, 66. BEIER. *sic se* Dresd. Erl. Meyerus. In talibus sequor Eins. et Viteb. Tum Eins. *quidquam exspectari*: Vit. (Dresd.) ∞ *quidquam aut exspectari*: quod ita defendi potest, ut accipiatur de *expectatione* illa, quae solet praegredi magni oratoris *auditionem*. cfr. *de Orat.* I., §. 180. *causa*, - - *quo concursu hominum*, qua *expectatione defensa est!* Et *spectatur* histrio potius quam orator. OR.

§. 237. [*neque pugnabo*] = *nec p.* Erl. *tanto opere* Victorius. = *tantopere* Cett. cfr. §. 151. *Pro esse verius* Eins.: - *esse melius*. *Pro mihi ipsi* Cdd. interpolati, Vet. Steph. Gu. 3. Erl. *mihimet ipsi*; idque non sine veri specie probantur Schuetz et Beier. Porro e Viteb. Meyerus *Neque in hac pro ceterorum etiam* Eins. *Nec in hac*. *Pro assensum* Eins. *prave sensum*. OR.

[*quae - - spectat*] Florid. Sabinus l. l. legit *spectet*. Sic causa aliter alias sentiendi declarabitur. (Sane coniunctivum habent Cdd. noti omnes et sinceri et interpolati, unde restituendus videbatur. Indicativus est a Manutio et Lambino. OR.) Utitur noster licentia Academiae adolescentioris de qua v. ad III. *Offic.* C. 4. extr. Schirachio videbatur his tecte libros suos *de inventione et de oratore* in multis damnare. BEIER.

et ad aurium voluptatem, quae duo sunt ad iudicandum levissima, sed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inveni firmitus, quod tenerem aut quo iudicium meum dirigerem, quam id, quodcunque mihi quam simillimum veri videretur, quum ipsum illud verum in occulto lateret. Tu autem velim, si tibi ea, quae disputata sunt, 238 minus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit, aut dum tibi roganti voluerim obsequi, verecundia negandi scribendi me impudentiam suscepisse.

1. 4. quam illud 5. illud ipsum

[*levissima*] Hoc quoque loco Cdd. interpolati, (etiam Erlang.) veram servarunt lectionem receptam iam a Lamb. Prorsus ut est *ad Famil.* 3, 10, 8. *ad nocendum levissimum*. — *novissima* Eins. Viteb. Dresd. Monac. Oxon. (hic *notissima*) Sed, ut concedatur ipsum voc. *novissimus* a Cicerone reiectum non fuisse (cfr. Meyerum laudantem Gellium 10, 21. et, qui contra Gellium disputat, Schottum *Nod. Cic.* p. 365.) — est scil. pro *Roscio Com.* §. 30. — id tamen vix concedi potest eundem dicere potuisse: *novissimus ad iudicandum* vel simile quid. OR.

[*verum in occulto lateret*] Non omnino reiicienda est lectio Cdd. interpolatorum Vet. Steph. et Erlang. *verum tamen in occulto lateret*, quum Eins., solus, ut videtur, inter sinceros nunc notos corrupte habeat: *verum tum in occ. lateret*. OR.

§. 238. [*impudentiam*] Fortasse *imprudentiam*, ut, unde est orsa, in eodem terminetur oratio. Hinc enim orsa est: *Malo - - - desiderari a te prudentiam meam* cet. MURETUS OLIVETI. Ecce habent *imprudentiam* Eins. Viteb. Vetus Stephani. Oxon. — *improvidentiam* Gu. 3. Oxon. (E Monac. et Erlang. non affertur.) Sed manifesto *impudentia* recte opponitur *verecundiae* dumtaxat, et *imprudentiae* notio inest in verbis *ut aut maius opus institutum putes quam effici potuerit*. OR.

VARIETAS CD. MS. ERLANG. b. N. 39.

in fol. min. oblongo membranac. folior. 415. venuste scripti, literis initialibus pictis, maiore characterere quam subiecti libri de Officiis. Fol. 60. in pagina aversa post Librum III. de Oratore scriptum colore rubro legitur:

„M. Tullii Ciceronis de optimo oratore ad M. Brutum prohemium deficit. In quo roganti Bruto Cicero fuerat pollicitus se iudicium suum de perfecto oratore conscripturum. Item ea pars tractatus primi in qua ostensurus erat, quem ipse summum oratorem iudicet. Tria esse ornatus genera praemiserat, quo loco iam de primo genere quod est humilius ac de his qui in eo praestiterunt satis absolverat. Restabat ut de aliis duobus generibus .i. de mediocri et gravi diceret. Ab his processus libri huius ex abrupto incipit et primo a mediocri genere;

Tractatus primus

De mediocri et gravi ornatu et de perfecto oratore;

Capitulum primum

Quid secundo generi in quo mediocris ornatus continetur maxime conveniat ac de praestantia et comparatione tertii generis ad duo superiora.

Potuit autem aliquid tale proxime antecessisse:

Est aliud ornandi genus multo illustrius multoque robustius. (Vide Cap. 26. §. 94. ab initio.) Tum fol. 61. incipit inde a C. 29. §. 100. extremis verbis:

§. 100. *et magna* (ex mea recensione)] et alta (Erlang.) — §. 101. *aliud nisi*] aliud quam — *definiendo*] diffiniendo — §. 102. *Rabirii causa continebatur*] Rabini c. continebitur — *in omni genere amplificationis*] in eo genere mollificationis — §. 103. *nisi vel nota esse arbitraret vel posse eligere*] ni vel his nota esse qui accusarentur aut defenderentur vel per se possent legere — *laus oratoris, cuius*] eius laus cui — §. 104. *ut — morosi simus*] et — m. sumus — *ipse Demosthenes*] etiam ipse D. — *aves meas*] om. meas — *et semper aliquid*] etiam aliquid — §. 105. *hunc tu*] tu hunc — *cum eius studiosissimo Pammene, quum esses Athenis*] cum ei studiosissime palmam cum esses Athenis attribueres — *Nos magnum fecissemus*] Nos non minus magnum f. — *contendimus*] contenderimus — *ut ait Antonius auditus eloquens*] ut Antonius dicere auditus est eloquens — §. 106. *visus non est aut sibi ipse, nunquam Cotta*] visus non est non est (*sic*) tibi ipsi unquam C. — *aves civitatis accepimus easque*] actiones a iure civitatis nostrae accepimus itaque nos qualitercunque orabamus — *generis dicendi*] om. dicendi — §. 107. *de supplicio parricidarum*] om. haec verba. — *defervisse*] depisse (p. cum lin.) — *fluctuantibus*] eluctantibus — *non queant*] om. non — *terra*] terram — *tangat*] tangant — *alluantur*] abluantur — *sicut adolescentis*] sic

adol. — *laudati]* laudata — *Ab hac indole]* Ab etiam ind. (*i. e. ab hac etiam ind., ut habent Steph. Lamb. e Vet.*) — *fili]* filio — §. 108. *hoc modo]* huius modi — *ut pro Avito]* at pro abito — *compluresque aliae]* complures aliae — *eaque hanc ipsam habent]* eaque sunt hanc ipsam habent — §. 109. *quotidiani]* quotidianum — *eos vidimus]* eos videmus — *qui non solum]* om. qui — *personis]* om. h. v. — *satisfaciebant]* faciebant — §. 110. *Quum dico me]* Me cum dico — *autem eodem]* autem si eodem — *aut aliquod - - repudiabis]* ut aliquod - - repudiaris — *ac tuorum]* et tuorum — *amares]* amaris — *nihil Lysiae]* nil L. — *nihil levitate]* nil lenitate — §. 111. *quoties]* quotiens — *tum movet]* cum movet — *quum gravitatis]* tum gravissimis. » *Tractatus secundus de perfecti oratoris officio. Capitulum primum. Quibus rebus instructus orator debeat ad causas accedere et qua ratione eas tractare.* — §. 112. *meminerimus]* commemoremus — *existimatores - - magistri]* existimatione - - magisterio — *longius]* longius saepe — *quod videmus]* quod videamus — *non te haec]* non te hoc — *qui quasi docere videamur]* qui ea docemus videmus (*sic*) — §. 113. *Esse igitur perfecte eloquentis]* Rem igitur persequi eloquentis — *non eam solum]* non eam tantum — *facultatem habere]* habere fac. — *sed etiam vicinam eius atque finitimam dialecticorum scientiam]* sed causam (*ceteris omissis*) — *utrumque in disserendo]* utrumque disserendum — *oratorum autem]* oratorum .n. — *eiusmodi]* huiusmodi — §. 114. *summo omnem]* summo homini — *habuit docendi]* habet dicendi — §. 115. *vel hac Chryssippi]* om. hac — *institutum. Noverit]* institutus noverit — *verum falsumne]* falsum verumne — *e quoque]* et quoque — *occurrunt]* occurrunt — §. 116. *docentur et via]* docentur est quaedam via — *illud, de quo ambigitur]* id quod ambigitur — *disseri nec unquam ad exitum perveniri potest]* disseres unquam nec ad exitum pervenire potes — *saepe verbis]* om. saepe — *quaque re]* qua re — *involutae]* involuta — *quae sint eius generis sive formae]* quae sit e. g. s. forma — §. 117. *Erit igitur]* Erit ergo — *autem aut quomodo id faciat]* autem id faciet (*sic*) aut quomodo — §. 118. *dialecticis modo sit instructus]* a dialecticis modo instructus sit — *nihil de morte]* nihil de more — *de officio]* de officiis — *in causas, sed]* in causis (*sic*) et — *inquam]* unquam — §. 119. *aut quomodo]* om. haec. — §. 120. *quumque illa divina cognoverit]* cum illa d. cognorit — *nihil quum]* cum nihil — *colligavit]* collocavit — *Nescire autem]* Nescire .n. — *nisi memoria]* nisi ea memoria — *superiorum]* superiori — *Commemoratio autem]* Commemoratio .n. — *exemplorumque]* exemplorum — *oratio affert]* affert orationi — §. 121. *ei perspectum]* om. ei — *in sententia videtur esse]* videtur in sententia esse — *in quo, quod]* in quo quidem quod — §. 122. *pauca sunt. Traditi sunt, e quibus ea ducantur]* pauca tradita sunt e quibus ducantur — *uni e]* uni ex — *admirabiliorem]* admirabilem — *Nam ipsae quidem - - versantur]* Nam ipsa equidem - - versatur — *in quo aut]* in qua aut — *adversaria evertere]* adversarii ev. —

eaque efficere non perturbate] atque efficere non perturbatum — *iis, quae sumentur]* his quae sumuntur. »Capitulum secundum. Quae moderatione perfectum oratorem in tota causa (*uti?*) conveniat et quae res admirabilem eloquentiam faciant.» — §. 123. *Quoniam autem]* Quoniam .n. — *videbit]* viderit — *nec pro omnibus nec omnibus]* om. haec. — *Is ergo erit]* Is igitur erit — *quidque]* quidquid — *sed erit]* egerit — *par et]* paretur — §. 124. *non elatis]* nundum (*sic*) elatis — *historico]* historice — *Deinde si tenuis causa est]* Dein si tenues causae — *tum etiam]* om. tum — §. 125. *expromi]* exprimi — *ornatus]* conatus — *ut verbum]* om. ut — *in universi]* om. in — *quaestione]* quaestionem — §. 126. *aequabiliter]* aequaliter — (*sunt appellati]* Sic ex collatione Beieri, Erl.) — *quod videntur]* eo quod v. — *iidem esse]* om. haec. — *atque ut de universo]* atque inde ut universo — §. 127. *Dicetur autem]* Dicetur .n. — *pro reis]* ppriis cum lin. — *quotiescunque]* quotienscumque — *in perorando]* om. in. — §. 128. *Duo sunt, quae bene tractata]* Duae res sunt enim, quae bene tractatae — *admirabilem]* mirabilem — *ad naturas]* ad naturam — *iidem]* idem — *come, iucundum]* cum ei dicendum — *vehemens]* vehementius — §. 129. *obmutuit]* ommutuit — §. 130. *sum usus]* usi summs — *me enim ipsum]* om. enim — *quum aguntur]* quae ag. — §. 131. *excitato reo]* excitaredo — *complerimus]* compleremus — *sed etiam est faciendum]* sed est faciendum etiam — *satietae afficiatur]* rideat — *duriorum]* durior — *mitiorum]* mitiores — §. 132. *non tentatus]* tentatus non — *extimescerem]* pertimescerem — *perpauca sunt]* om. sunt — *Nihil Antonii — Sulpicii]* Nihil est Antonio — Sulpicio — *Hortensius]* Antonius — §. 133. *susplicemur]* susplicamur — *et quidem]* equidem — *non requiratur]* ne requiratur quidem — »Tractatus tertius de forma elocutionis et omni ratione exornandi. Capitulum primum. Quae verborum et sententiarum exornationes aut dignitate aut pulchritudine orationem illustrent.» — §. 134. *forma ipsa]* om. ipsa — *χαρακτήρη]* karakter — *dicitur]* dicit — *debeat esse]* esse debeat — *ex iis ipsis]* ex his (om. ipsis) — *verborum et]* om. haec. — *trahationes]* relationes — *erunt]* erant — *hae propter]* hae quae propter — *celeriter]* celeris — *ornatum]* ornamentum — *non quod]* non quia — §. 135. *verba]* verba omnia — *aut in idem]* aut in eodem — *aut utrumque]* aut in u. — *continenter]* continetur — *non eadem]* non in eadem — *aut multis modis contrariis]* aut cum sunt contrariis — *sursum versum]* sursum versus — *commutantur]* commutatur — §. 136. *eius eloquentiam]* eam el. — *Et vero]* Et vere — §. 137. *et in una]* et una in — *in eademque commoretur]* in eadem commoreturque — *saepe etiam ut extenuet aliquid: saepe ut irrideat]* saepe ut rideat ceteris om. — *dixerit]* dixit — *rursus quasi]* om. quasi — *sibi ipse]* om. haec. — *accipi et sentiri]* accipiat sentirique — *addubitet quid]* dubitet eo quid — *ac negligat]* ut negl. — §. 138. *cum iis]* cum his — *mores sermonesque]* sermones moresque — *loquentia]* eloquentia — *risumque]* risumve — *videat]* putat — *dispertiat]*

dispartiat — *caveant*] caveat — *ut irascatur*] qd (*sic*) irascatur — *ut excretur*] om. ut — §. 139. *brevitatem*] brevitatis — *feri possit*] sumi possit — *saepe erit*] saepe res — *imitatio*] mutatio. »Capitulum secundum. Contra reprehendentes Ciceronem quod praeter dignitatem suam tantum studium circa praecepta dicendi adhibeat.” — *meorum laudum*] laudum meorum — *tanta senatus*] senatus tanta — *nisi me - - noluisse*] nisi quod - - noluissem — §. 141. *studiosis*] studiosius — *quis*] quid — *existimator reprehendet*] extimator reprehenderet — *dubitavit*] dubitabit — *praescriptionum*] persecutionum — §. 142. *floruerunt domus*] domus floruerunt — *Nam si vitiosum*] Nam vitiosum — *eos ornat*] om. eos — *universam*] iuvat universam — *cur aut discere*] cur addiscere — *nosse*] posse — §. 143. *ut ii qui*] et ut qui — *ipsi seponerent*] om. ipsi — *discentibus satisfacerent*] discentibus et studiosis ut satisf. — *forense in agendis*] forensibus et agendis — *aut dqcendi*] om. aut — *ingenio plus valuerint*] ingenio contra quam nos plus val. — §. 144. *nescio cur, quum cet.*] nescio cur non dicendo etiam aliquid aliquando si posses meliores facere cur nolis — *Si quibus*] An quibus — *ut est*] om. haec. — §. 145. *is etiam*] om. ii — *qui nesciunt*] qui nec sciunt — *eloquentia autem*] eloquentiam .n. — *tamen se*] tamen ea se — *aut est periculum*] aut quod est p. — §. 146. *Ac fortasse*] At fortasse — *rectiores*] rectiores — *Qui enim*] Quid enim — *quum et afuissem*] quum abfuissem — *mare transissem*] maria transissem — *dissimulare*] dissimularemne — *Quid erat cur probarem*] Sed qui probarem — §. 147. *De verbis enim*] De verbis autem — *sicuti mihi*] sicut et mihi — *sed proprie*] ut proprie — *artium*] artium vis — *non item*] non idem — *Me autem cet.*] Me .n. sive pervulgatissimus — *proloqui*] loqui — *hoc a me*] a me hoc — *eis*] his — *aliquid reprehensuros*] repreh. aliquid — §. 148. *se tam durum*] tam durum se — *dederem*] dederim — *quae quidem*] om. quidem — *forensibus nostris rebus*] maximis rebus forensibus nostris et externis inclusae et domesticae. — »Capitulum tertium. Quae verborum collocatio et qualis dictionum strictura (*sic*) maxime orationem deceat.” — §. 149. *Collocabuntur igitur*] om. igitur — *ut aut*] om. ut — *aptissime*] amplissime ut — *conficiat*] efficiat — *est enim quasi*] ut fiat quasi — *nec id tamen fiet*] nec tamen fiat — *Lucillum*] lucillum — *λέξεις*] lexeis — *compostae*] composite — *emblemate*] emblamate — §. 150. *tam minuta haec*] haec tam minuta — *facile hanc viam*] facile formulam — *quid sequatur*] si sequatur — *ne extremorum*] ut nec extr. — *inconditis*] incondite positis — *superbissimum*] subtilissimum — §. 151. *quidam Theopompum etiam*] quidam etiam Theopompum — *Isocrates*] Isocrates fecerat — *haud paullo*] om. haud — *iis*] his — *dialogi*] dialoice — *qui sint*] qui sunt — *quam magna*] quamquam magna — §. 152. *Indicant orationes i. i. h. C. i. omnes poëtae*] iudicant omnes poëtae ceteris omissis. — *qui ut versum f. s. h. ut N. Vos - - - algidam. Et ibidem: Quam nunquam vobis Grai*] tamquam nobis (*sic*) Graeci atque Barbari versum fa-

cerent saepe hiabant, ut Naevius Vos qui accolitis Histrum fluvium atque Egidam — *Ennius semel*] Ennius saepe — *Radiantibus Etesiae*] radiantes Etesiae — §. 153. *nostri saepius*] saepius nostri — *laudare etiam*] etiam laudare — *multi' modis cet.*] multis modis et vas argenti — *bellum cet.*] pro bello duorum quis vixit sic Duellum — *Bellium*] Bellum — *Duellii*] duelli — *Quin etiam*] Tum etiam — *saepe contrahuntur*] contrahuntur saepe — *usus*] versus — *Axilla Ala*] auxilia malle — *factus est*] factus esse — *literae vastioris quam literam*] literas vastiores cum litera — *et taxillis, cet.*] et taxillis (*sic*) et paxillo et taxillo cons. — §. 154. *capsis*] capsin — *saepe et exin pro deinde et exinde dicimus*] saepe exin pro exinde dein pro deinde dic. — *non olet*] nollet pro non vellet — §. 155. *Atque etiam a quibusdam sero*] Atque etiam alia sunt pro contractione quibus sero — *atque hominum*] at hom. — *deorum*] pro deorum — *Ita credo*] Itaque credo illud — *hoc illi*] *om. haec. — poeta, qui*] *om. qui* — *Patris mei*] partes nihil ei — *rapit*] capit — *non dicit liberum*] non dicit liberum pro liberorum — *plerique*] plerumque — *cupidos liberum cet.*] cupidos liberum dicimus et in liberum locum ducimus — *Et idem*] Et eidem — *Aesculapi*] ex scola — *Chryse*] Chryside — *Cives*] avis — *socii*] socium — *extum*] exitium — *pergit*] peregit — *neutris*] ne utique — *tam libenter*] iam magis lib. — *apud*] apilo — *Nihilne*] nihil — *accidit*] accedit — §. 156. *quam centuriam cet.*] quam centuriam fabrum et procum ut censoriae tabulae loquuntur audeo dicere — *Planeque duorum virorum iudicium*] Plane quoque virorum iudicio (*om. duorum*) — *stilitibus*] litibus — *nunquam. Atque*] enim nunc quam quidem — *Accius*] aptius — *sepulcra duo*] sepulcrum ad — *vel proh deum*] *om. vel — quum sestertium*] et sextertium — *non nummorum*] non sextertium nummorum — §. 157. *et plenum verbum*] *om. et — utrumque Terentius*] utrisque Terentius utitur — *siet plenum est, sit imminutum*] si plenum sit sive imm. — *licet utare utroque*] licet immutari utrumque — *carendo*] carenda — *reprehenderim*] reprehenderem — *esse verius sentio*] verius esse sentimus — *auribus*] aurium — *Idem campus*] [idem campus — *In templis isdem*] In templis idem — *probavit*] probabit — *et mehercule*] *om. et — iam habere*] num (*cum lin.*) habere — *meridiem*] meridiem medidiam (*sic Beieri collatio.*) — §. 158. *est abs eaque nunc*] est abque que nunc — *accepti*] acceptis — *et ne iis quidem cet.*] eneis quidem in omni reliq. — *Nam amovit*] *om. nam — abegit*] abiecit — *abne*] anne — *an abs. Quid cet.*] an ab aliis quid sit etiam aufugit pro abfugit forte visum est et auferre pro abferre dici voluerunt quae praepos. — *alio in verbo reperietur*] alio in verbo sic immutata reperietur — *ignoti, ignavi, ignari*] ignavos ignaros ignotos — *ut exegit cet.*] ni exigit reficit, rettulit reddidit — *commutavit cet.*] commutat sic in subigit cum mutatur ut sustulit. — §. 159. *Quid in v.*] Quod in v. — *scite insipientem*] scite invenies ut insipientem — *tricipitem non tricapitem*] intercipientem non intercipientem — *Indoctus*]

inclitus — *inhumanus*] insipiens — *ne multis, quibus cet.]* ne multus quidem in verbis esse videar — *in sapiente atque felice]* in insano atque infelice — *dicitur]* dicuntur — *confecit]* consuluit — *Voluptati autem]* autem a manu sec. accessit. — §. 160. *scirem ita]* ita scirem — *locutos esse]* om. esse — *Cetegos cet.]* Cetheros (*sic*) triumphos, Chartaginem — *Or-civios]* Otanos — *lacrimas]* om. — *semper licet]* om. semper — *Burrum]* birrhum — *Bruges non Phryges]* briges non phruges — *Graecam literam]* literam Graecam — *nunc autem etiam]* nunc enim etiam — *tantum barbaris]* tam barbaris — §. 161. *quod iam]* om. iam — *videtur]* videbatur — *olim autem]* olim .n. — *postremae duae]* duae postremae — *optimus]* optimis — *Ita enim]* Sic enim — *est omnibu']* omnibus est — *dignu' cet.]* digni dicimus et loco non dignus — *Quod si]* Quae si — *tam est]* tamen est — §. 162. »Capitulum quartum. Qualem oportet esse in oratione soni ac numerorum rationem et quod magnis autoribus improbatur illorum sententia qui numerorum consonantiam tanquam vitiosam reprehendunt.» — *de re una]* de re una postulata — *hic locus]* locus hic — *longius autem]* longius .n. — *prudenciae]* in prudentia — *fuit nobis]* nobis fuit — *volebamus]* videbamus — §. 163. *igitur res]* enim res — *Ponto ab Helles]* Pontus Helles — *At]* aut — *aries Colchorum]* alles holcorum — *Asia]* Asiae — §. 164. *istam cet.]* ego ita tericrepam — *Itemque]* fidem — *componentur]* componantur — *finientur quoniam cet.]* finiantur alterum ut ipsa compositione et sponte oratio intescat (»i. e. nitescat.» BEIER.) ut sunt quaedam genera verborum quibus ipsa concinnitas (*Nota omissionem septem verborum.*) — *opponuntur]* apponuntur — *numerosa]* numerose — §. 165. *illa nostra sunt in Miloniana cet.]* illa nostra Miloniana: Est enim — *ex natura ipsa]* ex natura ipsam — *imbuti]* nati — *talia]* et alia — *referuntur ad ea, ad quae]* referuntur ea, quae — *intelligamus]* intelligantur — §. 166. *referendis contrariis]* contrariis refellendis — *diceret]* dixisset — *vellet]* voluisset — *Bene]* Male bene — *male mereri]* om. male — *obest]* obest nihil — *ipsa relatio]* illa rel. — *Id esset]* Idem est — *multum obest]* nihil obest — *oratorium]* oratorum — *et eum sine]* etiam sine — §. 167. *cuius]* cui — §. 168. *sint cogniti]* sunt cogniti etiam a latinis — *quale sit]* quales sint — *orationis]* orationes — *in iis hominis]* h. hominibus — *et curta sentiunt]* et currunt — *Quid dico meas?]* quae dico. Meas — *colliguntur sententiae]* colligetur sententia — *fere non erat]* om. non — *eligebant]* effingebant — §. 169. *delectat]* delectet — *sit, credo]* sic credo — *ut in aetatibus]* om. ut — *deest antiquitati]* est antiquitatis — *ea maiora]* om. ea — *qua credo]* qua scio — §. 170. *forensi]* forensi si — *ad capiendas]* habet et ad cap. — *si etiam]* tum etiam — *cur claudere]* cur non claudere — *cum sententia]* om. cum — *saepe natura]* saepe etiam natura — §. 171. *contemnenti]* continenter — *versibu']* versibus — *eodem modo]* eo modo — *Ante hunc]* Ante hunc dovios — *Quod qui]* q in eo qd — *cis satis]* satis iis. — *Ego autem]*

Ego .n. — *in eis*] in iis — §. 172. *mōvebit*] moverit — *auctores*] autores — *quis acutior*, *quis*] om? *haec.* — *infensius*] impensius — *Is igitur*] *Is ergo* — *iisdem de rebus*] his de rebus — *proben*] probet — *haec esse ab iis*] non esse ab his — *nesciunt*] nesciat — §. 173. *nec vero*] nec esse — *quia ipsi*] qd ipsi — *mōventur cet.*] *mōveantur* nihil his inane videtur — *curtum*] incultum — *si fuit*] si fuerit — *quod offendit cet.*] cur aut offendat aut non intelligit — *et brevitatum*] aut br. — *nostris collocavit*] om. nostris. — §. 174. „Capitulum quintum. Qui fuerint primi numerorum inventores, quae inveniendi causa, deinde quae natura, postremo quis eorum usus existat.” — *et illa*] et alia — *vel maximo velle*] velle vel maxime — *tum ad extremum*] om. tum — *uteremur*] uteretur — §. 175. *sed iis est*] sed is est — *intemperatius*] intemperantius — *Id autem*] *Id .n.* — §. 176. *in ipsis numeris*] in ipsis numeris — *Gorgias autem*] Gorgias .n. — *quum tamen cet.*] tum cum audissem (*sic*) adolescens in Thessalia — *minus iam*] iam minus — *corregerat*] correxit — §. 177. *et origo*] om. et — *ut fit*] om. fit — *id quod*] si id — *cecidisse*] cecidisset — *Aures enim*] Ipse enim — *iudicat*] indicat — §. 178. *mutila*] multa — *et quasi*] quasi et — *alia*] aliqua — *excurrentia*] currentia — *quod quum*] om. quod — *tum in hoc genere cet.*] offenditur hoc genere quod est vehementius — *quam id quod*] quam eo quod — *poëtica et versus*] poëtae versus — §. 179. *sermonis est*] om. est — *ratione*] oratione — §. 180. *considerandi*] consideranda — *eadem*] et eadem — *longioris*] longior — *insit in ea*] in ea insit — *versibus, et quod cet.*] versibus quod illi qui affirmant esse eos numeros in oratione cur sint nequeant — *aut quales cet.*] aut qualis est, ex poëticisne — *si e poëticis*] si poëticis — *qui. Namque*] quinam quia — *iidem*] idem — *omni generi orationis*] omnis generis orationi — *disparēs*] de his pares — §. 181. *anne sit* — *ipsum verborum*] om. haec. — *sitve*] sitque — §. 182. *At*] An — *unum nec idem*] unum idem — *quod moderatione*] et quod mod. — *quamquam id quidem finit.*] et quod finit. — §. 183. *iniquum est*] est iniquum — *quod accidit*] om. haec. — *ipse versus*] om. ipse — *dimensa*] dimensu — *etiam a modis*] etiam admodum — *λυρικοί*] lyrici — *quos*] eos — §. 184. *nostros*] illos — *ille in Thyeste*] illa in Th. — *accessit orationis*] orationis accessit — *simillima*] similia — *Ac comicorum*] At comitorum — §. 185. *in numero autem*] in numero .n. — *ita in hac*] ita et in hac — §. 186. *superiorque*] superior — *caruit nisi quando temere*] placuit sed nisi quodammodo — *id semper*] id semel — *aut facta aut iuncta*] aut facta aut nova coniuncta — *sumebantur e cons.*] summa dantur consuetudine — *domo*] modo — *aliquanto*] alii cum lin. — *quandam palaestram et*] quaedam palaestra est et — §. 187. *concessa*] concessa — *collatata et diffusa*] dilatata et fusa — *accidere natura*] accipi tum natura — *longorum*] longiorum — *quibus*] ex quibus. — *insistat*] insidat — §. 188. *Sed ii*] Sed hi — *genera numerorum*] num. genera — *in tria*] om. haec. —

aut aequalem] aut aequalem esse — tanto aut sesqui] tantam aut sese sequente — sesquiplez paeon] sequens paeon — §. 189. per imprudentiam] per imprudentiam saepe etiam minus usitatos (Sed haec quattuor verba s. e. m. u. punctis notata.) — quod vehementer] est id veh. — Hipponacteos] hipponatheon — magnam enim partem] magna enim parte — agnoscit] cognoscit — autem] .n. — longa] longum — §. 190. Elegit] Eligit — Isocrati] Isocratis — anapaestos] anapaesticos — eligendo] legendo — in primo] ex primo — postremum] postremo — insequentis] insequentem sententiae — ne accidat] nec acc. — loco] libro — ut a me] om. ut — animadversum est] animus est adversus — inquirente] requirente — immittit] quia immittit — Sit] sic — in solutis etiam verbis] etiam in verbis solutis — sint] sunt — §. 191. cadant] cadent — iambicum] ambiguum — simillimus] simillimum — causa fieri, ut is potissimum] causa ratione potiss. — veritatis] om. hoc v. — quod] quidem — numerus] numerus quod — accommodatior] commodatior — Ephorus autem] Ephorus .n. — levis] lenis — ipse orator sed profectus] ipse et profectus (om. orator) — paeana] poeonia — fugit autem] fugit .n. — Quod enim] Qui enim. Hinc usque ad §. 231. verba in eodem semper versetur desunt omnia sine defectus indicio. — §. 231. genere] in genere — vitia vitaverit] vitiaverit — §. 232. dissolvas] dissolves — corrumpatur] corrumpetur — ut et haec] ut haec — Immuta — venalitiique] Haec v. absunt. — vestis aut] vestis et — permuta] permulta — sic ut sit] sic — omnem] omnes — perfacile] facile — fac ita] fac etiam — superari ab aliquo] om. haec. — §. 233. paulum] paululum — iisdem verbis] iisdem tamen verbis — paulum] paululum — in quadrum] in quadrigam — antea diffluens] om. antea — de Gracchi] de Graeci oratione — illud] illud incomposite — abesse non potest] Habens se non potest fieri — §. 234. nemoque] nemo qui — sequantur] sequatur — desidero] desiderio — comparent] comparant — §. 235. tamen simile est] om. haec. — quod ego laudo] om. haec. — Isocrateo] Isocratis — aut Demosthenes] ac Dem. — tum illos] tunc illos — formulavisse] reformidavisse — reperiam] reperiant (Certe e Beieri collatione.) — §. 236. compositae et] om. haec. — Res autem] Res .n. — se sic] sic se — eiusmodi tamen] om. tamen — non stulti] mo (cum lin. i. e., modo) stulti — est contentus] contentus est — approbationes] probationes. „Conclusio libri continens modestam excusationem Ciceronis, si quae sunt ab eo de institutione perfecti oratoris disputata, forte erunt Bruti iudicio minus probata.” — §. 237. tuo stabis] tu obstabis — neque pugnabo] nec pugnabo — mihi ipsi] mihimet ipsi — Neque in hac] Nec in hac — novissima] levissima — verum in occulto] verum tamen in occulto. „Explicit Deo gratias. Amen.”

VARIETAS CD. EINSIEDL. N. 307.

§. 1. dubitavi Editionis meae.] disputavi. In marg. dubitavi — me carissimum] cariss. me — vereretur] veretur —

§. 2. *perficiendi* — *experiendi*] *perficiundi* — *experiundi* — *Malo enim quum*] *om. enim* — *cui nihil*] *ad quod nihil.* — §. 3. *quod se assequi*] *om. se* — §. 4. *omnes*] *omnis et sic fere semper.* — *magno opere*] *magnopere* — *Nam in poetis*] *An in p.* — §. 5. *a scribendo*] *in scrib.* — *restitxit*] *restrinxit* — *se [ab] artibus*] *se artibus* — *Ialysi*] *hyalisi* — *statua*] *statue* — *laus*] *laudis* — §. 6. *excellat. Attamen*] *excellat Demosthenes.* *Ac tamen (sed v. Demosthenes deletum.)* — *praestantibus*] *pnthibus cum lin.* — §. 7. *possit esse*] *esse possit* — *an nunquam*] *Sic a prima manu; a sec. unquam* — *apud*] *aput; et sic semper.* — *nihil*] *nichil; et sic semper, ut etiam: michi.* — *perfectius videmus*] *Sic a pr. manu; a sec. vidimus.* — *et iis*] *et hiis* — §. 10. *ἰδέας*] *ydeas* — *auctor*] *autor et sic semper.* — *easque gigni*] *eas quas gigni* — §. 11. *ingressionem meam*] *om. meam* — *oratoriis*] *oratoris* — *tum antiquam*] *cum ant.* — *ut non sine causa alte*] *ut non tam alte* — §. 12. *disputationibus et exagitatus*] *disputatione in hiis exagitatus* — *ab illis est*] *est ab illis* — *nec satis tamen*] *nec tamen satis* — §. 13. *adiumentis magnisque*] *magnisque adiumentis* — §. 14. *tamen omnia*] *sic omnia* — §. 15. *praeclara quaedam*] *om. quaedam* — *narumque*] *gnarumque* — *quaeque animorum partes pellerentur*] *quaeque partes appellerentur (om. animorum.)* — §. 17. *ab iis*] *ab hiis* — §. 18. *reapse*] *re ipsa* — *putavit*] *putabat* — §. 19. *idem ille*] *ille idem* — §. 20. *neque conclusa*] *atque conclusa* — *structa*] *instructa* — *docentes*] *dicentes sed o superscr.* — *oratione linati*] *ratione limita.* *In marg. limata* — *et consulto*] *et inconsulto* — *concinniores*] *concinni* — *florentes etiam*] *om. etiam* — §. 21. *interiectus inter hos, medius*] *interiectus intermedius* — *flumine*] *fulmine* — *in dicendo fluit*] *fluit in dic.* — *facilitatem*] *facultatem* — *et aequabilitatem*] *om. haec.* — *toros*] *choros* — §. 22. *vim in singulis*] *unum ex singulis* — *iidem*] *idem (bis)* — *et graviter*] *ac grav.* — *et subtiliter*] *ac subt.* — §. 23. *multum*] *multa* — *qui vim accommodarit*] *vim accommodare* — *temperatior*] *temperantior* — *ii*] *hii* — *qui aut dici*] *qui ut dici* — *Atticos*] *acticos; et sic fere semper.* — *quo ne Athenas*] *quo athenas* — *ipsius viribus*] *illius viribus (superscr. gloss. „viribus Demosthenis.”)* — §. 24. *posse sperat*] *sperat posse a pr. manu.* — *totos se*] *eos se* — §. 25. *opimum*] *optimum* — *adipatae*] *adipale* — *incorruptum audire et elegans*] *incorruptum et elegans audire* — §. 26. *incendens*] *intendens* — *Attamen*] *ac tamen* — *examinante*] *examinantem* — *omnium pondera*] *om. pondera* — *illudensque dira*] *illudens duraque a pr. manu; a sec. illudensque dura* — *videatur*] *videbatur* — §. 27. *facile*] *futile* — *in eo*] *in eas* — *Graeciae cet.*] *Grecie in hoc in eum an hac an illuc manum porr.* — *etiam*] *et iam* — *exagitetur*] *audiretur exagitetur* — *Ad Atticorum igitur aures*] *Ad atticorum aut res* — *ii*] *hii* — §. 28. *hi*] *hii* — §. 29. *Attice venustissimus cet.*] *actice politissimus ille ac venustissimus scriptor Lysias: sed vulgatus ordo in marg. est.* — §. 30. *et qui*] *nec qui* — §. 31. *excoli potuit*] *om. potuit* — *versaret causas* — *nume-*

ratus orator] versatus orator *mediis omissis*. — §. 32. non extaret] *om.* non — nemo neque verb. neque sententiarum] nemo verborum sententiarumve — hiantia] hii antea — se putant esse Thucydidas] se putantes faciunt se Thucydidas — §. 33. Incendor] Incendiosior — sermones requirens, cet.] sermones quaero tuos sed etiam admirabili fama virtutum incredibilium — prudentia] studio — §. 34. quis tamen unquam te] quis autem hac aetate te; *sed recta lectio in marg. — est habitus aut dulcior]* aut dulcior est habitus, cum signo leg. esse: aut habitus est dulcior — sint grata] grata sint — non ardet] deletum non et superscr. iam. — luce] lucem — illud est] *om.* est. — §. 35. duxissem] dixissem; *sed superscr. duxissem — recusantem]* recusandum — ut si] *om.* si — §. 36. qui χαρακτήρ] quod karachter — inculta, abdita] *om.* abdita — Quid est, quo praescriptum] Quid est enim quo per scriptum — aliquid optimum] aliquid opt. — narus] gnarus — §. 37. neque in] nec in — et historiarum] ac hist. — Panegyricum multique] paneguntum multique; *post tum superscr. ipse — ἐπιδεικτικόν]* epedicton — quod quasi ad inspiciendum] qua quasi ad aspiciendum a *pr. m.*; a *secunda*: quod ad aspiciendum — non complectar hoc tempore] *om.* hoc tempore — §. 38. ex insidiis] ea ins. — dimensa] demensa — conferantur — — comparenturque] conferant — — comparentque — et ut pariter] et aut *p.* — certe occultius] occultius certe a *pr. manu.* — ea se studiose] *om.* se — §. 39. et Leontinum] ac Leont. — Gorgiam] Gorgian — versicolorum] versicolorum — Quo magis sunt] *om.* sunt — in eorum tempora] *om.* tempora — ab his] ab hiis — §. 40. leniter] leviter — erudite] crudeliter — cedes] credas — vinxisse] iunxisse — Theodorus] Thucydides — §. 41. Isocrates videtur] *om.* videtur — ut scis] *om.* scis — his] hiis — Socrates] ysocrates — lubet] libet — his non] hiis non — §. 42. et cum Platone] et Platone, *sed superscr. cum. — nutrimentis]* nutrimento — de oratoris quasi incunabulis] de oratore incunabulis — haec] hac (*sic, non hoc, ut Dresd. Gu. 1. 2.*) — iam in] nunc in — descendamus] veniamus — §. 43. tradenda] tractanda — §. 44. non tam] *om.* non — quae qua] *om.* quae — est vacua] *om.* est — igitur hic quidem] hic igitur (*om.* quidem) — §. 46. et temporibus ad] et oratoribus ad — In hac] In hac se — adolescentes] adolescentis — non ad philosophorum morem] non phil. more — et uberius] ut uberius — posset] possit — §. 47. quoniam] ut quoniam — percurrat — — utetur — — dicet] percurrat — — utatur — — dicat — emanant] emanent — seliget] selet — in omnibus] omnibus in — eadem] *om.* h. v. — §. 48. iis] hiis — §. 49. aut molliet] ut *m.* — aut occultabit] ut *occ. a pr. manu; a secunda aut.* — §. 50. infirmabit] infirmabitque — §. 51. in iis] in hiis — eadem dicere] ea dicere — Charmadam] Carnadam — totis] totius — §. 52. sciscitari] scitari — §. 53. interpuncta intervalla] *om.* intervalla — in utroque aliquid] aliquid in utroque — in lenitate] levitate *om.* in — reperiuntur] esse reperiuntur — §. 54. ne nunc quidem solum] nec nunc solum (*om.*

quidem) — §. 55. *iunctus*] *vinctus* — *dici vix*] *vix dici* — §. 56. *atrociter dicere*] *om. dicere* — §. 57. *varietas perfecta*] *om. perfecta* — *Aeschines quum alter* — — — *etiam Demosthenes illumque*] *Aeschines illumque mediis omissis.* — §. 58. *persequendae*] *prosequendae* — *nec a postrema*] *om. nec — ducem*] *ducem sequitur* (*retento in seqq. v. sequatur.*) — §. 59. *non est enim*] *om. est* — *persequetur*] *persequatur* (*sed: utetur.*) — *nulla mollitia*] *nullaque m.* — §. 60. *affert*] *afferet* — §. 61. *vindicat*] *vendicat* — §. 62. *et suavitate*] *om. haec.* — *aculeos*] *eculeos* — §. 63. *incitare, et sic de rebus*] *incitare fide rebus — docendi causa*] *dicendi c.* — *dicendo*] *dicendi* — §. 64. *vincta*] *iuncta a pr. m., sed correctum: vincta.* — *miserabile*] *mirabile a pr. m., sed notá significatur leg. esse miserabile.* — *dignata nomine*] *nomine signata* — §. 65. *iis*] *hiis* — *altius*] *apertius* — *varietatem colorum*] *varietates colores* — §. 66. *in his*] *in hiis* — *Ab his*] *Ab hiis* — §. 67. *quod virtutes*] *quo v.* — §. 68. *etiam si*] *et si* — *ad id*] *ad hoc* — *a poëtarum*] *ac p.* — §. 69. *dicet*] *dicet* — *officia oratoris*] *officia orationis* — *in quo uno*] *om. uno* — §. 70. *huius trip.*] *illius trip.* — *Sed est eloquentiae*] *sed etiam el.* — *reliquarum*] *aliarum* — *ignorantione*] *ignorantia* — *saepissime et in poëmatibus*] *saepissime in poëmatibus* (*om. et.*) — §. 72. *apud unum iudicem*] *om. unum* — *reicitur*] *reicitur* — §. 73. *Magnus est*] *M. esset* — *dictis factis cet.*] *dictis et factis minimis et max.* — §. 74. *et in gestu*] *et gestu* — *item*] *idem; sed in marg. item* — *probi*] *probam* — *in immolanda*] *om. in* — *penicillo*] *peniculo — tantum*] *tantum deletum et superscr. totum* — §. 77. *oratorii*] *oratori* — *hiatus et concursus*] *om. v. et concursus* — *et quod* — — — *negligentiam*] *om. haec.* — §. 78. *duo ei*] *om. ei* — *sic haec* — — — *delectat*] *om. haec omnia.* — *quo sit*] *quod fit* — §. 78. *repellentur*] *repelluntur* — §. 79. *quod quartum numerat Theophrastus*] *quod Th. q. numerat* — §. 80. *verborum duplex*] *om. verborum* — *collocatorum*] *collatorum* — *tratum*] *translatum; et sic semper.* — *inuitatum*] *usitatum* — *inuitata*] *usitata* — *ac prisca*] *aut pr.* — §. 81. *permanent cet.*] *permanent sunt illa quidem multa* (*sic*) *etiam si verba mutaveris, sed* — *parcus in priscis*] *parcus et in pr.* — §. 82. *est illi*] *om. illi* — *uteretur amplissimo*] *utatur a.* — *in alta*] *in alia* — §. 83. *iis*] *hiis* — *ab iis*] *ab his* — *etiam in*] *om. etiam* — *nam sicut*] *nam si ut* — *a magnificentia*] *om. a* — §. 84. *pleraque apta*] *pleraque apte* — *venustates*] *venuste* — §. 85. *verborum modo*] *modo verborum* — *mollissimis*] *nobilissimis* — *assumet*] *assumat* — *faciet*] *faciat* — *aut expectanda*] *aut expetenda* — §. 86. *Accedet*] *accedit* — §. 87. *etiam sales*] *et sales* — §. 88. *frequenti, ne*] *frequens nec* — *aut sua*] *aut in sua* — §. 89. *nec omni modo*] *nec omnino* — *neminem*] *om.* — §. 90. *propriam*] *proprie* — §. 92. *ut saepe iam, quae*] *quae ut saepe iam* — §. 93. *arce et urbe orbasum: alio*] *arcem et urbem orbas* — *pro patria arcem dixit*] *si pro patria arcem dixisset* — *summutantur*] *submittantur* — §. 94. *et haec*] *om. et* — *decet*] *licet* — *ille*] *iste* — *inmuta-*

tiones] imitationes — §. 95. *et nisi]* et ubi a sec. manu. — §. 96. *defluxit]* effluxit — §. 97. *gravis ornatus]* ornatus gravis a prima m. — §. 98. *subtili et acuto]* acuto et subtili — *Medius ille]* om. Medius — *extimescet]* extimescit — §. 99. *auribus]* animis — §. 100. *sed animo cet.]* sed animo non manu. Si prendissem — *dimitterem]* dimitteret — *igitur is? Complectar]* igitur? Sed compl. — *et humilia]* om. et — §. 101. *etsi non cernimus cet.]* etsi animo cernimus tamen animo tenere non possumus — §. 102. *persecuti]* persecuti — §. 103. *in Aviti]* in habito — *quaererent]* *Compendium scripturae videtur significare* quaereret, ut habent *Gryphianae.* — *atque adumbratio]* et ad. — *at quid deceat]* at quid si qui (a sec. manu quid) deceat — §. 104. *et semper]* et sepe (*sic*) — §. 105. *quoniam]* quod iam — *Pammene]* lammene — §. 106. *nunquam Cotta]* om. Cotta — *Sulpicius nunquam - - - non multa graviter Hortensius]* Sulpicius non multa gr. Hortensius *mediis omissis.* — §. 107. *satis defervisse]* om. satis — *aliquanto]* quanto — *fluctuantibus]* fluctibus — *terra non tangat]* terram non tangant — *re et maturitate]* rei maturitate. — §. 108. *redundantia]* habundantia; *sed in marg. redundantia — ut pro Avito]* At pro habito — *compluresque]* quam pluresque — *eaque cet.]* eamque (*sic*) hanc ipsam quam probo habent var. — §. 109. *poëtis et maxime tragicis]* poëtis maximis trag. — *quotidiani]* quotidianum — *discederem]* discedere *In marg. „discederem. Al. descenderem”* (ut habet *Dresd.*) — *eos vidimus]* eos videmus — *nihil cet.]* nihil in suo genere esse posset — §. 110. *me quidem]* om. quidem — *nihil Lysiae cet.]* nichil lysie subtilitati credit (*sic*) n. a. et acumini hyperidis, nichil levitati eschinis — §. 111. *multae totae]* multe et tote — *quoties]* quotiens — *delabitur]* dilabitur — §. 112. *ab hoc]* ad hoc — *explicemus]* explicamus — *haec solum]* hoc solum — *etiam si]* om. etiam — §. 113. *oratio esse]* om. esse — *Disputandi ratio]* Disserendi r. — *dialecticorum est]* dial. sit — *autem dicendi]* autem et dicendi — *eiusmodi]* huiusmodi — *palmae illius]* palmae eius — §. 114. *omnem quae]* omne quod — *quod te his]* quod hiis om. te — *habuit docendi]* habuit dicendi — §. 115. *earum rerum]* om. rerum — *primum]* primo — *e quoque]* eo quoque — *quidque contrarium]* quodque c. — *dicantur]* dicentur — *sed quod]* sed quo — *in iis]* in hiis — §. 116. *inter eos qui disceptant]* inter qui discrepent — *involutae]* involuta — *ut in eas]* om. ut — §. 117. *in species]* om. in — *neque praetermittatur]* om. neque — *autem aut]* om. autem — *faciat]* facias — §. 119. *de ipso genere]* genere de ipso — *habeat orator]* orator habeat — *dicat, dignam]* dignam dicat — *ut de Pericle]* de peride (om. ut) — *esse ignarum]* ignarum esse — *referet]* refert — *magnificentiusque]* et magnificentius — §. 120. *nolo ignoret cet.]* nolo ne ignoret haec quidem a prima manu; a sec.: volo ne ignoret haec quidem — *Quid est enim]* om. enim — *orationi affert]* praebet orationi. — §. 121. *res duas]* duas res — §. 122. *eaque efficere]* ea eff. — *iis]* hiis — *restringentemve]* restringentemve —

§. 123. *quidque erit*] cuique erit — §. 124. *Deinde si tenuis causa est, tum*] Divisimus clare tum — §. 115. *causae natura*] causa et natura — *ascendit in tantum honorem*] in t. h. ascendit — §. 126. *aequaliter*] aequaliter — *corpore orationis*] orat. corpore — *communes sunt*] om. sunt — *id ita*] om. id — §. 127. *leniter*] leviter — *adversarios*] adversos — *aspere*] aspera — *quotiescunque*] quotienscunque — §. 128. *et ad mores*] et mores — *vitae*] tam cum lin. — *in quo*] id quo — *nullo pacto*] nullo modo, *sed in marg. pacto* — §. 130. *mihi tamen omnes*] tamen mihi omnes — *dolore*] *Hoc deletum et superscr. labore* — *ipsum poenitet*] ipsum non poenitet — *eadem illa*] om. eadem — §. 131. *solum*] sola — *etiam filio*] et f. — *complerimus*] repleverimus — *in qua*] An qua — §. 133. *aut si*] ut si — §. 134. *χαρακτήρ*] character — *ex iis ipsis*] ex ipsis — *intelligi potest*] potest intelligi — *ac movent*] et m. — *magnum afferunt*] om. magnum — *appellantur insignia non quod* — — — *quodammodo insignia quum aut*] appellantur insignia quum aut, *mediis omissis.* — §. 135. *non eadem*] non in eadem — *versum*] versus — *exclamatio*] explanatio — §. 136. *utitur*] utatur — *esse laudabilem*] laud. esse — *dicitur*] edicitur — *Tantummodo notetur*] tantum vocetur — §. 137. *et in una re*] ut unam in rem — *in eademque cet.*] et in eandem commoretur sententiam — *ut quum transegerit*] et quum tr. — *dixerit*] dixit — *et sentiri*] et sentire — *quomodo dicat*] qn (cum lin. i. e. quando) dicat — *conferat*] transferat — §. 138. *iis*] is a pr. m.; a sec.: hiis — *audiunt*] audiant — *mores sermonesque*] sermones moresque — *loquentia*] eloquentia — *ut utatur*] om. ut — *alii*] aliis — *ut interpellatorem coërceat*] ut interpellat oratorem coërceat — *ut denuntiet*] et den. — *caveant*] caveat — *ut liberius*] et lib. — *irascatur: etiam ut*] irascatur etiam, ut — *ut medeatur*] ut medeat ut medeatur — *iis*] is a pr. m.; a sec.: hiis — §. 139. *Atque alias*] Atque in alias — *sequetur*] seqtur cum lin. — *vides*] videas — §. 140. *esse dicendum*] dicendum esse — *etsi movebant*] etsi non movebant — *iis*] hiis — *de artificio*] om. de — *nisi me*] om. me — *excusatio*] negatio a pr. m.; a sec. responsio. — §. 141. *dicendi praecepta*] praecepta dicendi — *quae ad*] quo se ad — *reprehendet*] reprehenderet — *plurimum esset*] om. esset — *praescriptionum*] persecutionum (compendio scr.) — §. 142. *gloriosum est*] om. est — §. 143. *Fateor, sed*] om. haec v. — *Alteros enim resp.*] At eos resp. — *ii*] hii — *et discentibus*] disc. et. — §. 144. *At dignitatem cet.*] Ad dignitatem melius docere — *si quasi*] se quasi — *communicando*] commemorando — *cur quum docendo*] cur non dicendo — *possis meliores*] posses melius — *facere, nolis*] facere nescio cur nolis — *Si*] An — *possint*] possunt — §. 145. *ii etiam*] om. ii — *ipsi fuerit honestissimum*] ipsis (sic) honest. fuerit — §. 146. *Ac fortasse*] At f. — *tectiores*] certiores (ut videtur) — *prae me*] pro me — *Qui*] Quid — *dissimulare*] dissimularem — §. 147. *dimetiendis*] demetiendis — *in hoc*] om. in — *altitudo*] magnitudo — *his*] hiis — *vetat*] vel ad — *a me volumen*] vol. a me a pr. manu. — §. 148. *non*

ita] ita non — *durum agrestemque*] dirum agrestem durumque — *quae quidem me antea*] qui (*sic*) quidem antea *om.* me — §. 149. *illud*] illum — *quale*] qualis — *nec id*] *om.* id — *esset quum*] esset tum *a pr. manu*; *a sec.* etiam tum — *λέξις*] *lexis* — *vermiculato*] *vermiculate* — §. 150. *efficiet facile*] statim efficiet *fac.* — *ut in legendo*] ut intelligendo — *in dicendo prospiciet*] in docendo (*sic*) proficiet; *sed superscr.* prospiciet — *gravesve*] graves — §. 151. *tanto opere*] tantopere — *idem*] id — *haud*] aut — *iis*] *hiis* — *oratione*] *om.* — *sint*] sunt — *eam*] ea — *sit*] est — §. 152. *versum*] versus — *Histrum*] *istum* — *Grai*] *gray* — *Etesiae cet.*] et est adiuuanda ponti — §. 153. *multi modis cet.*] multis modis *vivas argenteis palma et crinibus tecti fractis* — *Duellium*] *duillium* — *Bellium*] *bellum* — *Duellii*] *duelli* — *Axilla Ala*] *auxilla ala* — *fuga*] *fuge* — *taxillis*] *anxillis* — *paxillo*] *pauillo* — §. 154. *Dein cet.*] deinde etiam saepe et exin proinde et pro exinde — *concurrerent*] *currerent* — *est mecum et tecum* — *Atque etiam*] *est mecum atque etiam* *mediis omissis.* — §. 155. *haec*] *hoc* — *tuum unquam*] *tu unquam* — *At ille alter*] *At ille aliter* — *Chryse*] *chisse* — *durius*] *dirius* — *non sane cet.*] *non sane in omnibus neutas (sic) sunt usitata* — §. 156. *audeo*] *audio* — *stilitibus*] *litibus* — *Atqui cet.*] et qui dicit *attius* — *duo duorum*] *dua duorum* — *concessum est*] *om.* est — *sestertium*] *sextertium* — *his*] *hiis* — §. 157. *nosse, iudicasse*] *nos eiudicas si* — *siet cet.*] *si et plenum est fiet minutum* — *scripserunt*] et scripserunt — *isdem probavit*] *idem probavit* — *At eisdem*] *At iisdem* — *tamen eisdem*] *tamen ysdem ut optimus* — *iam videtur*] *om.* *ian* — §. 158. *est abs*] *om.* *abs* — *et ne iis*] *ne hiis* — *dicimus*] *dicit* — *nescias abne verum*] *nescias an verum* — *abfugit*] *affugit* — *abfer*] *afer* — *nari*] *gnari* — *ut veritas postulabat*] et *v.* *postulabit* — *e re*] *ex re* — §. 159. *fit natura*] *natura fit* — *Indoctus*] *Inductus* — *in verbis*] *om.* *in* — *concrepuit*] *increpuit* — §. 160. *pulchros cet.*] *pulchros et cetegos triumphos Carthaginem* — *Orcivios*] *oscinios* — *Matones cet.*] *mathones othones sccepiones sepulchra* — *Burrium*] *purum* — *Bruges*] *fruges a pr. manu*; *a sec.* *fryges* — *tantum barbaris*] *tam in barbaris* — §. 161. *optimus*] *optumus* — *loquebamur, cet.*] *loquebamur qui est omnibus princeps et vita illa dignum loco qua non dignus* — §. 162. *in his*] *in hiis* — *reperienda*] *repetenda* — §. 163. *permulceant*] *permulcent* — *Qua Ponto cet.*] *qua pontus hellus superat tmolum.* *At thauricos locorum* — *finitus*] *finis* — §. 164. *sequamur*] *sequantur* — *itemque*] *idemque* — *diximus*] *dicimus (in marg. diximus)* — *aut quodam genere*] *ut quaedam genera* — *casus*] *causas* — §. 165. *consecratione*] *consecratione* — *nostra sunt*] *om.* *sunt* — *accepimus cet.*] *sed accepimus non legimus verum natura* — §. 166. *referendis*] *referendis* — *damnas*] *om.* — *autumas cet.*] *autumas pro autimas dicis male merere* — *prodest nihil: id*] *prodest, nihil id* — *relatio*] *ratio* — *oratorium*] *oratorum* — §. 167. *Isocratem*] *ysocratem.* *In marg.* „*al. Isocraten (ut Dresd.)* — *Nos etiam*] *nos autem* — §. 168. *et hi*] *et hii* — *in iis*] *in hiis* —

perfecto] profecto *superscr.* perfecto — curta] torta a *sec. manu.* — §. 169. *sit, credo*] sint credo — *boni*] bonis — *usos magnos oratores v.*] usos veteres v. — §. 170. *oratione*] ratione — *numeri ab*] *om.* numeri — *sententiis, iure cet.*] sententiis *sin re a pr. m.; a sec.: sin vero*) sint probe res — *malint*] velint (*In marg. malint*) — *ut sit*] ut si — §. 171. *dicere*] elicere — *Versibu'*] versibus — *absolute concluderetur*] absolveretur (*ssd in marg. recta lectio.*) — *eis*] ei — *in eis*] in hiis — §. 172. *movebit*] movet — *Naucratem*] neutraten — *auctores - - - esse debebant*] auctores esse debeant *mediis omissis.* — *quis porro*] quid p. — *versum*] versus — *vetat esse*] *om.* esse — *iubet*] iubet esse — *iisdem*] et iisdem — *ab iis*] ab hiis — §. 173. *quia ipsi*] quia ipsis — *aut cur aut*] aut curat aut — *longitudinum aut brevitatum*] longitudinem aut brevitatem — §. 174. *qui et haec*] *om.* qui — *vel maxime velle*] velle maxime vel — *iucunditatis*] iocunditatis — §. 175. *ab his*] ab hiis — *vere*] fere — *scientius*] scie cum *lin.* — *nimis etiam*] *om.* etiam — *numerose*] numerosa — *ut paullo*] *om.* paullo — *iis*] is — *Id autem*] Idem a. — §. 176. *in transferendis faciendisque verbis*] *om.* fac. verbis — *et iis*] et hiis — *audisset*] *advisset (sic)* — §. 177. *diximus*] dicimus — *quum, ut fit*] quum sit — *apteque*] aperteque — *pepulisset*] perpollisset — *iucunde*] iocunde — *imitandi*] mutandi — §. 178. *mutila*] inutilia — *immoderatus*] moderatus — *certos cursus*] cursus certos a *prima m.* — §. 179. *id enim*] *om.* enim — *si placet*] *om.* haec. — *ex quo*] e quo — *et is unusne*] *om.* is — *et quo loco*] et in quo l. — §. 180. *duplex est*] est duplex — *etiam planior*] et pl. — *non queant*] non possint — *e poetice*] *ex p.* — *eorum sit*] *om.* sit — *iidem*] idem — *quicumque sunt*] q. sint — *si communes*] si omnes — *in versu*] in universum — §. 181. *dicitur*] dicatur — *anne sit*] an est — *sitve*] sitque — *et ea, quae*] *om.* ea — §. 182. *iucundum*] iocundum — *illuminatum*] illuminatum est — *quaerenda sit*] q. est — §. 183. *cur id accidat*] cur id accidit — §. 184. *qui tarda*] quin t. — *simillima*] similia a *pr. manu.* — *Ac*] At — *in eis*] in hiis — §. 185. *iucunditas*] iocunditas — *in numero autem*] *om.* autem a *pr. m.* — *voluptatis, ita in hac re - - Itaque et Herodotus*] voluptatis itaque et Herodotus *mediis omissis.* — §. 186. *et facilius*] *om.* et — *aut facta aut iuncta*] aut iuncta aut facta — *non domo*] non modo — *et cognitus*] aut c. — *palaestram et extrema*] palaestra in extrema — §. 187. *Quod si et*] quod et si — *collatata et diffusa*] concalcata et diffusa (a *pr. manu; a sec.: diffusa.*) — *accidere natura*] accedere nature — *insistat*] persistat (*In marg. insistat.*) — §. 188. *aequalem*] aequalem esse — *sesqui*] sesque — *sesquiplez paeon*] sesqui pean — *qui*] quin — §. 189. *etiam ex hoc*] *om.* etiam — *versus saepe*] *om.* saepe — *effugere vix*] vix effugere — §. 190. *anapaestos*] anapaestica — *observari nec*] nec observari — *in eo ipso loco*] in eo loco ipso — *inquirente*] inquirenti — *numeros*] numerum. (*In marg. numeros.*) — *oratorios*] oratores — §. 191. *ergo*] igitur — *orationem aptam*] oratione in aptam — *levis*]

lenis — *sed profectus*] *om.* profectus — §. 192. *et abiectam*] neque abi. — *et exaggeratam*] *om.* et — §. 193. *sed ipsos*] *om.* ipsos — *habuerunt rationem*] rationem habuerunt. *Sed in marg.:* hab. rat. — *nullam dignitatis*] dign. nullam — §. 194. *Sic hi*] sic hii — *evitandi*] vitandi — *quidquam*] quiddam — *recipit*] recepit — *fugit*] fecit — *vitiosus*] vitiosus — §. 195. *Theodecteque*] theodectoque — *vulgi est, debet*] vulgi, debet esse — *vinctum*] iunctum — §. 196. *quique*] quoque — *in iis*] in hiis — §. 197. *hi sunt*] hii sunt — *animadvertetur*] advertetur — *incunda*] iocunda — *excipiunt*] accipiunt — *illa ipsa cet.*] — *illa ipsa delectarent nec vero minus is cursus* — §. 198. *nisi ut*] nisi aut — *tibicini*] tibicini — *terminata est*] *om.* est — §. 199. *id vacare cet.*] id non vacare numero oportet — *exitum tamen*] *om.* tamen — §. 201. *faciamus quae*] fecimus quaeque — *collocationis*] collocationes — *eae*] hee — *coniuncta*] iuncta — §. 208. *est nata*] nota (*sic: omissio est.*) — *qui aliquo esset in numero*] qui aliquo numero — *attentetur*] attemptetur — §. 209. *assumendum*] id sumendum — *sit etiam*] *om.* etiam — §. 210. *Ennensi*] Hennensi — *plurimis*] pluribus — *dicendique*] dicendi — *anquirat quid reprehendat*] acquirit quid predat — §. 211. *ipsam*] ipse — *iis*] hiis — *dictio est*] *om.* est — *cogat*] cogit — §. 212. *conclusionesque*] conclusiones — *ab aliis*] ab illis — §. 213. *his*] hiis — *O Marce Druse*] O mi Druse — *dichoreus*] dichoreius — *dichoreo*] dichoreio — §. 214. *temeritas - - etsi*] *Exciderunt haec.* — §. 215. *Animo*] *om.* h. v. — *incunde*] iocunde — *et eius*] *om.* et — *e totidem*] *om.* e — §. 217. *choreo trochaeus*] *om.* trochaeus — *tres*] tris — *choreus aut spondeus*] choreius aut spondius — *in pede*] ut pede — *iidem hi*] idem hii — *postremus*] extremus — §. 218. *mediae*] mediane — *mihî videtur aptior*] nihil videtur actior (*sic*) — *est hoc*] hoc est — §. 219. *His*] Hiis — *non numero solum*] *Exciderunt haec.* — *et genere, quod ante dictum est*] *Exciderunt haec.* — *compositione potest*] *om.* compositione — *ut numerus non*] ut ipse non — *libido*] libido — *dominatur*] praedominatur — *ulla aperta*] *om.* aperta — *ea non*] etsi non *collocatione*] collacione — §. 220. *inest*] est — *plerumque fit*] *Exciderunt haec.* — *quoque copia*] copia quoque — §. 221. *comprehensio*] comprehensio *et sic ubique.* — *et ne*] et ne ut — *vel potius*] *om.* potius — *accidit*] accidat — *neu*] neve — §. 222. *His igitur*] hic igitur — *quasi*] quia — *disiungimus*] diiungimus — *debet esse*] esse debet — *profecto se fudisse*] profectos effugisse — *caderet*] traderet — §. 223. *perfugis*] perfugiis — *spondeos*] spondios — *incisim*] vicissim — §. 224. *incise*] incisa — *crepidine quadam*] *om.* quadam — *et [quam] fortunâ*] et fortunas — *Dichoreo*] dichoreio — *spondeis*] spondeus — *iis*] hiis — *pugiunculis*] pugnaculis — *utrisque*] utriusque — §. 225. *tractata*] tracta — *iis*] hiis — §. 226. *aut melius*] *om.* aut — *raro*] rara — *Et is*] et hiis — *posui*] pompeiana — §. 227. *lectissimis dicere*] latissime (*sic*) disserere — *non modo oratorum*] *om.* non modo — *verum*] sed — §. 228. *adhibere*] et adhibere — *nec vitando*] ne vit. — *in his*] in hiis — *facit*]

fecit — *fuit*] fiat — *recte declinat*] — *om. recte — etiam in*] et in — *intelligit*] intelligat — §. 229. ἀπολοίστρος] *apolestros* — *abest, ut*] *abest, ne* — *ii*] *hii* — *ut aliter*] *aut aliter* — §. 230. *quod se*] *om. se* — *in scribendo atque in dicendo*] *in dicendo atque in dicendo* (*sic*) — *necesse tamen*] *tamen necesse* — *scripsit*] *scribit*; *sed in marg. scripsit* — *et nihilo*] *om. et* — *fluxit*] *fluit* — §. 231. Hierocles et Menecles] *yherodes et menocles* — *ab Atticorum regula*] *a regula Atticorum*; *sed in marg. ordo vulgatus.* — *quasi rimas expleat*] *quasi* (*spatium vacuum*) *expleat*: *superscr. vina.* — *in eodem, cet.]* *versetur semper eodem genere verborum. In marg.:* » *Al. numerorum. Melius puto.*» — *alia perspicue*] *illa perspicue* — §. 232. *compositi*] *compositio* — *collocationem cet.]* *collocationem verborum dissolvat* (*sic*) *permutatione verborum*: *corrumpatur* — *vestis*] *vestes* — *qui rebus his*] *quibus rebus in hiis* — §. 233. *quadrum*] *quadram* — *aptum illud*] *om. illud* — §. 234. *noluit*] *voluit* — *nemoque*] *neque* — *modo sic, ut, si quis*] *modo si quis* — *clupeum*] *clypeum. In marg. clupem* (*sic.*) — §. 235. *clupeum*] *clupem. In marg. clypeum* — *humilius*] *humile* — *plane*] *plene* — *voles*] *velis* — §. 236. *etiam plerumque*] *et pl.* — *quidquam aut spectari*] *quidquam expectari* — §. 237. *tanto opere*] *tantopere* — *verius*] *melius* — *Neque*] *Nec* — *assensum*] *sensum* — *levissima*] *novissima* — *quod tenerem* — *quam id*] *Exciderunt haec.* — *verum*] *verum tum* — §. 238. *impudentiam*] *imprudentiam.*

Ex literis C. P. C. Schoenemanni ad Beierum

dat. die xxiv. Augusti MDCCCXXVII.

In Ansehung der Mss. des Orator ist Eberts Angabe richtig. Der älteste Cod. ist der mangelhafte Gud. 2. in Fol., welchen Ernesti, Wolf, Görenz und Klein (als er noch in Breslau war) gehabt haben. Er fängt mit dem 26. Cap. an, als ob gar nichts fehle. Dann folgt Gud. 38. in Fol. aus der ersten Hälfte des XV. Jahrhunderts; er besteht aus 123. Bll., auf welchen von Einer Hand, aber, wie es scheint, sehr nachlässig geschrieben sind: 1) *Cic. de oratore ll. III. f. 1^a — 74^b.* 2) *Orator ad M. Brutum* vollständig f. 74^b — 95^b. 3) *Brutus* f. 97^a — 121. 4) *De optimo gen. orator.* f. 121 — 123^b.

Endlich August. 12. 13. in 4. enthält auf 262. von einer ital. Hand geschriebene Bll.: 1) *Cicero de oratore ll. III. f. 1 — 156^a.* 2) mit späterer Rubrik *Cic. de optimo gen. dicendi ad M. Brutum* f. 156^a — 201^b. 3) *Brutus s. de claris oratoribus* f. 201^b — 262^b. Dieser Codex ist erst in der Mitte des XV. Jahrh., wahrscheinlich auf Bestellung, geschrieben. Die Initialen jedes Buches sind auf Goldgrund sehr geschickt gemalt und die Capitel-Initialen mit bunten Farben. Auf dem untern Rande des ersten Blattes ist das de Fanlysche Wappen, mit beigeschriebenen Namen A. FANLY (mit gold.

Buchstaben). Es ist eine Burgundische Familie aus der Nähe von Dijon, wohin später der Codex gekommen ist. Dasselbst ist er aus einer Hand in die andere gekommen, wie die Namen Moisson und Recourt etc. am Ende beweisen. Vielleicht liesse sich aus Burgundischen Genealogien der erste Besitzer und damit auch das Alter des Codex näher bestimmen.

Zur Probe hier nur eine Vergleichung des Endes c. 71. §. 237. (mit Orelli).

Cod. Gud. 2.	Gud. 38. in fol.	Aug. 12, 13 in 4 ^o .
- - iuditium qd' ait si qua ere	- Iuditium quod aut se- quere s. <u>pb.</u>	Iudicium etc. -
- aut tuo stabis si aliud qd'dam est tuum - -	aut tu obstabis si aliud quidam est tuum - - -	aut tuo stabis si aliud quodam etc. - - -
de quo tantopere	de quo tanto tempore - -	de quo tantopere - -
Potest enim n. sol. aliud michi ac tibi sed michi met ipsi alias aliud videri - -	Pot. en. n. sol. aliud mihi ipsi aliud alias videri.	Pot. en. n. sol. aliud michi ac tibi, sed mihi ipsi aliud alias videri
re que vulgi ad sensum spectet	re que ad vulgi assen- sum spectet	que ad vulgi sensum spectet
- ad iudic. levissima	- novissima - -	- - novissima -
cum ipsum illud verum tamen	- tum ipsum illud -	- cum ipsum illud
in occ. lateret		
improvidentiam susce- pisse	- impud. suscepisse	impud. suscepisse

Cic. ad M. Brutum Orator. Codd. Guelff. collati cum edit. Orelliana (1827).

Cod. membr. Sec. xv.,
Aug. 12, 13. in 4^o. Cap. xxvii. Cod. membr. S. xv. ineunt.,
ed. Orell. I. pag. 467. in fine. Gud. 38. in fol. Cap. xxvii.

Plerumq' est in h.

p. 468. loquitur, tam ill.	p. 468. §. 92. in q multi
lin. 3. traslata dico („ea“)	1. 3. illustrat eam - transl. („ea“)
„ 4. similit ad aliam rem	dico
„ 5. „proprio“	„ 4. simil. ad aliam rem
„ 6. sumptum et re	
§. 93. lin. 7. dixerit Enn.	§. 93.
arcem et urbem orbas al. ino p.	arcem et urbem orbas alio („
(„et - si“)	„et - si“)
„terribili tr. - Africam“	
„quia“ quasi	

- §. 94. iungit (*del.* „sub”) - - minutam op. est vel qđ licet (*del.* „delectat vel quod decet”) continue plures recto genere ille - vocant - - dulcissime
- §. 95. multa N (= enim) explicantur dicuntur
- §. 96. *del.* „etiam”
- Cap. XXVIII.
- pag. 469. §. 97. et copia admirare
- §. 98. quicquam (*del.* „nec”) extimescit ancipitis *del.* „alte”
- §. 99. *del.* „noster” in quem - - cum illis si his uo ppar. - - videntur
- §. 100. non manu
- Cap. XXIX.
- qui (*del.* „et”) humilia et magna gr.
- §. 101. fuit ne du tu fueris videri disputo - - eloq. se qđro p. 470. quicquam - - illud idem poterint
- §. 102. explicamus (laudavimus) distrinximus fuit ornatus
- §. 103. varianda et tempanda snt accus. septem libris n̄ reperiuntur genus quod in habiti vel (*del.* „per se”) posse elig. nullo in genere - - non fuit aliqua ad conatus Atqui si quid deceat videmus p. 470. §. 104. ut quisque eo diff. et sepe aliquid
- Cap. XXX.
- §. 105. Sed tam q' iā tu et hunc tu or. lammiene
- §. 94. vocat vel qđ licet iam confluerant contin. plures recto genere
- §. 95. explicantur dicuntur - - illi fort. comprobabitur
- Cap. XXVIII.
- pag. 469. §. 97. et copia admirate diffideret - - pfungit
- §. 98. et subtili et ac. - - profecto magn. extimescit - - succidet adhibet (p̄ adibit)
- §. 99. sic nihil ē al.
- §. 100. non manu. si
- Cap. XXIX.
- qui (*del.* „et”) humil. s. et magna gr.
- §. 101. fuit ne dum tu videris. Ego enim ten. possimus p. 470. Is igitur erit ut illud idem
- §. 102.
- §. 103. acc. septem libris quod in habiti vel (*del.* „per se”) posse eligere si non assequim. Atqui quid deceat videamus p. 470. §. 104. de vobis - - ut quisque diff. et mor. et sepe aliq.
- Cap. XXX.
- §. 105. Sed tñ quod iā et h. lammiene (*del.* „cum”)

tamen etiam vestra lectitas

Sed ille manus

etiam nostra - multa illum pf.

non velle cunq' - nam (~~del.~~ „et”)

succ. ipse magnus

§. 106. nunqu' (~~del.~~ „Cotta”) visus esset
orationis fuisse aures - dicendi aud.

§. 106. ~~del.~~ „Cotta”

§. 107. post quanto desentire

§. 107. defervisse

p. 471. mare fluctibus

p. 471. m. fluctibus lictis ei.

Itaque vivunt

alluantur - - laudati

alluantur

§. 108. erat unus ardor

§. 108. erat unus ard.

(at pro) -

Atp' hito

At p habito

multa (~~del.~~ „ne”) in gr. quidem

M. TULLII CICERONIS
DE
CLARIS ORATORIBUS
LIBER,
QUI INSCRIBITUR
BRUTUS.

PRAEFATIO.

In nova hac Bruti editione id mihi proposui, ut quam nunc fieri potest accuratissime emendaretur aureolus libellus, indicatis fontibus earum in primis lectionum, de quibus propter has vel illas rationes etiam nunc disceptare aut monere saltem verbo necessarium videbatur. Nam ut nunc immorarer et in referendis et in denuo refutandis omnino omnibus iis Cdd. et Edd. vett. erroribus vel levioribus, Schuetzii praesertim, coniecturis, in quibus diiudicandis novissimus Editor recte rem amministrasset, nihil profecto in causa erat. Verum in id potissimum strenue incumbendum duxi, ut semel corrigerentur multi illi errores partim a prioribus, partim etiam ab Ellendtio commissi, qui vir doctissimus, etsi egregia complura habet, mirum tamen in modum saepenumero ab aliis decipi se passus est vel ipse a veritate imprudens deflexit tum in lectionibus ipsis tum in earum auctoritatibus afferendis; unde magnum erat periculum, ne sequentes editores singulis non denuo examinatis, nimiamque fidem illi tribuentes eosdem errores repeterent atque propagarent. Invitus, fateor, in eiusmodi correctionibus versatus sum, sed necessitati quis repugnare potest? Id autem ante

omnia assecutus mihi videor, ut deinde rectius constituantur tota ratio huiusce libri emendandi. Videlicet, quum extra dubium nunc positum sit, omnes, qui ubique sunt, Codices — de uno Ambrosiano, quid suspicari liceat, mox indicabo — sed quum constet omnes fluxisse ex uno illo Laudensi nunc deperdito, de quo verba feci in praefatione Oratori praemissa, idque vel ex eo confirmetur, quod omnes in fine aequè mutili sunt, consentaneum est, cunctos per se spectatos unius dumtaxat auctoritatem habere, idque unum profici ex quam plurimorum vel, si fieri posset, omnium collatione, ut divinatione assequamur, quid scriptum exstiterit in Laudensi; quae tamen divinatio, per se ipsa admodum lubrica, non ita multum collatura videtur ad emendanda scripturae vitia; nam, quae in illo iam sana erant et recta, plerumque integra servata sunt; quae contra corrupta erant et manca, in ceteris omnibus saepe in peius etiam deformata invenies: nisi quae e coniectura magis minusve probabili vel restituta vel saltem ita mutata sunt, ut speciem quandam integritatis mentiantur. Hinc fit, ut in hoc libro, quemadmodum in aliis, quorum eadem sors fuit iniqua, latus campus adhuc pateat coniecturae de vera lectione tentandae. Veras autem Codicum familias, quum nullus antiquior sit Seculi XV. tertio decennio, statui hic nequaquam posse manifestum est; etsi qui ex eadem aut officina libraria aut ex eiusdem Itali philologi schola prodierunt, utique inter se similiores erunt, quam qui aliam habent originem.

Inchoatam autem esse tantum, nondum absolutam operam in Bruti Cdd. excutiendis ponendam, ex eo maxime elucet, quod quattuor dumtaxat Cdd. lectiones accuratius novimus. Sunt autem

1. Oxoniensis *ψ*. admodum negligenter collatus.
2. Gudianus 38. (Gu. 1.) collatus a Schneidero in Epistola ad Langerum Wetzeli Bruto praemissa et ab Io. Fr. Heusingero, cuius collationem dedit Schuetzius,
3. Aug. 12, 13. Ms. Aug. 4. (Gu. 2.) collatus ab eodem Heusingero.

4. Cod. Regius 7704. Scilicet Casp. meus Blunshlinus, utriusque iuris doctor, praeclaro libro de successione contra tabulas nuper edito satis notus iure consultis, quum Lutetiae Parisiorum degeret, nihil habuit antiquius, quam ut desiderio meo collationem Bruti cum Cod. aliquo Regio nanciscendi promptissimo animo diligentique cura satisfaceret, benigne optatis meis annuente V. Cl. C. Benedicto Hase, quem honoris causa nomino.

Asservantur videlicet in Regia bibliotheca huius eruditissimi viri curis commissa hi quattuor Bruti Cdd.: 1) N. 7705, membr. Sec. XV., nobis A. 2) N. 7703. membr. scriptus Anno 1461. (B.) 3) N. 7708. membr. Sec. XV. (C.) 4) N. 7704. membr. Sec. XV. (D.) Ex his autem amicus eum sibi conferendum sumpsit, qui optimus videbatur, N. 7704. sive D.: ceteros in locis maxime dubiis inspexit. Eisdem antea, sed pro more suo, admodum obiter consuluerat Lallemandus.

Satis multas lectiones dedit Gruterus ex

5. Palatino, a semet ipso collato.

6. Cuiaciano, collato a Gulielmo. „Diversus is erat ab eo, quem citat Lambinus.” Grut.

Lambinus memorat modo „quosdam”, modo duos, modo tres libros Mss.; Manutius bis terve librum Borromei et alterum Latini; Victorius librum Nicoli; rarissime Mss. appellant praeter Turnebum in *Adverss.*, Corradus, Rivius, Victor Pisanus, cuius curam novi tantummodo e Sylburgii Annotatt. Reliqui autem Bruti editores v. c. Carolus Stephanus, Michaël Brutus, Ernestius, Wetzelius, Ellendt, Nobbe nullis Cdd. uti potuerunt. Billerbeckii curam nondum vidi. Praeter ceteros Cdd. autem qui diligenter examinetur dignus videtur Ambrosianus *Part. super. O. 158.* (in Maii *Cicerone Ambros.* pag. 245.) scriptus a Ioanne de Crema; in quo: „*Brutus mutilior quam in Edd.*” Quippe videndum erit aliquando, utrum casu tantum vel potius socordia librarii *mutilior* sit, an quia aliunde forsitan quam e Laudensi sit ductus; id quod tamen vix credibile est.

Iam maximam similitudinem intercedere tum inter Cd.

Gu. utrumque, nostrum D., Oxoniensem quoque, quatenus is nobis innotuit, Ed. Venetam anni MCCCCLXXXV. eiusque repetitionem Norimbergensem anni MCCCXCXVII., quam falso Omnibonianam appellare solet Schuetzius, iis comparatis intellexi. Eandem lectionem e coniectura potius, quam e libris melioribus passim emendatam reperi in Ed. Mediolanensi MCCCXCXVIII. (quatenus scil. hanc novi ex Ernestii *Annotatt.*) eiusque sequaci Ascensiana prima.

Novam recensionem non sine libris, puto, instituit Aldus avus, quae quasi fundamentum est sequentium, anno MDXIV. tum MDXXI., quam posteriorem habeo. Insunt tamen in hac editione praeter emendationes egregias etiam interpolationes manifestae, quarum aliquot ad nos usque propagatae nunc tandem sunt sublatae. Post Iuntam Aldum secuti sunt, qui Ascensianam alteram curaverunt, insertis tamen passim novis et coniecturis et interpolationibus; cum hac Ascensiana in plerisque faciunt Cratander, paucisque immutationibus exceptis, Hervagius*), Rob. Stephanus, qui in Rhetoricis nondum exprimere poterat Victoriun, Camerarius, Carolus Stephanus; nec multum distat ab hac lectione Aldo-Ascensiana Victorius ipse, qui perpauca mutavit, quique interdum etiam ad errores iam correctos nimia religione reversus est. Sed praeclare multos locos correxit, in longe paucioribus errans, Rivius MDXXXVII., tum ex ingenio, tum ex Ed. Romana (deinde nunquam a quoquam inspecta ac mihi quoque negata; quae, quatenus ex paucis speciminibus nunc iudicare licet, e codice admodum diverso ab

*) Quum destitutus sim Ascensiana tertia anni MDXXXI., (de qua consule Amadei Peyron, V. C., *Notitiam libr. Th. Valpergae Calus.* cet. pag. 65.) nequeo dicere, utrum quae Hervagiana comparata cum Cratandrina propria habet, Editori Basileensi debeantur, an repetita fortasse sint ex Asc. tertia; omnia tamen coniecturae sive interpolationi, non Cdd. deberi, manifestum est; velut §. 295. *nos capi volens.* Una harum coni. Hervag. usque ad nos propagata est §. 296. *venio ad eos pro: venis ad eos.* Plerasque, non tamen omnes istas Hervagii lectt. habet etiam Rob. Stephanus, novis aliquot additis veluti §. 299. *existimari nolim pro: ex. velim.*

illo, quem expressit Veneta, videtur ducta aut, quod potius credo, a critico Italo Sec. XV. emendata est.) Iam Rivii bonis maxime usus, libris etiam, nisi fallor, consultis, interdum propriae coniecturae fidens novam re-
 censionem adornavit Manutius, quam pressis vestigiis sequuntur Corradus et Aldus Nepos. Corradus quidem quas memorat varias lectiones haud aliunde notas vel in quibus, ut plerumque, Cdd. Mss. auctoritatem non affert, eas e variorum professorum Italorum coniecturis videtur hausisse. Aldi Nepotis editionem per quinquennium frustra quaesitam, nunc ipsum, dum in Bruto versor, optimi amici, Io. Labus, operâ, Mediolano accepi. Qua diligentius examinata, vidi, in Bruto certe, eum presse sequi patrem Manutium, ita tamen ut permultis et foedissimis typothetarum erroribus eius cura sit inquinata; in commentario autem impudenter exscripsit Corradum, paucissimis et iis levissimi momenti exceptis. Praeterea, quod maximi mea intererat, didici inde, lectiones illas Repetitionum Lambinianarum, quarum fons atque origo adhuc me latuerat et quae haud raro, malo utique consilio, usque ad nos propagatae sunt, ne ex Aldo quidem Nepote petitas esse: v. c. §. 63. *Catonis — orationes non minus multae verae sunt* (pro: *fere*), quod propagatum est usque ad Ern., nusquam alibi reperi, ne in Carolo quidem Stephano nec Boulierio nec M. Bruto. Manutianam lectionem, ut solebat in reliquis etiam Ciceronis scriptis, rursus expolivit Lambinus: multis, quae in vastis illis Corradi commentariis delitescunt denuo inde a me eruta, tacite ascitis, tum etiam Codd. aliquot consultis, haud pauca ex ingenio reformans. Cuius lectiones multas, etiam egregias, perversa aemulatione et invidia ductus expulit rursus Gruterus ad lectionem vel Aldi Nepotis e Manutiana derivatam, vel Repetitionum Lambb. rediens, nisi ubi duos codices suos secutus est, quorum excerptis nobiscum communicandis bene meritus est nostro de libro. Paucis, quae in Bruto habebat, subsidiis, usus est suo ex more Ernestius, id est, haud satis diligenter; sed in eo tamen recte rem administravit,

quod aliquot interpolationes et falsas lectiones Aldinas et Gruterianas vetustiorum Edd. ope correxit, feliciter nonnullis etiam de coniectura emendatis. Sequitur Schneiderus, qui ante Schuetzium dedit lectiones Gu. 1. et historicas nonnullas animadversiones perbonas, quo in genere continentur etiam Wetzellii merita; quod ad crisin ipsam pertinet, neutri multum debet noster libellus. Schuetzius, longe feliciore ingenio praeditus, quum e Gu. utroque quaedam refingeret modo in melius, modo prave, permultis tamen audacissimis ac levibus coniecturis indulisit. Quae is deliquit, correxit plerumque Ellendius, in quo viro, ut praedixi, eam accuratorem tantummodo desidero, quae iuvenem philologum quam maxime decet, quia summum nostrum officium in eo versatur, ut errores omnes, quantum in hac imbecillitate humanae naturae fieri potest, devitemus: in illo igitur id in primis aegre sum passus, quod saepe ipsa lectio recepta differt ab ea, quam in annotationibus sibi probari et a se admissam esse dicit; qua tamen in re fortasse maior quam ipsius typtothetarum et correctoris fuit culpa. Virum autem, cuius doctrinam magni facio, nolo offendere; amice castigari ipse non nolet: atque omnino, idem ambobus quum propositum sit, videlicet ut et philologiae et Ciceroni nostro satisfiat, quidquid asperius dictum videatur, ut is boni aequique consulat, etiam atque etiam rogo; ut me corrigat, eum ultro exhortor. Accesserunt igitur praeter Cod. Regium subsidia aliquot Edd. vett., quibus ille usus non est, nec ego habebam in priore mea editione adornanda, Schevingii opusculum, qui rectius plerumque aliorum opiniones refutavit, quam novas emendationes excogitavit, et praeter nonnulla Reiziana, quae debeo Henrico Meyero meo, Schedae Beierianae, quibus religiose usus sum. Per repetitam autem lectionem haud paucos prioris curae errores nunc devitatos videbis et novas quoque interdum coniecturas de restituenda veritate propositas: ita ut hanc renovatam lectionem unice pro mea sim agiturus.

Veteres Editiones inspexi has XX.: Norimberg. 1497. Ascensianam primam, (Asc. vel Asc. pr.) Aldinam (1521). Iuntinam, Ascensianam alteram, Cratandrinam, Hervagianam 1534. Victorianam, Rob. Stephani duas 1539. et 1544., Caroli Stephani, Camerarianam, Manutianam, Seb. Corradi 1552. Lambinianam sinceram 1566. eius Repetitionem 1584. Brutinam, Aldi Nepotis, Sylburgianam, quae in hoc libro memorabilia quaedam habet, Gruterianam: praeterea Rivium, Schevingium et recentiorum editorum curas. Omnes Edd. meas a capite ad finem usque studiose contuli in secundis his curis elaborandis; sed ea tantum memoravi, quae opus esse videbantur ad uniuscuiusque lectionis memorabilis *partus atque fontes* (Brut. §. 49.) demonstrandos.

M. TULLII CICERONIS

B R U T U S.

Quum e Cilicia decedens Rhodum venissem et eo mihi ¹
 de Q. Hortensii morte esset allatum, opinione omnium ¹
 maiorem animo cepi dolorem. Nam et amico amisso
 quum consuetudine iucunda tum multorum officiorum con-
 iunctione me privatum videbam et interitu talis auguris
 dignitatem nostri collegii deminutam¹ dolebam: qua in
 cogitatione et cooptatum me ab eo in collegium recorda-
 bar, in quo iuratus iudicium dignitatis meae fecerat, et
 inauguratum ab eodem; ex quo augurum institutis in
 parentis eum loco colere debebam. Augebat etiam mo- ²
 lestiam, quod magnâ sapientium civium bonorumque pe-
 nuriâ vir egregius coniunctissimusque mecum consiliorum
 omnium societate alienissimo rei publicae tempore ex-
 stinctus et auctoritatis et prudentiae suae triste nobis de-
 siderium reliquerat: dolebamque, quod non, ut plerique
 putabant, adversarium aut obtrectatorem laudum mearum,
 sed socium potius et consortem gloriosi laboris amiseram.
 Etenim, si in leviorum artium studio memoriae proditum ³
 est poëtas nobiles poëtarum aequalium morte doluisse:

Ern. 1) diminutam

Lamb. 9. Abest in 11. magna bonorum sapientiumque civ. penuria
 19. mortem

§. 1. [*in parentis*] Lamb. solus, quantum novi, omittit
 praepositionem. Sed cfr. Orat. §. 155. *in libertin' loco.*

§. 2. [*Augebat*] Veram hanc lect. habet iam Asc. utraque,
 Crat. (et fortasse Cd. Reg. A.) — *Augebam* D. B. C. Nor.
 Ald. Iu. Victor. — *Augebatur etiam molestia* „in aliis libris
 legitur.” Corrad. Idem memorat „e veteribus libris”: *bono-
 rum civium sapientiumque*, unde Lamb. lectio (v. marg.) vide-
 tur fluxisse.

§. 3. [*morte doluisse*] cfr. Garaton. ad *Philipp.* 9. C. 5.
Phil. 12, 10. *pro Sestio* C. 17. „Alias: *doluisse morte.*” Corr.

quo tandem animo eius interitum ferre debui, cum quo certare erat gloriosius quam omnino adversarium non habere? quum praesertim non modo nunquam sit aut illius a me cursus impeditus aut ab illo meus, sed contra semper alter ab altero adiutus et communicando et monendo
 4 et favendo. Sed, quoniam perpetua quadam felicitate usus ille cessit e vita suo magis quam suorum civium tempore et tum occidit, quum lugere facilius rem publicam posset, si viveret, quam iuvare; vixitque tamdiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere: nostro incommodo detrimentoque, si est ita necesse, doleamus: illius vero mortis opportunitatem benevolentia potius quam misericordia prosequamur, ut, quotiescunque de clarissimo et beatissimo viro cogitemus, illum potius
 5 quam nosmet ipsos diligere videamur. Nam, si id dolemus, quod eo iam frui nobis non licet, nostrum est id malum: quod modice feramus, ne id non ad amicitiam, sed ad domesticam utilitatem referre videamur. Sin, tamquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, angimur, summam eius felicitatem non satis grato animo interpre-
 2 tamur. Etenim, si viveret Q. Hortensius, cetera fortasse
 6 desideraret una cum reliquis bonis et fortibus civibus; hunc aut praeter ceteros¹ aut cum paucis sustineret dolorem, quum forum populi Romani, quod fuisset quasi theatrum illius ingenii, voce erudita et Romanis Graecisque auribus digna spoliatum atque orbatum videret.

E. 1) hunc autem p. c.

L. 10. (quandiu licuit Margo 1584. sive b.)

∞ mortem h. l. Lamb. solus, ut est *Philipp.* l. l. etiam in Cod. Vatic. et *pro Caelio* §. 24. loco tamen suspecto. — quum praesertim] cfr. ad *Orator.* §. 32.

§. 4. [cessit e vita] ἀπαξ λεγόμενον hoc videtur pro solito *excedere e vita, excedere a vita* (ad *Famil.* 2, 2, 1.) *vita excedere* infra §. 262. (ubi vide); *excedere de vita*, ut habent Cdd. aliq. in *Cat. mai.* §. 12. recte improbatur a Goerenzio in *Iahn Jahrbücher* 1. p. 297.

§. 6. [hunc aut praeter ceteros] Sic Lamb. Heusing. coni. — hunc autem et praeter c. Cdd. noti, etiam D. et Edd. Alio modo, sed minus bene, correxerunt Aldus Nepos (in contextu male: *hunc autem aut*) et postea Ern.: *hunc autem pr. c.* sicque Sch. Ell. — *hunc autem etiam pr. c.* volebat Corr.

Equidem angor animo non consilii, non ingenii, non auctoritatis armis egere rem publicam, quae didiceram tractare quibusque me assuefeceram quaeque erant propria quum praestantis in re publica viri tum bene moratae et bene constitutae civitatis. Quod si fuit in re publica tempus ullum, quum extorquere arma posset e manibus iratorum civium boni civis auctoritas et oratio, tum profecto fuit, quum patrociniū pacis exclusum est aut errore hominum aut timore. Ita nobismet ipsis accidit, ut, quamquam essent multo magis alia lugenda, tamen hoc doleremus, quod, quo tempore aetas nostra perfuncta rebus amplissimis tamquam in portum confugere deberet, non inertiae neque desidia, sed otii moderati atque honesti; quumque ipsa oratio iam nostra canesceret haberetque suam quandam naturitatem et quasi senectutem; tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi, qui didicerant eis uti gloriose, quemadmodum salutariter uterentur, non reperiebant. Itaque ei¹ mihi videntur fortunate beateque vixisse quum in ceteris civitatibus tum

E. 1) ii

L. 18. ii

§. 7. [*angor animo*] Quod Manutius (improbante iam filio Aldo, quum probasset Corradus) dedit *angor animi*, fortasse decipi se passus est analogia formulae *pendeo animi*; quamquam Plautus *Epidic.* 3, 1, 5. *Absurde facis qui angas te animi.* Cfr. item Gronov. ad *Epidic.* 1, 2, 35. *desipiebam mentis.* Item *Aulul.* 1, 4, 66. *discrucior animi.* Sed Ciceroni *angor animi* tribui vix potest. ad *Famil.* 16, 14. *Audio te animo angi.* Sic etiam reiicienda erat Bosii coniectura ad *Attic.* 4, 15, 4. *ne animi in Publio offenderer.*

[*egere rem publicam*] — *geri rem p.* Corradi susp.

[*quae didiceram tractare*] Cfr. de hoc plusquamperfecti usu Ellendtium. Ratio ipsa temporum diversorum h. l. usurpatorum in promptu est: „*didiceram* ante hoc tempus, quo armis iis iam uti non licet: contra, *erant* (non *fuerant*) *propria* scil. hoc ipso tempore, quo res publica iis iam non eget. — [*errore*] Sic iam Ald. Victor. (Riv.) Man. Seqq. — *terrore* Cdd. Regii quattuor. Asc. utraque. Crat. Victori Pisano emendationem *errore* tribuit Sylburg.

§. 8. [*ut, quamquam*] „*Alias quum.*” Corr.

§. 9. [*Itaque ei*] cum Cdd. Lambini, Gu. sec. Ven. Nor. Asc. pr. prob. Rivio, dedi pro Cett. ii. Manifestum scil. est e vestigiis Cdd. in Cd. Laudensi saepe fuisse *ei, eis, eisdem* cett.

maxime in nostra, quibus quum auctoritate rerumque gestarum gloria tum etiam sapientiae laude perfrui licuit. Quorum memoria et recordatio in maximis nostris gravissimisque curis iucunda sane fuit, quum in eam nuper ex sermone quodam incidissemus.

3 Nam quum inambularem in xysto et essem otiosus
 10 domi, Marcus ad me Brutus, ut consueverat, cum T. Pomponio venerat, homines quum inter se coniuncti tum mihi ita cari itaque iucundi, ut eorum adspectu omnis, quae me angebat de re publica, cura consederit. Quos postquam salutavi, Quid vos, inquam, Brute et Attice, nunc? quid tandem novi? Nihil sane, inquit Brutus, quod quidem aut tu audire velis aut ego pro
 11 certo dicere audeam. Tum Atticus, Eo, inquit, ad te animo venimus, ut de re publica esset silentium et aliquid audiremus potius ex te, quam te afficeremus ulla molestia. Vos vero, inquam, Attice, et praesentem me cura levatis et absentem magna solatia dedistis. Nam vestris primum literis recreatus me ad pristina studia revocavi. Tum ille, Legi, inquit, perlubenter epistolam, quam ad te Brutus misit ex Asia, qua mihi visus est et monere
 12 te prudenter et consolari amicissime. Recte, inquam, est visus. Nam me istis scito literis ex diuturna perturbatione totius valetudinis tamquam ad adspiciendam lucem esse revocatum. Atque ut post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolum proelio populus se Romanus erexit posteaque prosperae res deinceps multae consecutae sunt; sic post rerum nostrarum et communium

L. 10. (*rei publicae cura b.*)

§. 10. [*quae me angebat de re publica, cura consederit*] Quum Cic. aequè dicere soleat *angor de aliqua re*, et *cura de aliqua re*, admodum dubium est, utrum h. l. iunxerit *angebat de re publ.* (Lamb. Ernest.) an *de re publ. cura* (Victor. Ellendt.) Illud, ut numerosius — sic enim separantur ingrati illi soni *ca cu* — nunc praetuli. Pro *consederit*, *considerit* Garaton. ad *Pison.* pag. 432. *Neap.*

§. 11. [*est et monere*] Scriptura Gu. 2. *visus est emonere* (probata Goerenzio ad *Acad.* 1, 3, 9. et recepta a Sch.) orta est e compendio particula *et*.

gravissimos casus nihil ante epistolam Bruti mihi accidit, quod vellem aut quod aliqua ex parte sollicitudines allevaret meas. Tum Brutus, Volui id quidem efficere certe et capio magnum fructum, si quidem quod volui tanta in re consecutus sum. Sed scire cupio, quae te Attici literae delectaverint. Istae vero, inquam, Brute, non modo delectationem mihi, sed etiam, ut spero, salutem attulerunt. Salutem? inquit ille. Quodnam tandem genus istuc tam praeclarum literarum fuit? An mihi potuit, inquam, esse aut gratior ulla salutatio aut ad hoc tempus aptior quam illius libri, quo me hic affatus quasi iacentem excitavit? Tum ille, Nempe eum dicis, inquit, quo iste omnem rerum memoriam breviter et, ut mihi quidem visum est, perdiligenter complexus est? Istum ipsum, inquam, Brute, dico, librum mihi saluti fuisse. Tum Atticus, Optatissimum mihi quidem est, quod dicis: sed quid tandem habuit liber iste, quod tibi aut novum aut tanto usui posset esse? Ille vero et nova, inquam, mihi

L. 3. (Fort. *meas allevaret* b.) 6. (Al. *delectarint* b.)

§. 12. [*allevaret*] Etsi certum est hoc v. interdum ortum esse ex corruptelis vv. *levare* et *elevare* (*de Invent. 1. C. 42.*) hoc tamen loco aequè tolerari poterit atque *ad Attic. 1, 7.*, ubi Cdd. pariter id tuentur; et *allevabitis* sine varietate mihi quidem nota *pro Sex. Roscio* §. 10. cfr. item Ernestium *ad Taciti Ann. 14, 63.* Hoc vero loco eo minus quidquam mutare nunc velim, quod statim antecedit §. 11. *me cura levatis.* Amat autem Cic. in talibus varietatem haud putidam. *Ad Attic. 3, 10, 3.* confunduntur *relevares* et *levares.* *Alleviare* autem, quo saepe aberrant Cdd., verbum erat media aetate usitatum. Sic in Epistola Gregorii X. in Ansberti *Hist. exped. Friderici Imp. ed. Dobrowsky* p. 9. *Deus — — poenitentia placatus alleviet.*

§. 13. [*efficere certe, et cupio*] »Errant qui putant Ciceronem *certe* in fine non ponere. Sunt enim Ciceronis illa *Tuscul. 5.:* *Quam bene, non quaeritur: constanter quidem certe.* *Ad Attic. 1, 1.* *spero tibi me causam probasse; cupio quidem certe.* ALDUS NEPOS. qui haec disputavit adversus Corradum cum »aliis libris” distingui iubentem: *efficere, certe et capio:* nec vero opus Gulielmii susp.: *volui quidem certe.*

§. 15. [*ut a te ipso sumerem aliquid*] Sic per attractionem vel zeugma quoddam dicitur pro: *ut a te ipso* (vel, ut alii, *ipse*) *sumens aliquid ad me rescicendum te remunerarer.* Quum liber ille, quo me affatus es (§. 14.) mihi suppeditarit eam utilitatem, ut, explicatis ordinibus temporum, uno in con-

quidem multa et eam utilitatem, quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporum uno in conspectu omnia viderem: quae quum studiose tractare coepissem, ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit admonuitque, Pomponi, ut a te ipso sumerem aliquid ad me reficiendum teque remunerandum, si non pari, at grato tamen mu-

spectu omnia viderem, admonuit me, ut, te chronologiae duce, scriberem aliquid historice. Imitatus hanc urbanitatem est Orosius *Praefat.* p. 3. Havercamp.: *Quum subiectio mea praeepto paternitatis tuae factum debeat totumque tuum sit, quod ex te ad te redit opus meum, hoc solo meo cumulatius reddidi, quod libens feci;* observante Lud. Trossio in Seebodii *Bibl. crit.* 1820. p. 391. De zeugmatis genere illo, quo constructio, quae sensu ad unum orationis membrum pertinet, etiam alterum afficit cfr. Phil. Wagnerum in *Halens. Notit. litt.* 1827. Vol. 1. N. 57. Comparat h. l. Cap. IX. §. 35. Ovid. *Trist.* 3, 10, 24. Sophocl. *Electr.* 1017. 1024. ed. Herrmann. BEIER. Ceterum recte libri servant *a te ipso*, „eben, zunächst von dir selbst her;“ ipse, quod tacite dedit Ellendt, otiosum est. — Nuperrime fuit, qui coniceret *a me pro a te*. Sane perperam. Egregie autem de toto h. l. disputavit Eichstadius V. C. in *Progr.* 1827. pag. 5. seqq. ipse quoque reiiciens Ellendtianum *a te ipse*, et refutans alium nescio quem, qui male de hoc loco disputaverat: „Atticus, ut Cornelius Nepos in eius vita c. 18. tradit, antiquitatem adeo diligenter habebat cognitam, ut eam totam in eo volumine exponeret, quo magistratus ordinavit. Nulla enim, Nepote auctore, lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris fuit populi Romani, quae non in eo suo tempore esset notata: et quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexerat, ut ex eo virorum clarorum propagines liceret cognoscere. Hoc libro affatus erat Ciceronem, familiarem suum: qui quum, explicatis ordinibus temporum, uno in conspectu omnia videret, et hoc libro duce rerum Romanarum historiam studiose repeteret, non modo recreatum se in tantis rei publicae calamitatibus sensit, sed ad pristina quoque studia revocatum. Itaque ipse, quando oratores Romae esse coeperint, qui etiam et quales fuerint (Brut. c. V.), exposuit accurate et ad temporum ordinem, eumque librum amico suo, gratum *ἡπίδωρον*, destinavit. Hoc est igitur illud, quod a Pomponio suo sumpsit ad se reficiendum; ad eundemque diligentiae in temporibus digerendis fructum, quem recens ab illius libri lectionis ceperat et in suam scriptionem transtulerat, magna cum urbanitate revertitur in reliquis, ubi vel Atticum laudat, rerum Romanorum religiosissimum auctorem (cap. XI.), vel ab eo se inflammatum esse dicit studio illustrium hominum aetates et tempora persequendi (cap. XIX. init.), vel alludens variis modis, libri virtutes praedicat. Quid quod

nere: quamquam illud Hesiodium laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Ego autem voluntatem tibi profecto emetiar, sed rem ipsam nondum posse videor; idque ut ignoscas, a te peto. Nec enim ex novis (ut agricolae solent) fructibus est, unde tibi reddam quod accepi; sic omnis fetus repressus exustusque flos [siti] veteris ubertatis exaruit: nec ex conditis, qui iacent in tenebris et ad quos omnis nobis aditus, qui paene solis patuit, obstructus est. Seremus igitur aliquid tamquam in inculcto et derelicto solo; quod ita diligenter colemus,

L. 4. remetiari 7. siti flos

tantum apud Ciceronem valuit huius scriptoris auctoritas, ut etiam in epistolis (ad Attic. XII., 5.) difficilem hoc de genere locum ei expediendum committeret." Mox ad *Hesiodium* cfr. praeter ea, quae enotavit Ellendt, formas *Epicurius*, *Democritius*, contra vero *Dareus*, *Antiochea*, *Alexandrea*, *Seleucea*, quas ex auctoritate Medicei praesertim Cod. in *Epistolis* aliquoties expressi. Quomodo autem Cicero talia scripserit, fortasse ipse sibi non ubique constans, nunc exputari nequit. Idem dictum esto de vv. statim seqq. *a te peto* et *abs te peto*, v. c. ad *Famil.* 13, 34. *abs te peto*, Victorius in Ed. pr. *a te peto*, nec quidquam V. C. del Furia mihi notavit e Mediceo. *Lib.* 16. *Ep.* 35. *Peto igitur abs te*; contra *Ep.* 37. *peto ab te*. De tertio illo *peto ab te* cfr. *Hand Tursell.* 1. p. 6.

[*laudatur a doctis*] Corr. et Aldus N. notant a quibusdam omitti v. *a doctis*. — *pro facto pro profecto* volebat Bochius.

§. 16. [*emetiari*] — *remetiari* de Rivii con. Lamb. Schuetz. — *exustusque flos siti veteris ubertatis*] Sic primum reperi in Ald. 1521. — *sati* pro *siti* Cd. Reg. Ven. Nor. Asc. pr. Utrum *siti* sit ex Aldi con., an e Cdd. haustum, non liquet; etsi e Guelff. *sati* non notatur. Id certum est *siti* hoc positu locum habere non posse; nam nec explicari potest *desiderio ubertatis*, nec hyperbaton statui, ut iungatur cogitatione *exustus siti*; quae proposuit Corradus eiusque perpetuus exscriptor Aldus N. Itaque Lambin. Sch. Ell. reapse transposuerunt *exustusque siti flos*; quae transpositio tamen, ut eiusmodi fere omnes, caret probabilitate, etsi sententia unice recta est. Ego autem *sati* habeo pro gloss. v. *flos*, a criticis mutato in *siti*; adeoque eiiciendum puto cum Nizolio in v. *Exustus*; nam constructio haec est: „exaruit omnis fetus repressus omnisque flos vet. ub. exustus”; nec vero necesse erat ut v. *exustus* quidquam adderetur; non magis quam verbo *repressus*. Quod olim conieceram *situ*, nunc video minus convenire cum verbo adiuncto: *situ* enim *consumi* res possunt (cfr. Quintil. 12, 5, 12.), vix *exuri*.

ut impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris: modo idem noster animus efficere possit, quod ager, qui, quum multos annos quievit, uberiores efferre fruges
 17 solet. Tum ille, Ego vero et exspectabo ea, quae polliceris, nec¹ exigam nisi tuo commodo et erunt mihi pergrata, si solveris. Mihi quoque, inquit Brutus, exspectanda² sunt ea, quae Attico polliceris, etsi fortasse ego a te huius voluntarius procurator petam, quod ipse, cui
 5 debes, incommodo³ exacturum negat. At vero, inquam,
 18 tibi ego, Brute, non solvam, nisi prius a te cavero amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. Non mehercule, inquit, tibi repromittere istuc quidem ausim⁴. Nam hunc, qui negat, video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduam tamen et acrem fore. Tum Pomponius, Ego vero, inquit, Brutum nihil mentiri puto. Videor enim iam te ausurus esse appellare: quoniam longo intervallo modo primum animadverti paullo
 19 te hilariorum. Itaque, quoniam hic, quod mihi debere-

E. 1) neque 2) et exspectanda 3) se incommodo 4) ausus sim

L. 3. qui, postquam 6. et exsp. (Ut nos, b.) 7. et fortasse 9. se incommodo (se inc. tuo b.) 13. ausus sim 18. quoniam id (qu. hic id b.)

[*efferre fruges*] hic locus et *Verr.* 3, §. 113. *ager cum decumo extulisset*: ib. §. 198. *quod agri segetesque extulissent* admodum dubios reddunt eos, ubi est v. *efficere* de eadem re: *Verr.* 3, §. 112. *ager efficit cum octavo*; §. 148. *agri, qui plurimum efficit*: facile ortum ex rariore v. *effert*. Hoc loco *efferre* in *afferre* corruptum est in Gu. 2. et in Ed. Rob. Steph. 1544. Sic *Offic.* 1, §. 48. *agros fertiles, qui multo plus efferunt, olim afferunt*.

§. 17. [*nec exigam*] Sic D. Edd. meae vett., etiam Vict. = *neque e.* Ald. Ed. 1584. Recentt. — *exspectanda*] Sic de Lamb. 1584. et Ern. sententia Sch. Ell. Falsa lectio ceterorum, etiam D., et *exsp.* inde orta est, quod ad vv. *mihi quoque perperam* supplebant: „pergrata erunt.” — *incommodo*] Sic D. Edd. ante L., qui inseruit *se.* — „*incommodo tuo* Alias.”
 CORRADUS.

§. 18. [*ausim*] Sic D. Alii Cdd. Lall. Sch. Ell. pro Edd. priorum: ∞ *ausus sim.* Obsecutus sum Cdd. auctoritati, etsi fuerunt qui dubitarent (vide Corradum:), an Cicero illa forma usus sit. Certe Priscianus *Lib.* IX. p. 468. Kr., et e recentioribus Struve *L. Decl. u. Coni.* p. 175. e poetis dumtaxat eam afferunt. Certa tamen exempla exstant apud Livium et apud Tacitum *de Oratt.* C. 8. *Ausim contendere.*

tur, se exacturum professus est, quod huic debes, ego a te peto. Quidnam id? inquam. Ut scribas, inquit, aliquid. Iam pridem enim conticuerunt tuae literae. Nam ut illos de re publica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus: eisque nosmet ipsi ad rerum nostrarum¹ memoriam comprehendendam impulsus atque incensimus. Sed illa quum poteris, atque ut possis, rogo. Nunc vero, inquit, si es animo vacuo, expone nobis 20 quod quaerimus. Quidnam est id? inquam. Quod mihi nuper in Tusculano inchoasti de oratoribus, quando esse coepissent, qui etiam et quales fuissent. Quem ego sermonem quum ad Brutum tuum vel nostrum potius detulisset, magno opere hic audire se velle dixit. Itaque hunc elegimus diem, quum te sciremus esse vacuum. Quare, si tibi est commodum, ede illa, quae coeperas, et Bruto et mihi. Ego vero, inquam, si potuero, faciam 21 vobis satis. Poteris, inquit: relaxa modo paullum animum aut sane (si potes) libera.

E. 1) ad veterum annalium

L. 10. inchoavisti (D.) 16. potero

§. 19. [*ad rerum nostrarum*] Hanc lect., quam in Cdd. se invenisse testatur Lamb. et recte probat etiam Sylburgius, nunc recepi, quamquam fortasse con. dumtaxat debetur. Corradus quidem: „Quum paullo ante (§. 14.) dicat, Att. omnem rerum memoriam, non solum rerum Romanarum fuisse complexum et in *Oratore* idem testetur, nullo modo rerum nostrarum legi posse credimus.” Sed, quamquam verum illud est, hoc tamen loco *rebus Romanis* praecipuum locum in scriptione sua tribuere poterat, praesertim quum dicat sese Ciceronis libris de re publica ad eam elaborandam impulsus esse: et §. 44. nominatur rerum Romanarum auctor religiosissimus. Cdd. quidem noti, etiam D., Edd. ante Vict. et Aldus in contextu conspirant in vitiosam lect.: *ad rerum naturalium* ortam e male intellecta nota v. *nostrarum*, nrar' cum lin. Vulgatam *ad veterum annalium*, quam apud Manutium primum reperi, Victori Pisano tribuit Sylburg. Quod Ellendt Victorio tribuit *ad veterum rerum*, illius negligentia factum est, qua ego aliquando Victorio destitutus sum deceptus. Victorius ipse et proposuit et edidit: *ad rerum memoriam*, deleto v. corrupto; etsi per se spectatum rerum veterum aequae hic locum suum tueretur ac §. 237. et *Oratoris* §. 120. — *rerum Romanarum* habes rursus §. 322. Nostrum autem rerum nostrarum §. 62.

§. 21. [*potuero*] potero Asc., ut postea Lamb. BEIER haec

Nempe igitur hinc tum, Pomponi, ductus est sermo, quod erat a me mentio facta causam Deiotari, fidelissimi atque optimi regis, ornatissime et copiosissime a Bruto
 6 me audisse defensam. Scio, inquit, ab isto initio tractum esse sermonem teque Bruti dolentem vicem quasi defle-
 22 visse iudiciorum vastitatem et fori. Feci, inquam, istuc quidem et saepe facio. Nam mihi, Brute, in te intuenti crebro in mentem venit vereri, ecquodnam curriculum aliquando sit habitura tua et natura admirabilis et exquisita doctrina et singularis industria. Quum enim in maximis causis versatus esses et quum tibi aetas nostra iam cederet fascisque summitteret, subito in civitate quum alia
 23 ceciderunt, tum etiam ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit. Tum ille, Ceterarum rerum causa, inquit, istuc et doleo et dolendum puto; dicendi autem

L. 13. (Al. *concliderunt* b.)

annotavit: *potuero*] V. D. in Annal. litt. Heidelberg. comparat I. *de republ.* 43. laudato Schevingio ad h. l. cfr. Moser ad I. *de republ.* 47. pag. 186. Daehne ad Corn. Nep. XVI. *Pelop.* 1. — Multa fut. exacti *potuero* in hoc genere loquendi exempla attulit Scheving. Utrumque et *potuero* et *potero*, diversa scil. temporis significatione, aequè recte dici manifestum est. Pendet igitur res e Cdd., qui h. l. *potuero* praebent. Omnino autem proniores erant librarii ad futurum exactum huiusce verbi in fut. simplex mutandum, quam contra. Cfr. *de Republ.* 2, 30. Beier ad *Offic.* T. 2. pag. 351. Lindemann ad Plauti *Captiv.* 2, 2, 60. pag. 33. *Ed. mai.* — *aut sane*] ∞ *aut plane* de Wetzellii coni. Sch. Minime displicet.; cfr. §. 332. ad *Famil.* 16, 10. *fac plane ut valeas.* Tum *si potest* (fieri) Corr. in contextu, improbante Aldo N. Cfr. Plauti *Aulul.* 2, 8, 20. *aulam — si potes, vicinia pete; ubi Bothe si potest, Goeller defendit si potes.* Cfr. *ibid.* 2, 9, 2. cet.

§. 22. [*ecquodnam*] *quodnam* Asc. — *quoddam* D. Haec: *ecquis, ecquinam* ubique fere corrupta inveni in Cdd. a me collatis, etiam antiquissimis Sec. IX. et X. Sangallensibus.

§. 23. [*ceterarum rerum causa*] Dele *causa* cum Rittershusio apud Scioppium *Verisimil.* 1, 49. et cfr. Fr. Hotomani *Obs.* IV. 2. BEIER. In eadem fuit opinione Graevius ad *Catonem* §. 4. collatis Interpretibus ad orat. *pro Quintio* Cap. 5. Nolim tamen temere delere h. l. v. *causa*: nam differunt aliquantum cetera exempla: *ceterarum rerum socordem* (Terent.) *ceterarum rerum paterfamilias prudens; ceterarum rerum tuam excellentem sapientiam; ceterarum rerum perspicuum est, quo quaeque discedat; ubi aequè recte diceret: »in ceteris rebus;*

me non tam fructus et gloria, quam studium ipsum exercitatioque delectat: quod mihi nulla res eripiet, te praesertim tam studioso. Etenim dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiae verae dat operam, dat prudentiae, qua ne maximis quidem in bellis aequo animo carere quisquam potest. Praeclare, 24 inquam, Brute, dicis, eoque magis ista dicendi laude delector, quod cetera, quae sunt quondam habita in civitate pulcherrima, nemo est tam humilis, qui se non aut posse adipisci aut adeptum putet: eloquentem neminem video factum esse victoria. Sed quo facilius sermo explicetur, sedentes, si videtur, agamus. Quum idem placuisset illis, tum in pratulo propter Platonis statuam consedimus.

Hic ego: Laudare igitur eloquentiam et quanta vis 25

L. 3. (Al. te praesertim mei tam b.)

quod ad ceteras res attinet." Hic vero minus concinne dixeris: „in ceteris rebus, istuc doleo cet.; quod ad ceteras res spectat, istuc doleo:" unice recta quum sit sententia: „propter cetera, propter totum reliquum civitatis statum perturbatum istuc doleo." Nostrum locum satis vindicat ad *Famil.* 15, 14, 4. *Ego ceterarum rerum causa tibi Romam properandum magno opere censeo.* — Ceterum Cic. ambiguitatis vitandae causa, quae cum masc. gen. oriri poterat, saepissime habet *ceterarum rerum, ceteris rebus* cet. pro *ceterorum, ceteris* (gen. neutr.) cfr. §. 296. *in ceteris rebus*; sicque etiam Tacitus *Dialog. de Oratt.* C. 31. *sicut ceterarum rerum cett.*

[te praesertim tam studioso] Mirum mihi accidit Lambino perplacuisse coni. Petri Fabri tui praesertim cet., in qua tam studioso minus urbane de se ipso dixisset Brutus. Sed est pro te praesertim tam mei studioso; „praesertim quum tu summa erga me amicitia ductus tanto opere excites atque adiuves meum eloquentiae studium."

[Etenim dicere] Sic iam Asc. — Et dicere enim D. Idem prorsus error in Taciti *Dial. de oratt.* C. 5. *Et ego enim, ubi potius leg. Etenim ego, quam Ego enim.* Apud posteriores quidem ea partice. collocatio minime videtur damnanda, ex quorum consuetudine intrusa est aliquoties etiam in scriptores antiquiores. Verbi causa in fragmento Muratoriano de canone S. Scripturae in Routh *Reliquiis sacris* Vol. 4. p. 5. *Et Ioannes enim in Apocalypsi, licet septem ecclesiis scribat, tamen omnibus dicit.* — bene nemo] nemo bene D.

§. 24. [propter] prope Ascens. De utriusque voc. frequenti confusione cfr. Wunderum *Var. Lect.* p. I. XIV. et CXIV.

sit eius expromere quantamque iis, qui sint eam con-
 secuti, dignitatem afferat, neque propositum nobis est
 hoc loco neque necessarium. Hoc vero sine ulla dubi-
 tatione confirmaverim, sive illa arte pariatur aliqua sive
 exercitatione quadam sive natura, rem unam esse omnium
 difficillimam. Quibus enim ex quinque rebus constare
 dicitur, earum unaquaeque est ars ipsa magna per sese.
 Quare quinque artium concursus maximarum, quantam
 vim quantamque difficultatem habeat¹, existimari potest.
 7 Testis est Graecia: quae quum eloquentiae studio sit in-
 26 censa iamdiuque excellat in ea praestetque ceteris, tamen
 omnes artes vetustiores habet et multo ante non inventas
 solum, sed etiam perfectas, quam haec est a Graecis
 elaborata dicendi vis atque copia. In quam quum in-
 tueor, maxime mihi occurrunt, Attice, et quasi lucent
 Athenae tuae: qua in urbe primum se orator extulit pri-
 mumque etiam monumentis et literis oratio est coepta
 27 mandari. Tamen ante Periclem, cuius scripta quaedam
 feruntur, et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis,
 sed iam adultis fuerunt, litera nulla est, quae quidem
 ornatum aliquem habeat et oratoris esse videatur. Quam-
 quam opinio est et eum, qui multis annis ante hos fuerit,
 Pisistratum et paullo seniore etiam Solonem posteaque
 Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo.
 28 Post hanc aetatem aliquot annis, ut ex Atticis monumentis
 potest perspici, Themistocles fuit, quem constat quum
 prudentia, tum etiam eloquentia praestitisse: post Peri-
 cles, qui quum floreret omni genere virtutis, hac tamen
 fuit laude clarissimus. Cleonem etiam temporibus illis
 turbulentum illum quidem civem, sed tamen eloquentem
 29 constat fuisse. Huic aetati supparet Alcibiades, Critias,

E. 1) habeant

L. 4. (Al. confirmarim b.)

§. 25. [iis, qui sint] ∞ iis, qui sunt D. Gu. 1. Nor. Asc. pr. Coniunctivum habet iam Aldus. — [Hoc vero sine] Hoc ego sine D.; id quod defendi potest; nolim tamen recipere, quum praecedat: Hic ego. — [habeat] habeant cum D. Asc. et Edd. vett. Ern. Recte emendavit Lamb., Aldus N., tum Sch. Ell.

Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus vigerit, ex Thucydidi scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves et ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Sed ut intellectum est, quantam 8 vim haberet accurata et facta quodam modo oratio; tum 30 etiam magistri dicendi multi subito exstiterunt. Tum Leontinus Gorgias, Thrasymachus Chalcedonius, Protagoras Abderites, Prodicus Ceus, Hippias Eleus in honore magno fuit; aliique multi temporibus eisdem docere se profitebantur, arrogantibus sane verbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior posset. Iis opposuit sese Socrates, qui subtilitate 31 quadam disputandi refellere eorum instituta solebat † verbis. Huius ex uberrimis sermonibus exstiterunt doctissimi viri: primumque tum philosophia, non illa de natura, quae fuerat antiquior, sed haec, in qua de bonis rebus et malis deque hominum vita et moribus disputatur, inventa dicitur. Quod quoniam genus ab hoc, quod proposuimus, abhorret, philosophos aliud in tempus reiciamus: ad oratores, a quibus degressi sumus, revertamur. Exstitit igitur iam senibus illis, quos paullo ante 32 diximus, Isocrates, cuius domus cunctae Graeciae quasi

L. 9. *Chius* (Ut nos, b.)

§. 29. [*compressione*] — *comprehensione* de Gesneri con. Sch. Idem iam Vir doctus Sec. XVI. (Cuiacius vel Bongarsius) marg. Lambinianae meae adscripserat memorantque Corr. et Aldus Nepos; sed vide Ell.

§. 30. [*eisdem docere*] — *eisdem*. *Hi docere* Sch. con. —

§. 31. [*solebat verbis*] Perversam hanc lect. servant D. Asc. Facillimo remedio usi Schuetzius et Ellendt deleverunt verbum corruptum, haud animadvertentes sic oriri exitum hexametri *instituta solebat*, quem studiose vitat Tullius. Sed in corruptela latet adverbium modi, quo usus Socrates Sophistas refellerit. Proxime ad ductus v. *verbis* accedit *urbanissime*. Ex *SOLEBATURBANISSUMEHUIUS* facile fieri poterat ineptum istud: *SOLEBATUERBISHUIUS*. Ceterum mire Ellendt: „Post Victorium editiones omnes hoc importune additum (*verbis*) exhibuerunt, quod uncis inclusimus (immo: delevimus.)” Quasi vero Victorius primus inseruerit id, quod habent et Cdd. et Edd. ante Victor. omnes. (— *solebat*, *vir is*, *cuius* Manut. Corr. Aldus N., non Victorius, ut ait Oliv.)

ludus quidam patuit atque officina dicendi; magnus orator et perfectus magister, quamquam forensi luce caruit intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo quidem iudicio, est postea¹ consecutus. Is et ipse scripsit multa praeclare et docuit alios: et quum cetera melius quam superiores, tum primus intellexit etiam in soluta oratione, dum versum effugeres, modum tamen et
 33 numerum quandam oportere servari. Ante hunc enim verborum quasi structura et quaedam ad numerum conclusio nulla erat: aut, si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quaesitam: quae forsitan laus sit: verumtamen natura magis tum casuque nonnunquam
 34 aut ratione aliqua aut observatione fiebat. Ipsa enim

E. 1) poëta

L. 4. *quidem meo iud.* 12. *tunc*

§. 32. [*caruit*] *caruerit* Asc. Saepe in Cdd. et Edd. vett. apud Cic. mutatus est indicativus post part. *quamquam* in coniunctivum. — [*meo quidem iudicio*] Sic iam Vict. prob. Corrado. *quidem meo i. D.* Asc. Incredibile est, quoties ista transpositio part. *quidem* facta sit in Cdd. peioribus, (cfr. *Orat.* §. 44. *quidem illa et illa quidem.*) quotque turbae exortae ex particc. *ne* — *quidem.* (cfr. *Orat.* §. 54. et *Brut.* §. 67. ubi corruptum est in *non* — *quidem.*) Contra nostram lectionem Cd. Regii apud Lall., Victorii, Lall. Ern. Seqq. alteram Nor. Asc. Iu. Ald. Lamb. Grut. ita defendit Aldus Nepos: *nemo quidem meo iudicio* „Bona compositio et Ciceroniana, qui solet illas Sophistarum nugas vitare, ne dicat: *nemo meo q. i.*; ne nomen dicere videatur, quod insuaviter rotundis auribus sonat.” Sed hac ipsa ratione ducti nonnulli ordinem vv. videntur mutasse. — [*postea*] Sic etiam D. Asc., non *poëta*, quam lect. mire defendit Scheving p. 10. Capperronier in Rufino dedit *postea*. Ex vett. Edd. Rufini *poëta* commendavit Lipsius Grutero atque Ernestio.

§. 33. [*veruntamen natura magis tum casuque nonnunquam, quam aut*] Hic quoque, ut saepenumero, varii priorum Edd. errores mihi corrigendi sunt. Scil. nostram lect., Corrado iam notam, habent Cd. Regius A., Lamb. Ern. Seqq. — *natura magis: tum casu nonnunquam, aut* Edd. vett. Asc. pr. et e Cdd. Regg. B. C. item mihi notatur abesse *quam* post *nonnunquam*: iidem tamen habent *casuque*. — *natura magis, tum casu nonnunquam, quam aut* Ald. Iu. Asc. sec. Cratand. Vict. Corrad. Ald. Nepos. Ed. 1584. — *natura magis tum casu quae* (sic) *nonnunquam, aut* Grut. Iac. Gronovii. Sed e C2d. notat *casuque nonnunquam*, om. *quam*, ut, puto, C2d. Regii supra laudati. Iam in Cd. D. misere omnia turbata

natura circumscriptione quadam verborum comprehendit concluditque sententiam: quae quum aptis constricta verbis est, cadit etiam plerumque numerose. Nam et aures ipsae, quid plenum, quid inane sit, iudicant, et spiritu quasi necessitate aliqua verborum comprehensio terminatur: in quo non modo defici, sed etiam laborare turpe est. Tum fuit Lysias, ipse quidem in causis forensibus 9 non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, 35 quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere. Nam plane quidem perfectum et cui nihil admodum desit, Demosthenem facile dixeris. Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit; nihil subtiliter dici,

sic: casuque non fiebat nunquam aut ratione ipsa enim natura circumscriptione nunquam aut ratione aliqua aut observatione fiebat. Ipsa enim natura circumscriptione quadam verborum concludit cet. male iteratis aliquot verbis. Iam quod Rivius, Lamb., Schuetzius, Ellendt e Prisciano hanc afferunt lect.: — *casuque nonnunquam tunc, haud ratione aliqua aut ulla observatione fiebat*, Priscianus iste est Rufinus *de comp. et metris orat.* Ed. Basil. 1545. p. 908. Ep. Capperon. p. 352.; in quo tamen *haud* correctum videtur propter eandem omissionem part. *quam post nonnunquam*, quae facta est etiam in Cdd. plerisque, neque erat, ut nunc video, cur Ellendt in Rufini lect. propenderet, offendens in duriore sono vv. *nonnunquam quam*. Saepissime v. c. reperies apud Cic. *quisquam unquam*. Voc. *ulla* apud Rufinum rursus interpolationi debetur. Contra ex eodem receperim cum Lamb. *tunc* de tempore definito pro nostrorum Cdd. *tum*; quamquam omnino rarissime in nostris saltem Cdd. per omnes Cic. libros reperies *tunc*, etiam ubi certum aliquod tempus significatur. Confer statim *Bruti* §. 44. Saepe autem videtur oblitteratum: veluti in illis de *Rep.* 1, 16. *erat enim tunc haec nova et ignota ratio* a pr. manu fuerat *tum*, altera correxit *tunc*. *Verr.* 2, 4, §. 22. *tum, quum severa iudicia fiebant* Cd. Reg. *tunc*.

§. 34. [*constricta*] — *constructa* Cd. Reg. C. — *conscripta* Cd. Reg. A.; in qua corruptela habes originem lect.: — *circumscripta* D. Nor. Asc. Margo Crat. Sch. in Ed. mai:

§. 35. [*et cui nihil*] — *et quo nihil* O1x., e vestigiis antiquioris scripturae et *quoi*. Hinc in Cdd. aliqq. Nor. Asc. *et in quo n.*, receptum a Sch. Utraque lect. coniuncta D.: — *et cui in quo nihil*.

[*nihil subtiliter dici*] Concinne pendet, observante Phil. Wagnero, a superiore *potuit*, quum ad sententiam requiratur *dixit*. Simile zeugma notavimus Cap. IV. §. 45. Tum diversa

nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo
 36 quidquam esset elatius. Huic Hyperides proximus et Aeschines fuit et Lycurgus et Dinarchus et is, cuius nulla exstant scripta, Demades aliique plures. Haec enim aetas effudit hanc copiam; et, ut opinio mea fert,

L. 3. (Fort. verb. granditate vel sent. gravitate b.) 6. complures

tempora hanc habent vim: „nihil fieri potest illo limatius; nihil erat eodem elatius.” BEIER.

[*viderit* – – *possit* – – *esset*] Sine causa Ell. haesit in hac verborum consecutione: *viderit* Demosthenes, scil. antequam scriberet; *possit* nunc et omni tempore; *esset* et tunc, quum scriberet, et nunc et per omne futurum tempus.

Ad hanc §. cfr. rursus Eichstadii, V. C., *Programma* 1827. p. 7.: „De hoc loco ita vir doctus: *Man sieht leicht, dass das Verbum potuit, welches beide Infinitive, inveniri und dici regiert, nur zum ersten passe; dass aber, will man dem Folgenden eine richtige Construction geben (nihil dixit) die Concinnität des Ganzen völlig zu Grunde gehe.* At mihi non tam verbi *potuit* diversa quaedam ratio et structura videtur spectanda esse, quam notandus modus, quo superlativus, quem vocant, gradus expressus est. Nam ex iis, quae antecedunt, oratio ita supplenda est: *nihil subtiliter dici potuit in eis causis, quas scripsit, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit a quoquam alio aliquid limatius* cet. paullo post: *nihil contra grandius, nihil incitatus, nihil ornatus, quam quod ille dixit:* Cicero autem sic variavit orationem, ut verba diligenter electa etiam eleganti comprehensione devinciret ac numerorum paritate redderet iucundiorem. Sed haec variatio orationis locum tuetur superlativi. Proprie enim ita erat scribendum: *et quod subtiliter dici potuit, quod presse, quod enucleate, factum est limatissime: quod contra grande, quod incitatum, quod ornatum, fuit maxime elatum; alle feinen Wendungen haben von ihm die höchste Feile, alle erhabenen den höchsten Schwung erhalten.* Hanc vero comparativi negativam formam, quam vocant, superlativi loco positam, Cicero in primis amat, in eaque genus neutrum frequentat. Velut *Fin. V, 13: Animi virtutes ex ratione gignantur, qua nihil est in homine divinius. Brut. XXXVIII, 143: Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Orat. III, 53, 135: Nihil in hac civitate temporibus illis sciri discique potuit, quod ille (M. Cato) non quum investigarit et scierit, tum etiam conscripserit. Ep. ad Fam. XIII, 55: In tuo toto imperio atque provincia nihil est, quod mihi gratius facere possis. Add. Offic. III, 10, 44. Cat. XV, 53. ad Fam. III, 7.* Sed in eo, quem tractare coepimus loco, novum quiddam habet gradatio illa adverbiorum *subtiliter,*

succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Phalereus enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus quam palaestra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat: processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis. Hic primus

L. 5. (palaestrae b.)

presse, enucleate, quae fit adiecto comparativo *limatius*, ac deinde verborum *grande, incitatum, ornatum* per comparativum *elatius*. Consimilis tamen locus est Orat. II, 8: *Ego sic statuo, nihil esse in ullo genere tam pulcrum, quo non pulcrius id sit, unde illud, ut ex ore aliquo, quasi imago, exprimitur, quod neque oculis neque auribus neque ullo sensu percipi potest: cogitatione tantum et mente complectimur. Itaque et Phidiae simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, cogitare tamen possumus pulciora.* Mox in illis vel verborum gravitate vel sententiarum ac similibus per totum hoc opusculum ex parte a me primum indicatis, Lambinus, vir divinus, recte vidit verborum nullam esse per se gravitatem, esse granditatem verborum, gravitatem sententiarum; sic et alibi, quod suis locis notabitur, *gravis* non potest dici *ornatus*, dici potest *grandis*. Vere itaque h. l. proposuit; verborum granditate vel sententiarum gravitate; nisi quod sic collocanda erant verba: *verborum granditate vel gravitate sententiarum*; qua ex ratione magis etiam elucet, cur exciderit v. *granditate*.

§. 36. [*aliique plures*] Lambinus *complures*; probe, si e Cdd. Sic ad *Famil.* 13, 19, 1. *cum aliis compluribus*. Attamen infra §. 137. *aliisque pluribus*. — *in qua naturalis*] Reizius volebat in quo, ut referretur ad *succum et sanguinem*. Mihi tamen nitor toti potius corpori, id est hoc loco, aetati oratorum illi, quae uni corpori comparatur, quam *succo et sanguini* videtur tribuendus esse.

§. 37. [*Phalereus enim successit*] Nisi similiter Orat. §. 95. esset *Haec frequentat Phalereus maxime*, facile suspicari posset, excidisse v. *Demetrius* post v. *enim*. cfr. §. 285. *Phalereus ille Demetrius*. Saepe autem sic Cic. *Leontinus Gorgias*, quod in *Oratore* §. 39. displicuit Lambino: *Ponticus Heraclides* cet. Lambino deinde quum corrigeret *palaestrae* pro *palaestra* obversatus videtur locus *Oratoris* §. 42. (genus epidicticum) *pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum*.

§. 38. [*Hic primus*] — *Hic primum* Hervag. solus, quantum vidi.

inflexit orationem et eam mollem teneramque reddidit: et suavis, sicut fuit, videri maluit quam gravis: sed suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua perstringeret¹: tantum ut memoriam concinnitatis suae, non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.

- 10 Videsne igitur, in ea ipsa urbe, in qua et nata et
 39 alta sit eloquentia, quam ea sero prodierit in lucem? si quidem ante Solonis aetatem et Pisistrati de nullo ut deserto memoriae proditum est. At hi quidem, ut populi Romani aetas est, senes: ut Atheniensium secula numerantur, adolescentes debent videri. Nam etsi Servio Tullio regnante vigerunt, tamen multo diutius Athenae iam erant, quam est Roma ad hodiernum diem: nec tamen dubito, quin habuerit vim magnam semper oratio.
 40 Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Ulixi² tribuisset Homerus et Nestori, (quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem,) nisi iam tum esset honos eloquentiae; neque ipse poëta hic tam

E. 1) *perfringeret* 2) Ulyxi

L. 4. *perfringeret et tantum* 8. *ut in ea* 9. (Al. *alita* b.) 13. (Al. *videri debent* b.) 14. *Tullo* 17. (Al. *heroicis* b.) 19. *Ulyssi*

[*perfringeret*] *perstringeret* D., quam lect. etiam Gu. A. et Schuetzii nunc praefero cum Schevingio, Censore Heidelb. et Beiero. Non est autem, quemadmodum ait Ellendt, Schneideri coniectura, sed Cdd. lectio. Omnino magno opere dolendum est in Editionem illam ceteroqui perbonam multa irrepsisse negligentiae vitia, quae non omnia typhotis vel correctori imputari possunt. („Cum Schev. V. D. in *Annal. litt. Heidelb.* 1826. p. 278. amplectitur Schuetzii interpretationem *leviter pungeret*, referens ad *aculeos* illos. Sic gradatio servatur. Alii *perfringeret* (etiam Asc. Ald.) saeptosne an callo obductos? Abhorret etiam v. *suavitate*. BEIER; qui in suo exemplari Ed. Ern., quod nunc penes me est, correxit *perstringeret*.)

[*tantum*] Sic diu ante Ern. correxerat Manutius. — *et tantum* D. Asc. Vict. Lamb.

§. 39. [*in ea*] Sic nescio qui apud Corr. scite observans ut ortum videri ex praeced. *ur* vel seq. *in*. Tum rursus Ern. coni. Ell. Priores cum D. *ut in ea*; vel *in ea* Heusing. Sch. De forma *alita*, quam praetulit Ell., cfr. Garaton. ad *Planc.* p. 285. *Ed. Lips.*

idem ornatus in dicendo ac plane orator fuisset. Cuius etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum: si quidem non infra superiorem Lycurgum fuit, a quo est disciplina Lacedaemoniorum adstricta legibus. Sed studium eius generis maiorque vis agno- 41 scitur in Pisistrato. Denique hunc proximo seculo Themistocles insecutus est, ut apud nos, perantiquus; ut apud Athenienses, non ita sane vetus. Fuit enim regnante iam Graecia, nostra autem civitate non ita pridem dominatu regio liberata. Nam bellum Volscorum illud gravissimum, cui Coriolanus exsul interfuit, eodem fere tempore, quo Persarum bellum, fuit similisque fortuna clarorum virorum. Si quidem uterque quum civis egre- 42 gius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit conatumque iracundiae suae morte sedavit. Nam etsi aliter est apud te, Attice, de Coriolano, concede tamen, ut huic generi mortis potius assentiar. At ille 11 ridens, Tuo vero, inquit, arbitrato: quoniam quidem

L. 10. (Al. bellum illud Volsc. b.) 13. clarissimorum

§. 40. [superiorem] scil. Romulo. Cfr. de Rep. 2, 10: *Homerum autem qui minimum dicunt, Lycurgi aetati triginta annis ateponunt fere, ex quo intelligi potest permultis annis ante Homerum fuisse, quam Romulum.* V. D. in *Annal. litt. Heidelb.* 1826. p. 279. malebat adici eo, quam cum Schevingio tacite suppleri. BEIER. Unice veram interpretationem dedit Wetzelius: distingui scil. v. *superiorem* legum latorem Lacedaemonium ab oratore Attico, memorato Cap. 9. Neque vero erat, cur v. *superiorem* in suspicionem adduceretur ab Ellendtio.

§. 41. [in Pisistrato. Denique hunc] Minus recte Manutius uterque distinxit: in *Pisistrato denique. Hunc* cet.

[clarorum] Sic D. Nor. Asc. utraq. Ald. Vict. Man. Corr. Ald. Nepos. et Recentiores. ∞ *clarissimorum* Crat. Camer. Lamb.; quod primo aspectu blandichatur, quia positivus videbatur parum definitus. Nunc autem comparata §. 268. et Plancianae §. 66. Cdd. lectionem praefero: cui superlativus, qui sane frequentior est, a Cratandro arbitraria coni. substitutus videtur. Alia res in *Sestianae* §. 139., ubi *clarissimorum* optimi habent Cdd., unus Franc. *clarorum*.

§. 42. [quoniam quidem] Nescio qui apud Corr. et Lamb.: — *quandoquidem*: tum *mentiri* Ald. Iu. Crat. prob. Corrado. Pro eo *poto* nescio qui apud Corr. *eo potu*; Lamb. *eo epoto* sine auctoritate.

concessum est rhetoribus e mentiri in historiis, ut aliquid dicere possint argutius. Ut enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit.

- 43 Nam, quem Thucydides, qui et Atheniensis erat et summo loco natus summusque vir et paullo aetate posterior, tantum mortuum scripsit et in Attica clam humatum, addidit fuisse suspicionem veneno sibi conscivisse mortem: hunc isti aiunt, quum taurum immolavisset, excepisse sanguinem patera et eo potu mortuum concidisse. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt: illa mors vulgaris nullam praebebat materiem ad ornatum. Quare, quoniam tibi ita quadrat, omnia fuisse in Themistocle paria et Coriolano, pateram quoque a me sumas licet: praebebo etiam hostiam, ut Coriolanus sit plane
- 44 alter Themistocles. Sit sane, inquam, ut lubet, de isto: et ego cautius posthac historiam attingam, te audiente, quem rerum Romanarum auctorem laudare possum religiosissimum. Sed tum fere Pericles, Xanthippi filius, de quo ante dixi, primus adhibuit doctrinam: quae quamquam tum nulla erat dicendi, tamen ab Anaxagora physico eruditus exercitationem mentis a reconditis abstrusisque rebus ad causas forenses popularesque facile traduxerat. Huius suavitate maxime hilaratae sunt Athenae: huius ubertatem et copiam admiratae eiusdem vim dicendi terroremque timuerunt. Haec igitur aetas prima
- 45 Athenis oratorem prope perfectum tulit. Nec enim in constituentibus rem publicam nec in bella gerentibus nec in impeditis ac regum dominatione devinctis nasci cupiditas dicendi solet. Pacis est comes otiique socia et iam bene constitutae civitatis quasi alumna quaedam eloquentia.

L. 1. (Al. mentiri b.) 7. concivisse 9. epoto 11. (Al. ad ornandum b.) 13. et in Coriolano

§. 43. [*in Themistocle paria et Coriolano*] Sic D. Asc. Ald. Vict. Ern. ∞ *et in Coriolano* Lamb. Sch. Ell. — *fuisse Themistocli paria et Coriolano* Cd. Cuiacii et Ox., item Iunt., quae lectio, Ellendtio tantum non probata, nihil aliud est nisi correctio erroris Palat. a pr. m. Norimb.: — *fuisse Themistocle p. et Cor.* — *ad ornandum* Marginis 1584. ignoro, quam habeat auctoritatem.

Itaque ait Aristoteles, quum, sublatis in Sicilia tyrannis, 46 res privatae longo intervallo iudiciis repeterentur, tum primum, quod esset acuta illa gens et controversa naturâ, artem et praecepta Siculos Coracem et Tisiam conscripsisse: (nam antea neminem solitum via nec arte, sed accurate tamen et de scripto plerosque dicere:) scriptasque fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci: quod idem fecisse Gorgiam, quum singularum rerum 47 laudes vituperationesque conscripsisset; quod iudicaret

§. 46. [et controversa naturâ] Sic primum reperi in Asc. pr. pro *controversia natura* D. Edd. vett. Ald. — *controversia a natura*. Oxon. Vulgata sane explicari debet: „controversiarum amica sua ex indole et natura.” Iacobsii elegantem conl. *controversiis nata* recepit Sch. in Ed. mai. — Ceterum de toto h. l. ita disputavit amicus Geel in *Hist. crit. Sophistarum* Traiecti 1823. p. 72.: „Quod si haec verba ita interpretari velimus cum Meinersio, ut significant Protagoram scripsisse ante Coracem et Tisiam, videndum est, ne Ciceronem sibi repugnantia dicere cogamus. Illae enim rerum illustrium disputationes, communes loci, singularum rerum laudes vituperationesque, quid aliud sunt nisi *via* et *ars*, quarum Cicero modo meminerat? Ut verum fateamur, saepius nos offendit hic Ciceronis locus venitque nobis aliquando in mentem parenthesis includere illa verba *nam antea — plerosque dicere*. Neque nunc, verbis accuratius etiam inspectis, nos huius coniecturae poenitet.” — Recte Vir doctissimus parenthesis statuit, quam suis signis inclusimus; sed paulo aliter cetera videntur interpretanda: scil. quae Protagorae ac Gorgiae tribuuntur, *viae* et *artis* nomine comprehendenda minime sunt. Hoc dixit Aristoteles: a Corace et Tisia conscriptas esse artes, τέχνας ἠητορικὰς; a Protagora autem et Gorgia elaboratos locos communes, ad imitationem discentibus propositos: illos *praeceptis*, hos *exemplis* eloquentiam iuvare voluisse. Aliquoties voc. *artium* hoc significato minus intellectum vidi. Verbi causa apud Quintil. Declam. CCCXIV. *Non quidem artibus, sed loquetur ore vestro*. Sermo est de furioso sua scelera ipso prodente, Deorum immortalium instinctu, qui dementiae poenâ eum afficiunt. Hoc igitur dicit: „furiosus idemque consceleratus non loquetur ex praeceptis regulisque τῶν τεχνῶν ἠητορικῶν, sed loquetur ore vestro, o Dii.” Sic scilicet edidit e Codice suo antiquissimo Pithoeus. Iam vero quum parum intelligerent, quibusnam de artibus ageretur, immanem interpolationem intrudere ausi sic dederunt, ut est apud Burmannum: *Non quidem apud iudicem dicit, nec oratorum interrogabitur artibus, sed loquetur ore vestro*.

hoc oratoris esse maxime proprium rem augere posse laudando vituperandoque rursus affligere huic Antiphontem Rhamnesium similia quaedam habuisse conscripta; (quo neminem unquam melius ullam oravisse capitis causam, quum se ipse defenderet, se audiente, locuples
 48 auctor scripsit Thucydides:) nam Lysiam primo profiteri solitum artem esse dicendi; deinde, quod Theodorus esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum scribere aliis coepisse, artem removisse: similiter Isocratem primo artem dicendi esse negavisse, scribere autem aliis solitum orationes, quibus in iudiciis uterentur: sed, quum ex eo (quia quasi committeret contra legem, quo quis iudicio circumveniretur) saepe ipse in iudicium vocaretur, orationes aliis destitisse scribere totumque se
 13 ad artes componendas transtulisse. Et Graeciae quidem
 49 oratorum partus atque fontes vides ad nostrorum annalium rationem veteres, ad ipsorum sane recentes. Nam antequam delectata est Atheniensium civitas hac laude dicendi, multa iam memorabilia et in domesticis et in bellicis rebus effecerat. Hoc autem studium non erat
 50 commune Graeciae, sed proprium Athenarum. Quis enim aut Argivum oratorem aut Corinthium aut Theba-

L. 1. oratoris maxime 13. in iudicio

§. 47. [*oratoris esse*] Sic D. Nor. Asc. pr. Vict. Man. Corr. Ald. Nep. Grut. Seqq. — om. *esse* Ald. Asc. sec. Crat. Herv. Lamb. — [*huic Antiph.*] Corradus in suo Cod. invenit probavitque *hinc A.* Sed *huic similia* est pro: huius scriptis similia.

§. 48. [*quis iudicio*] Lambini *in iudicio* recta est explicatio; sed consulto Cic. inter ista *in iudiciis* — *in iudicium* h. l. omisisse videtur praepositionem. — Quod duo Cdd. Lambini omittebant v. *componenda*, ex eo ortum est, quod librarii parum intelligebant significatum v. *artes*, τέχνας ῥητορικὰς.

§. 49. [*partus atque fontes*] duo sunt tralata diversa, quorum quodque per se separatim accipiendum est. Minus haesissent interpretes in hac compositione audaciore, si Cic. scribendum duxisset „atque origines,” vel ut explanavit Corr., „ortus et principia.” Nunc Ern. proposuit *atque fetus*, Sch. dedit *artis que fontes*, Ell. del. censuit tamquam gloss. *atque fontes*. Ego cum Schevingio et V. D. in *Annal. litt. Heid.* 1825. p. 279. locum sanum esse existimo. „Similiter dixit Brut. 17. imitari ossa et sanguinem.” Scheving.

num scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet. Lacedaemonium vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem. Menelaum ipsum, dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem. Brevitas autem laus est interdum in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet. At vero extra Graeciam magna dicendi studia 51 fuerunt maximique huic laudi habiti honores illustre oratorum nomen reddiderunt. Nam, ut semel e Piraeo eloquentia evecta est, omnes peragravit insulas atque ita peregrinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus omnemque illam salubritatem Atticae dictionis et quasi † sanitatem perderet ac loqui paene dedisceret. Hinc Asiatici oratores non contemnendi illi¹ quidem nec celeritate nec copia, sed parum pressi et nimis redundantes:

E. 1) *Abest illi*

L. 4. *tradidit 12. omnemque illam Att. dictionis quasi sanitatem*

§. 50. [*libet*] *libet* Gu. uterq. Asc. — [*Lacedaemonium*] Nempe brevis et gravitas Laconum Atticae dicendi rationi non respondere videbatur Tullio. Vide Messerschmidii *commentationem de Spartanorum vett. παιδαγωγία* in Walchii *Actt. soc. Lat. Ien. T. V. p. 90.* BEIER.

§. 51. [*omnemque illam cet.*] In his dubiam lect. retinent A. B. C. D., etiam et ante *quasi*; quod omittunt Asc. Ald. Crat. Man. Iam quum tolerari omnino nequeat *salubritatem et quasi sanitatem*, nec vero facile in hoc libro de glossematis cogitandum sit iis in locis, ubi omnes Cdd. consentiunt, uno aut altero loco excepto, v. c. §. 280. vv. *quod veri simile dixisset*, alio modo quam alterum utrum efficiendo quaerenda est medela. Nunc igitur lego: *salubritatem Atticae dictionis et quasi siccitatem*. Cfr. infra §. 202. *nihil nisi siccum atque sanum*; de *opt. gen.* §. 8. *Attici — sani dumtaxat et sicci habeantur*. Lambinus quidem ex optimo, ut ait, Cd. manuscr. edidit *omnemque illam Att. dictionis quasi sanitatem*, id quod demonstrat dumtaxat mature iam criticam opinabilem exercitam esse in hunc librum. Hanc autem decurtatam lectionem probavit Ellendt, quia falso putabat v. et a Codd. omnibus abesse. — *omnemque illam subtilitatem Att. dictionis et quasi sanitatem* de Ernestii suspitione Schuetzius.

[*loqui paene dedisceret*] om. *paene* D.; ut saepe mitigandi particulae *paene, fere*, (infra §. 63. item D.) *prope, quasi, veluti, tanquam* inducebantur a librariis minus urbanis.

[*illi quidem*] Sic dedi cum Nor. et Lambino. Cett. omittunt *illi*.

52 Rhodii saniores et Atticorum similiores. Sed de Graecis hactenus: etiam haec ipsa forsitan fuerint non necessaria.

Tum Brutus, Ista vero, inquit, quam necessaria fuerint, non facile dixerim: iucunda certe mihi fuerunt neque solum non longa, sed etiam breviora quam vellem. Optime, inquam: sed veniamus ad nostros, de quibus difficile est plus intelligere, quam quantum ex monumentis
 14 suspicari licet. Quis enim putet aut celeritatem ingenii
 53 L. Bruto illi nobilitatis vestrae principi defuisse? qui de matre suavianda ex oraculo Apollinis tam acute arguteque coniecerit; qui summam prudentiam simulatione stultitiae texerit; qui potentissimum regem, clarissimi regis filium, expulerit civitatemque perpetuo dominatu liberatam magistratibus annuis, legibus iudiciisque devinxerit; qui collegae suo imperium abrogaverit, ut e civitate regalis nominis memoriam tolleret: quod certe effici non potuisset, nisi esset oratione persuasum. Videmus item paucis
 54 annis post reges exactos, quum plebes prope ripam Anienis ad tertium miliarium consedisset eumque montem, qui Sacer appellatus est, occupavisset, M. Valerium dictatorem dicendo sedavisse discordias eique ob eam rem honores amplissimos habitos et eum primum ob eam

L. 2. fuerunt 9. L. Iunio Bruto

§. 52. [*forsitan fuerint*] Hoc primum reperi apud Victor., qui, ut erat accuratus homo, in hoc Cdd. videtur secutus esse. Tum sic Man. Ald. Nep. Grut. Ern. Ellendt: e constanti usu Cic. cfr. supra §. 33. *de Orat.* 1, §. 68. *forsitan* — — *communicarit* cet. Quintil. *Declam.* 268. pag. 506. Burm. *alia forsitan discantur*. Poscit hanc cum coni. constructionem ipsa particulae istius notatio *fors sit an* — —. (De ambigua forma *fortan* — — *poenitebit*, *de Republica* 3, 35. nondum satis constat.) — *fuerunt* D. Asc. Ald. Iu. Crat. Herv. Lamb. Schuetz: quod rectum videri poterat, quia non de re dubia, sed de iis, quae iamiam re vera dixerat, loquitur. Prior tamen ratio praestat. Adde Ovid. *Trist.* 4, 1, 37. *Forsitan hoc studium possit furor esse videri*. Quod ipsum nimium quantum valet de permultis harum tricarum grammaticarum, e quibus vix atque vix emergere possumus ad res ipsas tam praeclare in antiquorum libris tractatas.

§. 53. [*aut celeritatem*] *aut* hoc ita pendens scite defendit iam Manutius, tum Walch *Emendd. Liv.* pag. 186. cfr. Hand *Tursell.* 1. p. 546. *Orat.* §. 229. Aldus Nepos volchat *autem*;

ipsam causam Maximum esse appellatum. Ne L. Valerium quidem Potitum arbitror non aliquid potuisse dicendo, qui post decemviralem invidiam plebem in patres incitatum legibus et concionibus suis mitigaverit. Possumus Appium Claudium suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatum a Pyrrhi pace revocaverit: possumus C. Fabricium, quia sit ad Pyrrhum de captivis recuperandis missus orator: Ti. Coruncanium, quod ex pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuisse videatur: M'. Curium, quod is tribunus pl., interrege Appio Caeco, diserto homine, comitia contra leges habente, quum de plebe consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coegerit; quod fuit permagnum, nondum lege Maenia lata. Licet aliquid etiam de M. Popillii ingenio suspicari, qui, quum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in concionem seditionemque quum auctoritate, tum oratione sedavit. Sed eos oratores habitos esse aut omnino tum ullum eloquentiae praemium fuisse nihil sane mihi legisse videor: tantummodo coniectura ducor ad suspicandum. Dicitur etiam C. Flaminius, is, qui tribunus pl. legem

L. 4. (mitigarit - - - revocarit b.) 13. fuerit

Ellendt del. aut. Lambinus in *Annot. v. aut eloquentiam excidisse* ratus est post *v. ingenii*; inseruit post *texerit* Schuetz, quem imitatus est Ellendt. Manutii autem annotatio haec est: „Alterum aut desideratur; nec tamen corruptum locum suspicor. Familiare enim Ciceroni, ut ipse sibi non respondeat in verbis; itaque interdum, quum dixerit *primum*, non subiungit *deinde*. Ep. 9. ad Caelium Lib. 2. et Ep. 23. ad Gellium Lib. 7. Eodem modo, quum hic subiuncturus esset aut *M. Valerio* institutum orationis filum interrupit et dixit: *Videmus item M. Valerium cet.*” Mox: *memoria tolleretur* Cd. Oxon.

§. 54. [mitigarit - - revocaverit] Quod margo 1584. habet formas contractas, observare licet e documentis Cdd. superstitum a Codice Laudensi ἀρχαῖον plerumque exhibitas esse in hoc libro formas dilatatas vel si mavis integras.

§. 55. [fuit] E Cdd. Reg. Lall. Ern. Seqq. Lambini ceterorumque fuerit habet D.

de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulerit, qui consul apud Trasimenum sit interfectus, ad populum valuisse dicendo. Q. etiam Maximus Verrucosus orator habitus est temporibus illis et Q. Metellus is, qui bello Punico secundo cum L. Veturio Philone consul fuit.

15 Quem vero exstet et de quo sit memoriae proditum eloquentem fuisse et ita esse habitum, primus est M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae est auctor, et idoneus quidem mea sententia, Q. Ennius; praesertim quum et ipse eum audiverit et scribat de mortuo: ex quo nulla

58 suspicio est amicitiae causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono (ut opinor) annali:

*Additur orator Corneliu' suaviloquenti
Ore Cethegus Marcu' Tuditano collega,
Marci filius — —*

Et oratorem appellat et suaviloquentiam tribuit: quae nunc quidem non tam est in plerisque: latrant enim iam quidam oratores, non loquuntur. Sed est ea laus eloquentiae certe maxima:

*— — is dictu'st¹ ollis popularibus olim,
Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,
Flos delibatus populi:*

E. 1) dictus

L. 3. Q. etiam Fabius Maximus Verrucosus 20. dictus Ib. Abst ollis

§. 57. [tulerit — — sit interfectus] Sic Cdd., etiam D. E coni. (non, ut ait Ellendt, e Cdd. et Edd. vett.) scripsit Sch.: ∞ tulit — — est i. Scil. quum, ut fit, e scriptura *Trasimenumst* male intellecta factum esset *Tr. sit*, etiam alterum verbum huic errori accommodatum esse haud prorsus improbabile est. Cfr. tamen quae notabo ad §. 107. Mox: *Qui vero exstet* audaci coni. Hervag. solus pro *Quem* cet.

[idoneus quidem, mea sententia] Sic etiam D. Vict. Ordinem Nor. Asc. Cratand. *id. mea quidem sententia* minime recipere debebat Ellendt, quum ex hac verborum collocatione plerisque praeter se de Ennii auctoritate dubitare diceret Cicero.

§. 58. [orator cet.] orator Cornelius suavi et eloquenti. Tum: *studio collega filius* corrupte D., ut Asc. Ald., Rob. Steph. 1539.; nisi quod hi habent *collegam*. In Victoriana et Rob. Steph. 1544. ea lectio est, quam e Veteri exemplari affert Rivius: *Cethegus Veturio collega Philoni*.

[non tam est cet.] cfr. Goerenz *Finn.* p. 2. notante iam Ell.

[is dictu'st ollis popularibus olim] Nemo adhuc recte adhi-

(probe vero; ut enim hominis [decus¹] ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia, qua virum excellentem praeclare tum illi homines florem populi esse dixerunt;) *Suadaeque medulla*. Πειθὼ quam vocant Graeci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius; —

E. 1) decus sine [].

L. 1. decus sine []. 4. Quam Πειθὼ

huisse huic loco videtur Gellium *N. A.* 12, 2., ubi iidem versus afferuntur. Ibi scil. edunt: *hoc dicit: dictus ollis popularibus olim* (ut h. l. ante me: *is dictus ollis popularibus olim*;) sed Gellii Cdd. sic: *hoc dicitis dictus tollis popularibus olim*, quod quasi manu ducit ad egregiam Gronovii emendationem, quam h. l. recepi. Iam quum h. l. viderent metro repugnare *dictus ollis*, Merula, probante Reizio, deleto *olim* volebat *dictus popularibus ollis*. Contra Lambinus et Buttmannus *N. A. Soc. Lat. Len.* p. 63. versus sic constituerunt: *Marci filius: is dictus popularibus olim*, eiecto v. *ollis*. Sed quum tum e Cic. tum e Gellii Cdd. satis constet et de v. *is* et de utroque *ollis* atque *olim* retinendo, manifestum est, ne cum Gernhardo (v. Ell.) fingamus versum hypermetrum, nonnulla omissa esse inter v. *Marci filius* et *is dictus*. Iam pro *aevum agitabant*, quod apud Gellium est sine varietate mihi quidem nota, Cdd. D., item Latini et Borromei, immo omnes fortasse habent *aevum agebant*; quam lect. defendit Manutius ita, ut syll. *um* non elidatur; ut apud Ennium *Ann.* 10. p. 160. Ed. Columnae Neapolit.: *Insignita fere tum milia militum octo*. Sed recte iam Aldus avus 1521., e Gellio, ni magno opere fallor, reposuit *agitabant*. In Man. et Corr. Edd. male est *delibutus*, ut in Ald. et Gryph. Gellii; quod tamen Manut. reiecit in *Annot.*

[∞ ut enim hominis ingenium, sic ingenii ipsius lumen eloquentia] (om. vv. *decus* et *est*.) Aldus Nepos. „Sic in Borromei libro, et apte atque eleganter; quod aliter visum est imperitis: itaque verbum addiderunt, quasi deesset, legendumque putarunt: *ut enim hominis decus ingenium*; quod vitium e scriptis aliquot libris etiam in eos irrepserat, qui typis acneis impressi divulgantur.” MANUTIUS. Negari nequit elegantem esse istam lect. Cd. Borr., ex qua v. *lumen* regit et v. *hominis* et *ingenii*. Probavit etiam Sylburgius. Equidem v. *decus* [].

§. 59. [*Suadaeque medulla*] Sic Aldd. Seqq. — *suade et medula* (sic) D. — *Suadae medullam* Asc. pr., prorsus ut volebat Scheving p. 16. Sed artissime cohaerere voluit etiam Tullius Ennii verba: *Flos delibatus populi Suadaeque medulla*, per parenthesin dumtaxat interiectis omnibus illis *Probe vero* — *dixerunt*. Ceterum apud Gellium edebatur *populi et suada medulla*, ubi Cdd. habent *populi suada medulla* sine et vel *que*, ut fere vides esse in D. et Asc. pr. Hinc Gronovius volebat, recepit Lion: *populi, Suadae medulla*, manifesto errore; nam

eius autem Cethegum medullam fuisse vult, ut, quam deam in Pericli¹ labris scripsit Eupolis sessitavisse, huius hic
 60 medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. At hic Cethegus consul cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo quaestorque his consulibus M. Cato modo plane annis cXL. ante me consulem, et id ipsum nisi unius esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas, ut alios fortasse multos, oblivione obruisset. Illius autem aetatis qui sermo fuerit, ex Naevianis scriptis intelligi potest. His enim consulibus, ut in veteribus commentariis scriptum est, Naevius est mortuus: quamquam Varro noster, diligentissimus investigator antiquitatis, putat in hoc erratum vitamque Naevii producit longius. Nam Plautus P. Claudio, L. Porcio, viginti annis post illos, quos ante dixi, consulibus² mortuus est, Catone censore.
 61 Hunc igitur Cethegum consecutus est aetate Cato, qui annis ix. post eum fuit consul. Eum nos ut pervertem habemus, qui L. Marcio, M'. Manilio consulibus
 16 mortuus est, annis LXXXVI.³ ipsis ante me consulem. Nec

E. 1) Periclis 2) consules 3) LXXXIII.

L. 14. P. Claudio, L. Porcio Cos. quattuor annis post Naevii mortem, viginti post illos, q. a. d. Cos. e coni. 18. Mamilio 19. LXXXIII.

huius formae ultima litera *i* semper est longa et apud Lucretium et apud Ennium ipsum: *Lunai portum est operae cognoscere, cives. — intus aquai frugiferae. — [Pericli labris] — Pericli libris D. — Periclis (ut pleraeque Edd.) labiis Asc. pr. [eius — fuisse vult]* Haec cupidius expunxerunt Sch. et Ell.; sed grata cum negligentia quasi per parenthesin subiiciuntur propositioni, cuius maius est momentum: *hanc Suidam appellavit Ennius.*

§. 60. [*his consulibus*] *iis c. Asc. pr. Verbis modo plane cet. asteriscum praefixit Manutius, Lamb. delevit modo; etsi nulla in his inest difficultas. Nos dicimus: nachgerade sind es eben 140 Jahre. Corr. e Mss. affert: — M. Catone nostro plane, unde suspicatus est: — M. Cato maior, plane.*

[*consulibus*] Sic recte Man. explicavit notam *Coss.* — *consules* Cett. praeter Corr. et Aldum Nep., qui Manutium sequuntur.

§. 61. [*LXXXVI.*] Sic correxi cum Manutio, Corrado et Reizio (qui in marg. sui exemplaris adscripserat: 604-690 = 86.) pro Cett. LXXXIII. Negligentia in his annis nulla omnino difficultate chronologica laborantibus non cum Ellentio Tullio ipsi, sed librariis dumtaxat tribuenda est.

vero habeo quemquam antiquiorem, cuius quidem scripta proferenda putem, nisi si¹ quem Appii Caeci oratio haec ipsa de Pyrrho et nonnullae mortuorum laudationes forte delectant. Et hercules eae² quidem exstant: ipsae enim 62 familiae sua quasi ornamenta ac monumenta servabant et ad usum, si quis eiusdem generis occidisset, et ad memoriam laudum domesticarum et ad illustrandam nobilitatem suam. Quamquam his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior. Multa enim scripta sunt in eis, quae facta non sunt, falsi triumphi, plures consulatus, genera etiam falsa et ad plebem³ transitiones, quum homines humiliores in alienum eiusdem nominis in-

E. 1). *Abest* si 2) *hae* 3) *a plebe*

L. 2. *Abest* si 4. *hae* 11. *a plebe*

[*Nec vero*] *Neque vero* D. Pro *nisi quem*, Manut. Corr. Ald. Nep. *nisi si quem*. Recte, puto. cfr. ad *Famil.* 14, 2. *nisi si quis*. ad *Attic.* 2, Ep. 3. et Ep. 11. *nisi si quid*. Celsus de *Medic.* 2, 8. *nisi si multa signa bonae valetudinis subsequuta sunt*. ibid. 3, 3. *nisi si necesse est* cet.

§. 62. [*cae quidem*] Sic Asc. pro *hae q.* Mox Iuntae et Victorii ad *illustrandum* Aldo debetur, (cuius nunc demum editionem anni MDXXI. nactus sum:) nec temere reiiciendum est.

[*a plebe transitiones*] — ad *plebem trans.* D. Asc. Ald. Quamquam etiam summus Scaliger *Emendat. temp.* p. 629. agnoscit *a plebe*, nihilominus nunc accedo Niebuhrio, Soldanio in censura *Bruti Ellendtiani* (Seehode *Krit. Bibl.* N. 60.) (qui affert Cic. ad *Famil.* 8, 8. de *Legg.* 2, 22. *Livium* 4, 16.) et Blumio *Einleitung in die Röm. Geschichte* p. 70. Ad formulam ipsam cfr. *Fragm. Orat. in P. Clodium et Curionem* 3, 2. p. 206. *Ed. Rom. noviss.*: quum se ad *plebem transire velle diceret*. *Velleium* 2, 2, 45. quum *P. Clodius* — — *a patribus ad plebem transisset*. praeterea Suetonium *Octav.* Cap. I. Omnino *a plebe ad patricios transitiones* vix cogitari possunt. Quomodo enim, quo ritu quave lege eae factae essent? Alia autem res est, quum sub Imperatoribus allectus esse inter patricios hic vel ille dicitur in Inscriptionibus et apud Tacitum *Ann.* XI., 26. Qui defendebant alteram lectionem, quae e Manutii coni. fluxit, decepti sunt seqq. verbis. Sed totus locus sic explicandus est: „quum homines humiliores, qui casu vel, quia originem ducebant ex imparibus connubiis vel a libertis clientibusve patriciorum, patricium nomen gerebant, contenderent sese esse ex eadem stirpe cum patricia illa eiusdem nominis gente idque ita explicarent, ut patricium aliquem inter maiores suos ad *plebem transisse* fingerent.”

funderentur genus: ut, si ego me a M'. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio consul¹ anno
 63 decimo post exactos reges fuit. Catonis autem orationes non minus multae fere² sunt, quam Attici Lysiae, cuius arbitror plurimas esse. (Est enim Atticus, quoniam certe Athenis est et natus et mortuus et functus omni civium munere: quamquam Timaeus eum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas.) Et quodam modo est nonnulla in iis etiam inter ipsos similitudo. Acuti sunt, elegantes, faceti, breves: sed ille Graecus ab omni laude felicior.
 64 Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates consecretur; quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat³. Quamquam in Lysia sunt saepe⁴ etiam lacerti, sic ut fieri nihil

E. 1) consule 2) verae 3) delectet 4) saepe sunt
 L. 9. *his* 14. *sic ut fieri valentius nihil possit*

[*a M. Tullio*] Tullio Heusingerus fortasse ex Almeloveenii Fastis duxit probatum etiam Schuetzio; sed recte Stampa et Piranesius Tullio cum Dionysio Halicarnassensi, notante Sylburgio. Cfr. etiam dubiam de hac re Maii disputationem ad Cic. *de rep.* 2, 21. p. 179. seqq. *Ed. Rom. noviss.* — annos decem e Mss. affert Corr. Refutat ex suis Cdd. Manutius.

§. 63. [*multae fere sunt*] — om. *fere* D. BEIER haec annotavit: »Sic pro volg. *verae* Wetzel et Schuetz e Guelf. 2. *Ed. Ven. Victor. comp.* 17, 65. Buttmannus in *N. A. Soc. Lat. Ien.* I. p. 41. maluerat; *Catonis autem orationes non minus multae nostrae* (h. e. nostro sermone conscriptae) *sunt, quam Atticae Lysiae.*» — Buttmanni rationem consuetudini Tullianae prorsus repugnantem nemo, ut spero, probabit. *Attici* necessario requiritur etiam propter sequentia. — *verae* autem e contextu *Repet. Lamb.* venit in *Grut. et Ern. fere* etiam Aldus Nepos.

[*quodam modo et nonnulla in iis*] Minime argutandum erat in vv. *quodam modo*. Videlicet Tullius ipse quum optime sentiret, quid quantumque interesset inter Lysiam et Catonem, quamvis nonnulla inter eos esset similitudo, hanc quantum potest extenuat; non igitur contentus v. *nonnulla* adiecit *quodam modo*. Mox sive legas *in iis* cum plerisque, sive *in his* cum Cd. D. Lamb. Ell., sane refertur ad oratores ipsos, non ad orationes; nec ulla inest ambiguitas; *iis* autem nunc retinui, tum quia parenthesi *Est enim* — *Syracusas* interposita, remotiores iam sunt *Cato* ac *Lysias*, quam ut *his* locum suum tueatur, tum quia nulla est oppositio inter *hos* atque *alios*, quos pron. *illos* designare potuisset.

§. 64. [*sunt saepe*] Sic D. et omnes meae Edd. (etiam Ald.

possit valentius. Verum est certe genere toto strigosior: sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. Catonem vero quis nostro-¹⁷rum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis⁶⁵ novit omnino? At quem virum, dii boni! mitto civem aut senatorem aut imperatorem: oratorem enim hoc loco quaerimus; quis illo gravior in laudando? acerbior in vituperando? in sententiis argutior? in docendo edisserendoque subtilior? Refertae sunt orationes àmplius centum quinquaginta, (quas quidem adhuc invenerim et legerim,) et verbis et rebus illustribus. Licet ex his eligant ea, quae notatione et laude digna sint; omnes oratoriae virtutes in eis reperientur. Iam vero Origines⁶⁶ eius quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent? Amatores huic desunt, sicuti multis iam ante seculis et Philisto Syracusio et ipsi Thucydidi. Nam, ut horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis quam brevitate tum nimio acumine officit Theopompus elatione

L. 17. Del. *quam - - acumine*

Nepos et Rep. Lamb. 1584.) ante Grut., qui cum Seqq. sine auctoritate saepe sunt. Verba *sed tamen - - - gaudent* ab Ellendtio acriter reprehensa et paene deleta perquam sunt necessaria, quia inculcant oppositionem inter Lysiae amatores eodemque stultos Catonis contemptores: contra Ellendtiana ratio *Verum est certe toto genere strigosior. Catonem vero quis - - legit* misere hiat.

[*sic ut fieri*] *sic ut et fieri* D. Asc. Ald. Vict. et saepissime inculcatur a librariis: cfr. *ad Attic.* 3, 24, 1. Vellei. 2, 48, 4. Hinc Man. Corr. Ald. Nep.: *sic ut eo fieri*. Nostram lect. vidi primum in contextu Ed. 1584. Ordo Lamb. *sic ut fieri valentius nihil possit* Codici alicui deberi videtur.

§. 65. [*Catonem quis - - legit?*] Frontonis reliquiae eae praesertim, quas Romae MDCCCXXIII. primum edidit Maius, satis demonstrant, quot quamque illustres admiratores posterioribus rursus temporibus invenerint et Cato et C. Gracchus. Insunt in illis duo praeclari loci e Catone excerpti, p. 150. et 184., unde accuratius nunc iudicare licet de toto eius genere dicendi.

[*licet ex his*] ∞ *l. ex iis* Man. Corradus. Ald. Nep.

§. 66. [*quam - - acumine*] Haec suspecta iam Budaeo ac Rivio deleverunt Lamb. cum duobus Cdd., tum Sch. Recte ea defendit Ell. Quod si ea non fortuito, sed dedita opera omiserunt librarii isti, inde dumtaxat factum est, quod non

atque altitudine orationis suae, quod idem Lysiae Demosthenes; sic Catonis luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio. Sed et in nostris
 67 inscitia est, quod ii ipsi, qui in Graecis antiquitate delectantur eaque subtilitate, quam Atticam appellant, hanc in Catone ne¹ noverunt quidem. Hyperidae volunt esse
 68 et Lysiae. Laudo. Sed cur nolunt Catones²? Attico genere dicendi se gaudere dicunt. Sapienter id quidem. Atque utinam imitarentur, nec ossa solum, sed etiam sanguinem! Gratium est tamen, quod volunt. Cur igitur Lysias et Hyperides amatur, quum penitus ignoretur Cato? Antiquior est huius sermo et quaedam horridiora verba. Ita enim tum loquebantur. Id muta, quod tum ille non potuit, et adde numeros, ut³ aptior sit oratio; ipsa verba compone et quasi coagmenta, quod ne Graeci quidem veteres factitaverunt: iam neminem antepones
 69 Catoni. Ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus utantur, quos appellant *τρόπους*, et sen-

E. 1) non 2) Catonis 3) et

L. 4. *inscientia* 11. (*amantur b.*) 14. *potuit, adde*

videbant ea iungenda esse cum vv. *non satis apertis*. Ad seqq. autem perperam quum referrent, necessario absurda videri debebant. Tum *offecit* Sch. coni. Ell. Sed *offecit etiam* nunc aliquantum Philisto et Thucydidi, qui tamen ab omnibus leguntur, quum paucorum in manibus sint Catonis Origines.

§. 67. [*Sed et in nostris*] Sic etiam D. Asc. Videtur ad paucos eos locos referendus esse hic, ubi apud Cic. et nobis significat etiam, ut *Tuscul.* 4, §. 73. *Probe et ille. ad Attic.* 1, 1, 4. *simul et illud ostendi*. Nam et cum Heusing. et Ell. deleto mihi quidem praefractior videtur fieri oratio.

[*ii ipsi*] *hi ipsi* Asc.

[*ne noverunt quidem*] Sic volebat etiam Reizius habetque Camerarius (non Victorius) tum Lamb. Sch. Ell. Codici *ne* tribuit Corradus. — *non n. q.* D. Asc. Vict. Ern. Memorabilis est Manutii lectio: *non noverunt. Quid enim?*

[*Catones*] Sic recte Lamb. Sch. Ell. pro *Catonis* D. Asc. Iu. Grat. Man. Ern. — *cur non Catonis?* Oxon. Nor.; quod saltem mutandum esset in plur. *Catones*.

§. 68. [*amatur*] — *amantur* Herv. solus et Margo 1584.]

[*ut aptior*] Sic cum Cd. aliquo Reg. et altero Corradi, ut voluerat Car. Stephanus, Lamb. Aldus Nepos, Lall. prob.

tentiarum orationisque formis, quae vocant *σχήματα*: non veri simile est, quam sit in utroque genere et creber et distinctus Cato. Nec vero ignoro nondum esse satis 18 politum hunc oratorem et quaerendum esse aliquid perfectius: quippe quum ita sit ad nostrorum temporum rationem vetus, ut nullius scriptum exstet dignum quidem lectione, quod sit antiquius. Sed maiore honore in omnibus artibus quam in hac una dicendi versatur anti- 70 quitas. Quis enim eorum, qui haec minora animadver- tunt, non intelligit Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem? Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora, quam Canachi: nondum Myronis satis ad veritatem adducta; iam tamen, quae non dubites pulchra dicere: pulchriora etiam Polycleti et iam plane perfecta, ut mihi quidem videri solent. Similis in pictura ratio est: in qua Zeuxim et Polygnotum et Timantem et eorum, qui non sunt usi plus quam quattuor colori- 71 bus, formas et lineamenta laudamus: at in Echione¹, Nicomacho, Protogene, Apelle iam perfecta sunt omnia. Et nescio an reliquis in rebus omnibus idem eveniat: nihil est enim simul et inventum et perfectum: nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum poëtae: quod ex eis carminibus intelligi potest, quae apud illum et in Phaeacum et in procorum epulis canuntur. Quid? nostri veteres versus ubi sunt?

E. 1) Aëtione

L. 18. Aëtione (Ut nos, b.)

Schuetzio. Ceteri *et aptior* praeter Ell., qui non male con-
numeros: et, ut *aptior sit oratio, ipsa verba c.*

§. 70. [*in hac una dicendi*] ∞ *in hac una arte dicendi* Gu. uterque. D. Nor. Asc. non improb. Ell. Mihi tamen adhuc videtur gloss. Deletum est ab Aldo, Seqq.

[*quam Canachi*] — *quam ea Canachi* Nor. Asc. ex recentiorum linguarum, non Latinae, indole.

[*pulchriora etiam Polycleti*] Quod D. Nor. om. *etiam*, ideo factum est, quia mox habent *etiam plane*. Veram lect. praebet iam Aldus avus.

[*Echione*] Inter hanc lect. L. 1584. Sch. Ell. et *Aëtione* Vict. Man. L. 1566. Grut. Ern. fluctuabat iam Rivius. Sed illa videtur certa.

— — quos olim Fauni vatesque canebant,
 Quum neque Musarum scopulos quisquam superarat,
 Nec dicti studiosus erat — —
 Ante hunc; — —

ait ipse de se: nec mentitur in gloriando. Sic enim sese res habet. Nam et *Odyssea Latina* est sic tamquam opus aliquod Daedali, et Livianae fabulae non satis dignae, 72 quae iterum legantur. Atque hic Livius, qui primus fabulam, C. Clodio, Caeci filio, et M. Tuditano con-

L. 8. hic est Livius

§. 71. [*Quum neque Musarum scopulos quisquam superarat, Nec dicti studiosus erat*] Hanc lect. inter eas Edd., quas habeo, primum reperio in Victoriana 1556. Contra Cdd. quatuor Regii A. B. C. D. (levi cum varietate; vide mox:) Gu. 1. (de altero ex negligentissima Schuetzii collatione non satis constat.) Palat. Cuiac. item Edd. Veneta, Nor. Mediol. Ald. Iunt. Ascens. utraque, Crat. Hervag. Rob. Steph. 1539. sic habent: *Quum neque M. scopulos nec dicti (dictis A.) studiosus quisquam erat (erant B.)*; unde dubium fit, utrum lectio Victoriana ducta sit e Codice meliore, archetypum Laudense accuratius referente, an e coniectura Viri docti; quod ipsum mihi quidem probabilius videtur. Nam quod Columna ait p. 48. *Ennii Ed. Neapolit. 1590.*: „Haec verba in optimis Cic. exemplaribus habentur; in passim vero vulgatis desunt:” de editionibus post Victor., non de codicibus vix ab ipso inspectis equidem intelligo. In Ed. Aldi Nep. est *scopulos: Nec dicti studiosus erat Ante hunc* omisso itidem supplemento *quisquam superarat*; notatque Manutius: „*scopulos*] Deest finis versus. Antiquus Borromei liber hoc subiungit; *Neque dicti studiosus quisquam ante hunc*; Latini, *Nec dicti studiosus quisquam erat ante hunc*. Utrocunque modo remanet mendum.”

[*Nam et Odyssea Latina est sic tamquam*] *Nam et odiosa latina est sic in tamquam D. sic in tamquam* etiam Gu. 1. Ed. Ven., e quo frustra magis reconditi quid elicias. Male etiam Ellendt delevit *sic*, haud memor saepe sic iungi v. *sic tamquam, sic quasi*, ubi minus necessarium videtur v. *sic*. Cfr. ad *Famil.* 8, 12. *tamquam procurator sic agas*. ibid. 10, 19. *sic enim vidi quasi ea*. ibid. 13, 63. *sic frui tamquam domi meae*. Tacitus *Dial. de oratt.* 10. *sic — tamquam eos*; ibid. 13. *sic quasi Augustum*. Cfr. etiam hoc, ubi item supervacaneum videri potest *sic*, ad *Famil.* 13, 70. *Quia non est obscura tua in me benevolentia, sic fit, ut cet.* Nunc autem minime in hoc haerens, simpliciore praefero explicationem: „*Odyssea Livii similis est operum Daedali, i. e. aequae rudis atque incondita.*”

§. 72. [*Atque*] Sic A. B. C. Contra D.: *atque*; omnes retinent qui a Sch. et Ell. deletum. Sane verior ceteris hic quo-

sulibus, docuit anno ipso ante, quam¹ natus est Ennius; post Romam conditam autem quartodecimo et quingentesimo, ut hic ait, quem nos sequimur; est enim inter scriptores de numero annorum controversia. Accius² autem a Q. Maximo³ quintum consule captum Tarenti⁴ scripsit Livium annis xxx. post, quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis invenimus: docuisse autem fabulam annis post xi. C. Cornelio, Q. Minucio consulibus, ludis Iuventatis, quos

- E. 1) ipso, antequam 2) = Attius cet. 3) autem: Q. Maximo
4) Tarento
L. 2. ccccx. 4. (Attius b.) 5. Tarento 7. (Fort. et Attius b.)

que lectio Lambini: *atque hic est Livius, qui; nisi quod est facilius excidit post Livius. (Liviust et pronuntiabant et scribebant.)* Quod si vulgatam retineas, sane fatendum est, *qui pendere.* Hand *Tursell.* I. pag. 394. scribi iubet: *anno ipso ante, quam, quod expressi pro: anno ipso, antequam; immo iam Lambinus divise, sed sine virgula.*

[*conditam autem*] *autem conditam D. Asc. Lall. Statim Manutii lectionem quarto decimo et quingentesimo habent etiam D. Nor. Vict. Osann in Anal. crit. p. 50. volebat tertio decimo quingentesimo; Ald. autem, Iuntá, Asc. sec. Crat. Lamb. perperam quadringentesimo decimo.*

[*est enim - - Accius autem*] Ell. con. dedit: *est autem - - Accius enim.* Sed explica: „*ut hic (Atticus) ait, quem nos sequimur, ut fide maxime dignum; nam dissentiunt scriptores; inter quos rursus maxime dissidet ab Attico Accius. - Accius et mox: error Accii; recentiores Attius, Attii; utrumque nititur Inscriptt. Iam collata Bruti §. 229. Ut Accius iisdem aedilibus ait se et Pacuvium docuisse fabulam, tota corrui Osanni disputatio de Ateio philologo h. l. intrudendo; quippe quum manifestum sit et hanc §. 229. desumptam esse ex aliquo Accii tragici didascalicon libro; neutiquam sane, ut putabat Lambinus, ex Annalibus versibus longis conscriptis. Cfr. Voss. de histor. Lat. 1, 7. et Osannum l. l. Deinde vera videtur nescio cuius apud Corr. et Ernestii dubia susp. Tarenti pro Tarento. Corradus tamen comparavit Terentianum illud: captam e Sunio. Peius etiam Nor. Asc. capto Tarento. Terminationes istae saepe confunduntur. Sic Agrigenti pro vero Agrigento Verr. 4, 2, §. 58. etiam Cd. Reg. optimus. Scripsi nunc Tarenti. Pro C. Cornelio Corr. Ald. Nep. Almelov. in fastis Cn. Cornelio. Apud Stampam in Fastis et Liv. 32, 27. est Caius.*

§. 73. [*ludis Iuventatis*] Sic emendavit Victorius duce libro Nicolai Nicoli, in quo erat *iuventatis. - lutantis D. Luctatiis Asc. (Rob. Stephanus 1539. et Camerarius, qui vulgo, sed falso dicuntur in omnibus expressisse Victorium, rursus ha-*

Salinator Senensi praelio voverat. In quo tantus error Accii fuit, ut his consulibus XL. annos natus Ennius fuerit: cui quum aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii, qui multas docuerant ante hos consules, et Plautus et Naevius.

19 Haec si minus apta videntur huic sermoni, Brute, Attico
 74 assigna, qui me inflammavit studio illustrium hominum aetates et tempora persequendi. Ego vero, inquit Brutus, et delector ista quasi notatione temporum et ad id, quod instituisti oratorum genera distinguere aetatibus,
 75 istam diligentiam esse accommodatam puto. Recte, inquam, Brute, intelligis: atque utinam exstarent illa carmina, quae multis seculis ante suam aetatem in epulis esse cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus in Originibus scriptum reliquit Cato! Tamen illius, quem in vatibus et Faunis annumerat¹ Ennius, bellum

E. 1) enumerat

L. 1. (Fort. Senonensi b.) 16. quem vatibus Ib. et bellum

bent *Luctatiis*.) — *Senonensi* perperam suspicatus est, non tamen edidit Victorius.

[*fuerit: cui quum aequalis fuerit*] Sic iam Ald. — *fuerit quod aequalis fuerit* D. Asc. *cui si aequalis cum Manutio Corrad.* — Quod Schneiderus e Gu. I. affert: *fuerit: qui aequalis fuerit*, videtur esse e male explicato compendio vocabuli *quod*. Vulgata autem sive Aldina lectio coniecturae originem videtur debere. Omnium optime haec procederet: *cui aequalis si fuit Livius: si potius excidit post syll. is; fuit autem in fuerit mutari potuit eo facilius, quum praecederet fuerit*. Vulgatam ita defendit Ellendt, quasi subaudiendum sit: *ex Accii sententia*, quae tamen ratio mihi videtur nimis contorta. Mox haud male Sch. et Ell. *Plautus pro et Pl.*; nec tamen prorsus necessaria correctione, quum sit pro: *ambo ii — et Pl. et N.*

§. 75. [*quem in v. et F. annumerat*] Sic Gu. uterque, Cd. D. et Schuetz.; quae rarior ratio satis defenditur illo *orat. pro S. Roscio* §. 89. *forsitan in grege annumerer*; etsi ibi Cdd. aliq. *in gregem* probb. Oudendorp ad Suet. Oct. 70., Garatonio et Beckio. (cfr. Schneiderum.) Magis vulgaria sunt, quamvis aequae recta Lamb. et Ellentii: *quem vatibus — annumerat*, ut est §. 207.; et quod in *Annotatt.* (non in Marg. 1584., qui meus fuit error in Ed. mai.) proponit Lamb. videturque daturus fuisse Ell., si operae paruisent, atque ego olim verius putabam: *quem in v. — numerat*, ut est §. 333. Falsum omnino est *enumerat* Asc. Vict. Ern. — *bel-*

Punicum, quasi Myronis opus, delectat. Sit Ennius 76
sane, ut est certe, perfectior: qui si illum, ut simulat,
contemneret, non omnia bella persequens, primum illud
Punicum acerrimum bellum reliquisset. Sed ipse dicit,
cur id faciat, - - *scripsere*, inquit, *alii rem versi-*
bis, - - et luculente quidem scripserunt, etiam si minus,
quam tu, polite: nec vero tibi aliter videri debet, qui
a Naevio vel sumpsisti multa, si fateris, vel, si negas,
surripuisti.

Cum hoc Catone grandiores natu fuerunt C. Flami- 77
nius, C. Varro, Q. Maximus, Q. Metellus, P. Lentu-
lus, P. Crassus, qui cum superiore Africano consul fuit.
Ipsam Scipionem accepimus non infantem fuisse. Filius
quidem eius, is, qui hunc minorem Scipionem a Paulo
adoptavit, si corpore valisset, in primis habitus esset
disertus: indicant quum oratiunculae, tum historia quae-
dam Graeca, scripta dulcissime. Numeroque eodem 20
fuit Sex. Aelius, iuris quidem civilis omnium peritissi- 78
mus, sed etiam ad dicendum paratus: de minoribus autem
C. Sulpicius Gallus, qui maxime omnium nobilium Grae-
cis literis studuit; isque et oratorum in numero est ha-
bitus et fuit reliquis rebus ornatus atque elegans. Iam
enim erat unctior quaedam splendidiorque consuetudo

lum Punicum] Sic Ald. Asc. sec. Victor. Man. Ern. Seqq. —
bello Punico D. Nor. Asc. pr. — *et bellum Punicum* perverse
Crat. Herv. Lamb.

§. 76. [*luculente*] — *dilucidissime* D. e gloss.

§. 77. [*historia quaedam Graeca, scripta*] An Graece scripta?
ut mox §. 81. Alia enim ratio videtur orationis Graecae §. 78.
et Latinorum scriptorum, de Finn. 1. §. 4., ubi v. Goerenz;
quibuscum compara Latine scripta deterius ibid. §. 8.

§. 78. [*Sex. Aelius*] Sic A. B. C. — *Sextus Atilius* D.

[*unctior*] Gesnerus in Thes. v. *Consuetudo*: „id est, niti-
dior elegantiorque. Translatio est a *palaestris*, quas poëtae
unctas appellant.” Sicque exposuerant iam Corr. et Aldus N.
Verum fatendum est mirum istum tropum hoc dumtaxat loco
inveniri, contra consuetudinem Ciceronis, qui praesertim
eiusmodi translatis rhetoricis, quibus v. *quasi*, *ut ita dicam*
ac similia non addit, saepius uti solet. (v. c. *sanus*, *siccus*,
sanguis cet.) Accedit quod Gu. uterque habet: *mitior*; unde
videndum etiam atque etiam, ne utrumque aeque sit corruptum
ortumque e v. *lautior* corruptelae quam maxime expo-

loquendi. Nam, hoc praetore ludos Apollini faciente, quum Thyesten fabulam docuisset, Q. Marcio, Cn. Servilio consulibus, mortem obiit Ennius. Erat iisdem temporibus Ti. Gracchus, P. F., qui bis consul et censor fuit, cuius est oratio Graeca apud Rhodios: quem civem quum gravem, tum etiam eloquentem constat fuisse. Publium etiam Scipionem Nasicam, qui est Corculum appellatus, qui item bis consul et censor fuit, habitum eloquentem, † [M. alium] illius, qui sacra acceperit, filium dicunt¹: etiam L. Lentulum, qui cum C. Figulo consul fuit: Q. Nobiliorem, M. F., iam patrio instituto deditum studio literarum, qui etiam Q. Ennium, qui cum patre eius in Aetolia militaverat, civitate donavit, quum triumvir coloniam deduxisset: et T. Annium Luscum, huius Q. Fulvii collegam, non indisertum dicunt fuisse.

80 Atque etiam L. Paullus, Africani pater, personam prin-

E. 1) *Abest dicunt*

L. 9. *eloquentem M. illius, qui*

sito: vide quae notavi ad libellum *de opt. gen. Orat.* §. 4. et ad Taciti *dialogi de oratoribus Caput* 22. Ad Plinii *Paneg.* C. 50. *aedes auctas ac vigentes*, Th. Hearne annotavit: „Potest etiam legi *lautas*.” — qui ante v. maxime suspectum erat Ern.; cfr. tamen Sch. et Ell.

§. 79. E miris corruptelis Cdd. probabile fit haud male coniecisse Schuetzium latere in iis Matris Deum Magnae Idaeae mentionem: nam *sacra* sic nude posita, quum praesertim eiusmodi librorum errores ea praecedant, vix possunt defendi, etsi in eo elaboravit novissimus Editor. Nota autem Deae illius in lapidibus haec est: *M. D. M. I.* (cfr. *Inscriptt. meas Latinas* Vol. I. p. 341.); quae si fuit h. l. in Cd. archetypo, origo errorum magis etiam elucet. Verba ipsa restitui nunc non possunt, sed talia fere fuisse puto: — *eloquentem, illius, Idaeae matris* (sive *Matris Deum magnae Idaeae* sive *M. D. I.* sive simpliciter *M. D.* sive denique, ut est in Catone *Cap. 13. Idaeae Matris Deum* sive *magnae* — tot enim modis idem exprimi potest:) *qui sacra acceperit, filium dicunt: etiam* cet. Sic ubi distinguimus, non adeo offendes in duplici huius clausulae v. *dicunt*, satis longo intervallo inter se distante. Minime autem necesse est, ut scribas: *P. illius*, quum filio idem Publīi pronomen fuerit: nec *acceperit*, aliorum verba quum referantur, in *accepit* mutandum erit cum Sch. et Ell. Iam Cdd. sic: — *eloq. M. alium illius qui sacra acceperit filium dicunt etiam* B. Asc., quae vulgata diu erat lectio. — *eloq. m. aliunt* (sic) *illius q. s. a. f. dicunt*

cipis civis facile dicendo tuebatur; et vero etiam tum Catone vivo, (qui annos quinque et octoginta natus excessit e vita, quum quidem eo ipso anno contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset, quam etiam orationem scriptam reliquit;) sed vivo Catone minores ²¹ natu multi uno tempore oratores floruerunt. Nam et ⁸¹ A. Albinus, is, qui Graece scripsit historiam, qui consul cum L. Lucullo fuit, et literatus et disertus fuit: et tenuit cum hoc locum quendam etiam Ser. Fulvius et una Ser. Fabius Pictor et iuris et literarum et antiquitatis bene peritus; Quintusque Fabius Labeo fuit ornatus iisdem fere laudibus. Nam Q. Metellus, is, cuius quattuor filii consulares fuerunt, in primis est habitus eloquens, qui pro L. Cotta dixit, accusante Africano; cuius et aliae sunt orationes et contra Ti. Gracchum exposita est in C. Fannii annalibus. Tum ipse L. Cotta veterator ⁸² habitus, sed C. Laelius et P. Africanus in primis eloquentes: quorum exstant orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest. Sed inter hos, aetate paul-

etiam A. C. — *eloq. inde aiunt illius q. s. a. f. dicunt etiam D.*, ex quo vides, *aiunt* Manutii et Lallemandi unde originem trahat. *dicunt* primus coni. delevit Ern. Ceteras corruptelas vide in Ed. mai.

§. 80. [*et vero etiam tum*] — *at v. e. tum* Asc. — *at etiam cum D.* Emendavit Lamb. Tum rursus Ern. Seqq. Rectam h. l. distinctionem stabilivit Madvig meus *Emendd.* I. p. 194., quae est iam in Ed. Asc. et aliis antiquis, v. c. Aldi Nepotis, etsi non tam clare significata.

§. 81. [*exposita est*] aut *quae* praeponendum cum Schevingio, aut *est* expungendum censet V. D. in *Anal. litt. Heidelb.* I. I. BEIER. Mihi idem significare videtur, quod barbare interdum dicunt: *et aliae sunt, et ea contra Ti. Gr. exposita est.*

§. 82. [*de ingeniis oratorum*] — *eorum* de Ern. susp. Sch. Ellendt. Sed *oratorum* h. l. plane dictum est, ut §. 91. *in oratore Galba*: i. e. „eorum, tamquam oratorum.” Sicque exposuit iam Corradus. De v. *egrederetur*, (Lamb. *degrederetur*) cfr. Beier *ad Offic.* T. 2. p. 150. Mox Purgoldi coni. *evanuerunt* (ut §. 106.) pro *exaruerunt* in suum exemplar recepit etiam BEIER cum Sch. et Ell. Nolim tamen h. l. quidquam mutare. Eiusmodi enim tralata non semper ad indolem recentiorum linguarum sunt exigenda: ut in illo *res refrixit*, ubi id primum legimus, (quod ego saltem in me expertus sum) solemus haerere, quia nostro a sermone alienum est, sic h. l.

lum his antecedens, sine controversia Ser. Galba eloquentia praestitit: et nimirum is princeps ex Latinis illa oratorum propria et quasi legitima opera tractavit, ut egrederetur a proposito ornandi causa, ut delectaret animos, ut permoveret, ut auget rem, ut miserationibus, ut communibus locis uteretur. Sed nescio quomodo huius, quem constat eloquentia praestitisse, exiliores orationes sunt et redolentes magis antiquitatem quam aut Laelii aut Scipionis aut etiam ipsius Catonis: itaque exaruerunt, vix iam ut appareant.

- 83 De ipsius Laelii et Scipionis ingenio quamquam ea est, iam¹ ut plurimum tribuatur ambobus, dicendi tamen laus est in Laelio illustrior. At oratio Laelii de collegiis non melior quam de multis quam voles Scipionis: non quo illa Laelii quidquam sit dulcius aut quo² de religione dici possit augustius; sed multo tamen vetustior et horridior ille quam Scipio: et, quum sint in dicendo variae voluntates, delectari mihi magis antiquitate videtur et lubenter verbis etiam uti paullo magis
- 84 priscis Laelius. Sed est mos hominum, ut nolint eundem

E. 1) iam est opinio 2) quod

L. 4 degrederetur 5. aut perm. 12. est iam opinio 14. de collegis (a collegis b.) 15. quod

mirum nobis accidit orationes exaruerunt; sed qui emendarunt evanuerunt, haud satis animadverterunt otiosa tum fore sequentia: vix iam ut appareant, quae contra recte exarescendi verbum comitantur. Nam Cdd. lectio hoc significat: „adeo neglectae sunt et a paucissimis transcribuntur, ut difficulter eas, si quaeras, reperias;” Purgoldi coni.: „ita evanuerunt, ut evanuerint:” id quod absurdum est.

§. 83. [ea est, iam] Sic rectissime D. Asc. pr. Ald. Victor.: scilicet laus, quod vocabulum h. l. e mox seqq. praecipendum. Cfr. ad Attic. 13, 38. laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti nobis renuntiaverunt. Quod quum non intelligerent, in Asc. sec. nescio qui interpolator Parisiensis infelix intrusit glossema: ea est iam opinio (quo voc. ipso nimis elevatur et Laelii et Scipionis fama et dignitas) vel, ut contra Cdd. notos primum, quod sciam, peius etiam transpositum est in Repetit. Lamb. 1584. Seqq.: — ea iam est opinio. Iam ut scil. nemine iam iis obtrectante.

[quo de religione] Sic Heus. Sch. Ell. — quo e religione D. et Gu. 1. — quod de rel. Cett. Sed Cd. Oxon. haud male utrobique quod.

pluribus rebus excellere. Nam ut ex bellica laude adspirare ad Africanum nemo potest, in qua ipsa egregium Viriathico¹ bello reperimus fuisse Laelium: sic ingenii, literarum, eloquentiae, sapientiae denique etsi utriusque primas, priores tamen libenter deferunt Laelio. Nec mihi ceterorum iudicio solum videtur, sed etiam ipsorum inter ipsos concessu ita tributum fuisse. Erat omnino tum mos, 85 ut in reliquis melior, sic in hoc ipso humanior, ut faciles essent in suum cuique tribuendo. Memoria teneo Smyrnae 22 me ex P. Rutilio Rufo audisse, quum diceret adolescentulo se accidisse, ut ex senatus consulto P. Scipio et D. Brutus (ut opinor) consules de re atroci magna quae quaerent. Nam quum in silva Sila facta caedes esset notique homines interfecti insimulareturque familia, partim etiam liberi societatis eius, quae picarias de P. Cornelio, L. Mummio censoribus redemisset, decrevisse senatum, ut de ea re cognoscerent et statuerent consules:

E. 1) Viriatico

L. 3. *Viriatico* 9. (Fort. in suo b.) 10. *audivisse* (Fort. *audire* b.)

13. *in silva Scantia* (Ut nos, b.) 15. *pecuaria* (Ut nos, b.)

§. 84. [*pluribus rebus*] — *pluribus verbis* D. Asc. Emendavit iam Ald. Ceterum h. l. iterum vides *verbis* falso substitutum verae lectioni, ut supra §. 51. — *ut ex bellica l.* firmant D. et Edd. recens inspectae. *ex* male deleverunt Sch. Ell.

[*egregium Viriathico bello reperimus*] Sic Asc., nisi quod *Viriatico*. — *egregium virum adhibet CO. reperimus* D. — *egr. viri athibeco rep.* C. — *egr. viri abet to rep.* A. — *egr. viriati bello reperiemus* B. (omnia sic.) — *libenter* omissum a Nor. Asc. Schuetzio firmat D., qui mox *Neque mihi*.

§. 85. [*audisse*] *audivisse* D. Asc. Lamb. — *quum in silva Sila facta*] *quum istius facta* D. *quum istivas ita facta* A. *quum instivias ita facta* C. *quum aestivis ita facta* B. Asc. pr. *quum in silva sua ita facta* Iu. Asc. sec. Grat. *quum in stivasita facta* Ald. Egregiam Turnebi coni. recepit iam Grut. Manutianam primus dedit Lamb. Mox mire mihi quoque, ut Corrado et Aldo Nepoti, accidunt *liberi societatis*; cum illis puto fuisse: *liberti*. Libertos collegiorum, municipiorum habes in *Inscriptt.* meis *Lat.* N. 3016. seqq. Scio a plerisque *liberos* h. l. *ἑλευθέρους* explicari, non *ύίους*; sed illi quoque interpretationi obstat ordo verborum, qui deberet esse *familio societatis eius, partim etiam liberi*. Contra cfr. *Inscr. mear. Latt.* N. 2984. *FAMILIAE ET LIBERTORVM T. SEPTVMI. SABINI*. Mox *picarias* firmant D. Asc. Ald. Victor. *picarias* Ed. 1584. *pecuaria* Iu. Grat. L.

86 causam pro publicanis accurate, ut semper solitus esset, eleganterque dixisse Laelium: quum consules, re audita, AMPLIVS de consilii sententia pronuntiavissent, paucis interpositis diebus iterum Laelium multo diligentius meliusque dixisse iterumque eodem modo a consulibus rem esse prolatam: tum Laelium, quum eum socii domum reduxissent egissentque gratias et, ne defatigaretur, oravissent, locutum esse ita: se, quae fecisset, honoris eorum causa studiose accurateque fecisse; sed se arbitrari causam illam a Ser. Galba, quod is in dicendo atrocior¹ acriorque esset, gravius et vehementius posse defendi: itaque auctoritate C. Laelii publicanos causam
87 detulisse ad Galbam: illum autem, quod ei viro succedendum esset, verecunde et dubitanter recepit: unum quasi comperendinatus medium diem fuisse, quem totum Galbam in consideranda causa componendaque posuisse: et, quum cognitionis dies esset et ipse Rutilius rogatu

E. 1) *gravior*

L. 11. *in dicendo ornatior* (Al. *fortior* b.)

§. 86. [*pronuntiavissent*] = *pronunciassent* D. Herv. prima inter meas Edd. Steph. — *iterumque*] ∞ *iterum* Nor. Asc., non D.

[*ne defatigaretur oravissent*] *ut def. ornavissent* (sic) D. Hic quidem nullum periculum est, ne frequens in Cdd. confusio particularum *ne* et *ut*, potissimum in formulis *vide, cave, metuo, timeo ne*, tot tantasque turbas grammaticas excitatura sit, quot quantaque iam natae sunt e falso *tantum abest, ne pro ut*, in *Oratoris* §. 229.

[*gravior*] Sic Med. Asc. pr. Ern. Ell. *adhortior* B. *adhortor* A. C. Codex Victorii. *adhortator* D. „*atrocior* e coni. Trilleri et Buttmani in *N. A. S. Lat. Ien.* 1. pag. 42. pro volg. *ornatior* (Ald. Asc. sec.) Cdd. al. *adhortor*. al. *abhortor*; Reizius coniecerat *ardentior*. BEIER; qui in exemplari suo recepit *atrocior*, pro quo sane facit Cd. Reg. B. *adhortior*, collata *Oratoris* §. 56., quam affert Buttman: *volet ille, qui eloquentiae principatum tenet et contenta voce atrociter dicere* cet. probatque Spalding *Quintil.* Vol. 1. p. 22. Mihi aliquando in mentem venerat *acerbior*; ut est §. 136. *aceres et acerbi*. §. 222. *acer, acerbus*. Ceterum diu ante Reizium alii iam apud Corradum et Man., suspicati erant *ardentior* „quod placeret, inquit Man. si dixisset Cic. *acrior ardentiorque*; sic enim adderetur sententiae vis; verum *ardentior acriorque* ideo mihi non probatur, quia posteriore verbo minuitur, quae potius est augenda sententia.” Contra Corr. probavit *ardentior* rece-

sociorum domum ad Galbam mane venisset, ut eum admoneret et ad dicendi tempus adduceret, usque illum, quoad ei nuntiatum esset consules descendisse, omnibus exclusis, commentatum in quadam testudine cum servis literatis fuisse, quorum alii aliud¹ dictare eodem tempore solitus esset: interim quum esset ei nuntiatum tempus esse, exisse in aedes eo colore et iis oculis, ut egisse causam, non commentatum putares. Addebat etiam idque 88 ad rem pertinere putabat, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba; ex quo significabat illum non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem atque incensum fuisse. Quid multa? magna exspectatione, plurimis audientibus, coram ipso Laelio sic illam causam, tanta vi tantaque gravitate dixisse Galbam, ut nulla fere pars orationis silentio praeteriretur: itaque, multis querelis multaque iniseratione adhibita, socios, omnibus appro- 23 bantibus, illa die quaestione liberatos esse. Ex hac Ru- 89

E. 1) aliis aliud

L. 5. aliud alii 8. id quod 9. multatos (mulctatos b.) 17. illo die

ptum a Schuetzio in Ed. min. — *fortior* e nescio cuius coni. Victor. Man. Schuetz in Ed. mai. In quam coniecturam ultro, ut videtur, neque inspecto Vict. Man. Corr. incidit etiam Ern. Sane *fortis orator* fuit Lucius Lentulus §. 268. *fortis actor* Q. Varius §. 221. Iam quum *gravior* locum omnino non habeat propter seq. *gravius*, ego fluctuans omnino inter *fortior*, *acerbior* et *atrocior*, hoc, donec melius aliquid reperitur, ascivi.

§. 87. [*quorum alii aliud*] Sic scrib. videbatur, ut voluit Manutius apud Aldum N. pro *quorum aliud* Cdd. (D.) Nor. Asc. pr. Ald. Victor. Ald. Nep. — *quorum aliud alii* Man. coni. in Ed. pr. Corrad. Lamb. — *quorum aliis aliud* Ern. coni. Sch. Ellendt (*quibus aliud* mala interpolatione Asc. sec. Crat. Hervag.)

§. 88. [*male mulcatos exisse*] *male exisse mulcatos* Asc. Ceterum *mulcatos* servarunt D. Gu. 1. 2. Victor. Ern. Cett. Manutius e suis Cdd. *multatos*.

[*tantaque gravitate*] *tanta* gr. D.

[*illa die*] *illa dies* Asc. — *illa etiam diis* D. Fuitne *illa de caede quaestione*? Cur enim h. l. *illa die* gen. fem.? in quo haesit iam Lamb. rescribens *illo*. Alia res est, ubi additur participium: *dicta, producta, stata die*. Praeterea nova comperendinationem §. 86., ita ut nihil attineret dicere *illa die* eos esse liberatos, qua die ipsa aut liberari eos aut condemnari necesse

tiliana narratione suspicari licet, quum duae summae sint in oratore laudes, una subtiliter disputandi ad docendum, altera graviter agendi ad animos audientium permovendos, multoque plus proficiat is, qui inflammet iudicem quam ille, qui doceat: elegantiam in Laelio, vim in Galba fuisse. Quae quidem vis tum maxime cognita est, quum, Lusitanis a Ser. Galba praetore contra interpositam, ut existimabatur, fidem, interfectis, L. Libone¹ tribuno pl. populum incitante et rogationem in Galbam privilegii similem ferente, summa senectute, ut ante dixi, M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antequam mor-
 90 tuus est [an²] diebus, an mensibus. Tum igitur nihil recusans Galba pro sese et populi Romani fidem implorans, quum suos pueros, tum C. Galli etiam filium flens commendabat; cuius orbitas et fletus mire miserabilis fuit propter recentem memoriam clarissimi patris: isque se tum eripuit flamma, propter pueros misericordia populi commota, sicut idem scriptum reliquit Cato. Atque etiam ipsum Libonem non infantem video fuisse, ut ex

E. 1) T. Libone 2) an sine [].

L. 8. T. Libone 13. an sine []. Ib. Abest nihil.

erat. Nisi forte simpliciter fuit *illa quaestione* et Cdd. *diis* ortum est e gloss. *de iis*.

§. 89. [*Rutiliana narratione*] *Rutilia narratione* D. Vide *ne na* in v. *Rutiliana* ortum sit e geminatione syllabae seq.; ita ut fuerit *Rutili narratione*.

[*cognita est*] *cognita sit* D. Asc. e scriptura *cognitast*. — In fine §. recte Pareus in *Lex. crit.* p. 88. Hand Tursell. 1. p. 308. legunt: *mortuus est diebus, an mensibus* pro *an diebus* cet. Integra formula est v. c. apud Livium 34, 29. *licentiam an levitatem dicam*. Nostrum ad locum cfr. etiam ad *Attic.* 1, 3, 2. *Nos hic te ad mensem Ianuarium exspectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis*.

[*L. Libone*] Sic recte Man. Corr. Aldus Nep. (cfr. Ern. *Clav.*) — *L. Scribonio Margo Crat.* — *T. Libone Cett.*

§. 90. [*nihil recusans*] om. *nihil* D. Asc. *nihil* ex Valerio Max. 8, 1, 2. inserendum vidit ante Ern. Seb. Corradus. Ad rem cfr. Frontonis Ep. ad M. Aurelium *Lib.* 2. 20. p. 85. Ed. Rom. „*Cato quid dicat de Galba absoluto, tu melius scis; ego memini propter fratris filios eum absolutum. Το δὲ ἀρχιεὺς ἴψα inspice. Cato igitur dissuadet, neve suos neve alienos quis*

orationibus eius intelligi potest. Quum haec dixissem 91
 et paullum interquievissem, Quid igitur, inquit, est cau-
 sae, Brutus, si tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea
 nulla in orationibus eius appareat? quod mirari non pos-
 sum in eis, qui nihil omnino scripti reliquerunt. Nec 24
 enim est eadem, inquam, Brute, causa non scribendi et
 non tam bene scribendi, quam dixerint. Nam videmus
 alios oratores inertia nihil scripsisse, ne domesticus etiam
 labor accederet ad forensem, (pleraque enim scribuntur
 orationes habitae iam, non ut habeantur:) alios non 92
 laborare, ut meliores fiant; nulla enim res tantum ad
 dicendum proficit, quantum scriptio: (memoriam autem
 in posterum ingenii sui non desiderant, quum se putant
 satis magnam adeptos esse dicendi gloriam eamque etiam
 maiorem visum iri, si in existimantium arbitrium sua
 scripta non venerint:) alios, quod melius putent dicere
 se posse quam scribere: quod peringeniosis hominibus
 neque satis doctis plerumque contingit, ut ipsi Galbae;
 quem fortasse vis non ingenii solum, sed etiam animi et 93
 naturalis quidam dolor dicentem incendebat efficiebatque,

L. 2. *paullulum* (Fort. *interquiessem* b.) 18. *contigit*

*liberos ad misericordiam conciliandam producat neve uxores neve
 affines vel ullas omnino feminas. — flammā] flammae* Nor.
 Asc. pr. Ald. Asc. sec. Crat. Hervag. *flamma* primum vidi
 in Victoriana.

§. 91. [*interquievissem*] *quievissem* D.

[*appareat*] *apparet* D. Asc. (*appareat* primum reperio apud
 Lamb.)

[*non ut habeantur*] Haec quum non satis intellexisset Sche-
 ving, proposuit p. 18. *ut habebantur*, quod saltem deberet
 esse: „ut habitae sunt.” Scil. sententia est: „non eo consilio,
 ut, quum scriptae sint, ita plane ut scriptae sunt (memoriter
 tamen) habeantur:” neutiquam vero, ut ille putabat: „ut de
 scripto dicantur;” id quod longe aliud est.

§. 92. [*ad dicendum proficit*] *ad dicendum valet* Gu. uter-
 que, D. Infra §. 139. *iunguntur proficere et valere*; nec tamen
 equidem h. l. legerim: *proficit et valet*.

[*contingit*] Sic D. Oxon. Man. Ern. Seqq. — *contigit* Cett.

§. 93. [*dolor*] — *calor* Schneideri coni. recepta a Wetzelio.
 Sed cfr. §. 158. *dolor* est τὸ πᾶθητικόν. Vide Ellendtium.
 Simili errore Iacob in Propertii 1, 10, 13. *Non solum vestros
 didici reticere dolores* et 3, 7, 35. *suae* Edit. *Quam possim
 nostros alio transferre dolores* voluit *calores*; quas coni. ne

ut et incitata et gravis et vehemens esset oratio: dein quum otiosus stilum prehenderat motusque omnis animi tamquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio: quod iis, qui limatius dicendi consecantur genus, accidere non solet, propterea quod prudentia nunquam deficit oratorem, qua ille utens eodem modo possit et dicere et scribere; ardor animi non semper adest, isque quum consedit, omnis illa vis et quasi flamma oratoris
 94 exstinguitur. Hanc igitur ob causam videtur Laelii mens spirare etiam in scriptis, Galbae autem vis occidisse.
 25 Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium L. et Sp. Mummii, fratres, quorum exstant amborum orationes: simplex quidem L. et antiquus: Sp. autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamen adstrictior; fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. Multae sunt Sp. Albini orationes. Sunt etiam L. et C. Aureliorum Orestarum,
 95 quos aliquo video in numero oratorum fuisse. P. etiam Popillius quum civis egregius, tum non indisertus fuit; C. vero, filius eius, disertus: Caiusque Tuditanus quum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus. Eodemque in genere est habitus is, qui iniuria accepta fregit Ti. Gracchum patientia, civis in rebus optimis constan-

L. 13. *Lucius fuit*

memoravit quidem Lachmannus Ed. alt. Idem tamen Iacob minime haesit in 3, 20, 1. suae Ed. *Unica nata meo pulcherrima cura dolori*; qui locus satis illos vindicat.

[*dein*] *deinde* D.

[*consedit*] *considit* Garatonius ad *Pison.* pag. 452. ut supra §. 10. *considerit* pro *consederit*. Recte, puto.

§. 94. [*occidisse*] — *cecidisse* Gu. 1. prob. Sch. Vulgatam tuetur D.

[*Lucius*] *Lucius fuit*, ut Lamb., Nor. Asc. pr. (non sec.) Crat. Hervag. Ut nos, D.

§. 95. [*vita atque victu*] Per mihi mirum accidit in his haerere potuisse et Ern. et Ellendtium. Cfr. *Bremium nostrum* ad Corn. Nepotis *Alcibiad.* 1, 3. Fuerunt tamen iam ante Ern., qui in hoc loco offenderent: „Sic Cic. saepe vitam et victum coniungit: hic tamen etiam legitur: *omni vita excultus.*” CORRADUS.

tissimus, M. Octavius. At vero M. Aemilius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem temporibus fere, quibus Galba, sed paullo minor natu, et summus orator est habitus et fuit, ut apparet ex orationibus, scriptor sane 96 bonus. Hoc in oratore Latino primum mihi videtur et lenitas apparuisse illa Graecorum et verborum comprehensio et iam¹ artifex (ut ita dicam) stilus. Hunc studiose duo adolescentes ingeniosissimi et prope aequales, C. Carbo et Ti. Gracchus audire soliti sunt: de quibus iam dicendi locus erit, quum de senioribus pauca dixerō. Q. enim Pompeius non contemptus orator temporibus illis fuit, qui summos honores homo per se cognitus sine 97 ulla commendatione maiorum est adeptus. Tum L. Cassius² multum potuit, non eloquentia, sed dicendo tamen; homo non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis: cuius quidem legi tabellariae M. Antius Briso, tribunus pl., diu restitit, M. Lepido consule adiuvante; eaque res P. Africano vituperationi fuit, quod eius auctoritate de sententia deductus Briso putabatur.

E. 1) etiam 2) L. Crassus (err. typogr.)

L. 2. fere temporibus

§. 96. [*lenitas - illa Graecorum*] Hic quoque, ubi, ut ex adiunctis apparet, non de lenitate sententiarum, sed de stilo artifice structurae verborum ac numerorum sermo est, equidem praeferam *lévitas*, permotus iis, quae plurimis verbis disputavit Santenius ad *Terentianum* p. 239-250. Hunc locum quantum memini ille non attigit, quum tamen in loco haud dissimili *de opt. gen.* §. 5. *Sed et verborum est structura quaedam duas res efficiens, numerum et lenitatem* p. 242. recte emendarit *lévitatem*. Hoc item loco *lenitas* quomodo tribuetur Graecis universe? etiamne Demostheni, Aeschini, Lycurgo? *Léves* etiam hi fuerunt: *lenes* si fuissent, quemadmodum lenis fuit et Lysias et Isocrates, ab his duobus oratoribus ne nos quidem illos seiungeremus.

[*et iam artifex*] Sic emendarunt Petrus Faber (ut video ex annot. Mss. in marg. Lamb. meae:) et Walch *Emendd.* Liv. p. 98. E D. mihi nihil notatum est, ita ut is fortasse habeat *et iam*. — *etiam* Cett.

§. 97. [*L. Cassius*] L. Crassus D. eodem errore, quo Ern. [*liberalitate*] Recte hanc Cdd. lect. defendit Scheving. p. 20. adversus Ern. suspic. *hilaritate*, allatis locis, ubi idem fere est atque *humanitas, comitas*.

Tum duo Caepiones multum clientes consilio et lingua, plus auctoritate tamen et gratia sublevabant. Sed Pompeii sunt scripta nec nimis extenuata (quanquam veterum 26 est similis) et plena prudentiae. P. Crassum valde pro- 98 batum oratorem iisdem fere temporibus accepimus, qui et ingenio valuit et studio et habuit quasdam etiam domesticas disciplinas. Nam et cum summo illo oratore, Ser. Galba, cuius Caio filio filiam suam collocaverat, affinitate sese devinxerat: et, quum esset P. Mucii filius fratremque haberet P. Scaevolam, domi ius civile cognoverat. In eo industriam constat summam fuisse maximamque gratiam, quum et consuleretur plurimum et diceret. 99 Horum aetatibus adiuncti duo C. Fannii, C. et M. filii, fuerunt: quorum Caii filius, qui consul cum Domitio fuit, unam orationem de sociis et nomine Latino contra Gracchum reliquit sane et bonam et nobilem. Tum Atticus: Quid ergo? estne ista Fannii? nam varia opinio pueris nobis erat. Alii a C. Persio, literato homine,

L. 14. (Al. quorum C. Fannius, C. F. b.)

[Caepiones] Post hoc v. Schuetzius ex Orat. pro Fonteio Cap. 7. inseruit: Cn. et Q.

[clientes] — dicentes D. Asc. (prima scil., ut ubique simplex Asc. accipiendum est.) — „multum clientes consilio et lingua a Lambino profectum, unice verum est. — Omnib. multum dicentes consilio ut lingua: idem ferme Gothofredus, modo quod et pro ut scriptum.” ELLENDT. In qua brevissima annotatione tres insunt errores. Primum *clientes* non est a Lamb. 1566. profectum, sed sic habet iam Aldina 1521., quae mera repetitio dicitur prioris anni 1514. mihi nondum visae; deinde Omnibonus, id est Ed. Norimb. 1497., ut meis oculis vidi, habet *consilio et*, non *consilio ut*; postremum Repetitio Lamb. 1584. et Gothofredus habent: *cluentes* (sic antique pro *clientes*) *consilio et lingua*.

[sed Pompeii] Sic Cdd. Edd. ante Man. Tum Corr. L. Ern. Ad Pompeium, qui scripta reliquerat, ab iis quorum nulla exstabant, denuo revertitur; ut vidit iam Corradus. — sed Quinti de dubia Corradi suspicione Sch. Ellendt. — sed Publii Man. coniecturâ. Ald. Nep.

§. 98. [quasdam etiam] — etiam quasdam Gu. uterque. Cd. D. Asc.

§. 99. [C. et M. filii] C. M. F. Asc. = Caii Marci filii Ald. Iu. Ald. Nep. (non Caii Marcique, ut ait Ern.) Nondum liquet, utrum Latini ipsi sic inter duo praenomina partic. et

scriptam esse aiebant, illo, quem significat valde doctum esse Lucilius: alii multos nobiles, quod quisque potuisset, in illam orationem contulisse. Tum ego, Audivi equidem ista, inquam, de maioribus natu, sed nunquam sum adductus, ut crederem; eamque suspicionem propter hanc causam credo fuisse, quod Fannius in mediocribus oratoribus habitus esset, oratio autem vel optima esset, illo quidem tempore orationum omnium. Sed nec eiusmodi est, ut a pluribus confusa videatur: (unus enim sonus est totius orationis et idem stilus, nec de Persio reticuisset Gracchus, quum ei¹ Fannius de Menelao Maratheno et de ceteris obiecisset:) praesertim quum Fannius nunquam sit habitus elinguis. Nam et causas defensitavit et tribunatus eius arbitrio et auctoritate P. Africani gestus non obscurus fuit. Alter autem C. Fannius, M. filius, C. Laelii gener, et moribus et ipso genere dicendi durior. Is soceri instituto, (quem, quia cooptatus in augurum collegium non erat, non admodum diligebat, praesertim quum ille

E. 1) et

L. 12. et

omittere soliti sint, an error duntaxat sit Cdd. et Edd. vett., saepissime certe in iis a me repertus. Cfr. infra §. 136. — [estne ista] — estne illa Crat. primus. Herv. Rob. Steph.

[scriptam esse] om. esse Nor. Asc. pr.

§. 100. [a pluribus confusa] In hoc tralato rursus haesit Ern., proponens e pluribus (orationibus), quum sit: „a pluribus oratoribus communiter conscripta, ita ut alius aliam particulam sententiamve in totam orationem conferret:” uti significavit iam Schuetzius.

[quum ei] quum et D. Asc. Cett. Ceterum ei Gruteri est emendatio, non Iac. Gronovii, ut ab Ernestio deceptus dixi in Ed. mai.

[idem stilus] Ern. suspicabatur idem stilum. „stilum iam est apud Victorium.” SCHUETZ. „stilum iam est apud Victorium isque credendus veteres libros Mss. expressisse.” ELLENDT. Quis, quaeso, Victoriana destitutus, Schuetzio atque Ell. hoc pro certo affirmantibus non crederet? Itaque miser olim eis fidem tribui. Nunc tandem nactus et Victorianam Venetam et Rob. Stephanianam sancte profiteri possum nec in contextu Victoriano neque in Castigationibus ullum esse vestigium lect. idem stilum; habent ambae Edd. idem stilus.

§. 101. [quia cooptatus] Cum amico legendum videtur: quia ab eo cooptatus. Cfr. §. 1.

Q. Scaevolam sibi minorem natu generum praetulisset: cui tamen Laelius se excusans non genero minori dixit se illud, sed maiori filiae detulisse:) is tamen, instituto Laelii, Panaetium audiverat. Eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspici potest: quae neque nimis est infans neque perfecte
 102 disertata. Mucius autem augur, quod pro se opus erat, ipse dicebat, ut de pecuniis repetundis contra T. Albu-
 cium. Is oratorum in numero non fuit: iuris civilis intelligentia atque omni prudentiae genere praestitit. L. Caelius Antipater, scriptor (quemadmodum videtis) fuit, ut temporibus illis, luculentus, iuris valde peritus, multorum etiam, ut L. Crassi, magister.

27 Utinam in Ti. Graccho Caioque Carbone talis mens
 103 ad rem publicam bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit! profecto nemo his viris gloria praestitisset. Sed eorum alter propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex invidia foederis Numantini bonis iratus accesserat, ab ipsa re publica est interfectus: alter propter perpetuam in populari ratione levitatem morte voluntaria se a severitate iudicum vindicavit. Sed fuit uterque summus orator: atque hoc memoria patrum teste
 104 dicimus. Nam et Carbonis et Gracchi habemus orationes nondum satis splendoribus verbis, sed acutas prudentiaeque plenissimas. Fuit Gracchus diligentia Corneliae matris

L. 8. quod peropus erat, ipse per se d. (quod opus erat, ipse per se d. Al. pro se d. b.) 23. Atque hoc etiam

§. 102. [pro se] Sic D. — per se Asc. In verbis ipse dicebat haud erat, cur haereret Ellendt. Etenim significant: „nullo patrono nec adiutore utebatur; ipse solus se defendebat:” ut §. 115. Nec vero necesse est scribere cum Schevingio quum opus erat. Si quid mutandum, malim equidem: quoad opus erat, quatenus sufficiebat; verum cfr. §. 108. — quod opus erat, per se ipse dicebat volebat Corr. Vide Ed. mai.

§. 103. [dicimus] — didicimus Ven. Nor. Asc. pr. Crat. Hervag. probb. Schneidero et Leclerquo. Verum haud dicimus, „teste aliquo hoc didici;” deberet esse „ex, ab teste aliquo hoc didici.” Et dicimus habent Gu. uterque, D. Ald. Asc. sec. Victor. Man. Lamb. Recte Ell. Corradi, Schneid. Sch. lectionem Neque hoc refutavit. Dubitanter dumtaxat eam proposuerat Corradus.

a puero doctus et Graecis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos e Graecia magistros, in eis iam adolescens Diophanem Mytilenaeum, Graeciae, temporibus illis, disertissimum. Sed ei¹ breve tempus ingenii augendi et declarandi fuit. Carbo, quoad² vita suppeditavit, est¹⁰⁵ in multis iudiciis causisque cognitus. Hunc qui audierant prudentes homines, in quibus familiaris noster L. Gellius, qui se illi contubernalem in consulatu fuisse narrabat, canorum oratorem et volubilem et satis acrem atque eundem et vehementem et valde dulcem et perfacetum fuisse dicebat: addebat industrium etiam et diligentem et in exercitationibus commentationibusque multum operae solitum esse ponere. Hic optimus illis temporibus est pa-¹⁰⁶tronus habitus, eoque forum tenente plura fieri iudicia coeperunt. Nam et quaestiones perpetuae hoc adolescente constitutae sunt, quae antea nullae fuerunt; (L. enim Piso, tribunus pl., legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio consulibus tulit; ipse etiam Piso et causas egit et multarum legum aut auctor aut dissuasor fuit: isque et orationes reliquit, quae iam evanuerunt, et annales sane exiliter scriptos;) et iudicia populi, quibus aderat Carbo, iam magis patronum desiderabant, tabellâ datâ: quam legem L. Cassius, Lepido et Mancino consulibus, tulit.

Vester etiam D. Brutus, M. filius, ut ex familiari²⁸ eius L. Accio³ poëta sum audire solitus, et dicere non¹⁰⁷

E. 1) sed et 2) quod 3) L. Attio cet.

L. 11. (Fort. dicebant: addebant b.) 26. (L. Attio b.)

§. 104. [*sed ei*] Sic L. in m. 1584. Sch. Ell. pro Cdd. et Cett. *sed et*.

§. 105. [*quoad*] dedi cum Carolo Stephano, Corr. Lamb. Aldo Nep. pro Aldi avi sive vulgato *quod*. — *quo vita* D. Asc. De loci constructione cfr. Krügerum in Seebode *Archiv.* 1. p. 654. Notabilis transpositio in lemmate Corradi recepta ab Aldo Nepote (Manutiana nunc destitutus sum:) *acrem et vehementem atque eundem et valde dulcem* cet. In vulgata compositione sane haerere debemus: nam consentaneum est, ut iungantur vv. *acer et vehemens* ut §. 107. §. 113. cet., unde alii apud Corr. satis infeliciter *clementem* legebant pro *vehementem*. Nihil autem opus conii. in marg. 1584. *dicebant: addebant*.

inculte solebat et erat quum literis Latinis tum etiam Graecis, ut temporibus illis, eruditus. Quae tribuebat idem Accius etiam Q. Maximo, L. Paulli nepoti: et vero ante Maximum, illum Scipionem, quo duce privato Ti. Gracchus occisus esset, quum omnibus in rebus
 108 vehementem tum acrem aiebat in dicendo fuisse. Tum etiam P. Lentulus ille princeps ad rem publicam dumtaxat quod opus esset satis habuisse eloquentiae dicitur: iisdemque temporibus L. Furius Philus perbene Latine loqui putabatur literatiusque quam ceteri; P. Scaevola valde prudenter et acute, paullo etiam copiosius; nec multo minus prudenter M'. Manilius. Appii Claudii volubilis, sed paullo fervidior erat oratio. In aliquo numero etiam M. Fulvius Flaccus et C. Cato, Africani sororis filius, mediocres oratores; etsi Flacci scripta sunt, sed ut studiosi literarum. Flacci autem aemulus P. Decius fuit, non infans ille quidem, sed ut vita, sic
 109 oratione etiam turbulentus. M. Drusus, C. F., qui in tribunatu C. Gracchum, collegam, iterum tribunum, fregit, vir et oratione gravis et auctoritate, eique pro-

§. 107. [eruditus] Sic etiam D. Victor. ∞ *satis eruditus* Ven. Nor. Asc. Iu. Ald. Crat. Herv. Camer. Lamb. — [Quae tribuebat] ∞ *Quod tribuebat* Cd. Reg. (non D., qui: *quae tribuebat*) Lall. Mox perquam notabilis est lectio Aldi Nepotis *occisus est; cuius ratio eadem prorsus est quae §. 57. tulerit* — *sit* Codicum, *tulit* — *est* Schuetzii; sed quum in oratione ista obliqua Cdd. utrobique coniunctivos servent, hos retinui. Sic in illis Taciti *Ann. 14, 21. maiores quoque non abhorruisse spectaculorum oblectamentis, pro fortuna, quae tum erat, Tullius, ut opinor, scripsisset: quae tum fuisset. Quamquam infra §. 197. Quam ille (Scaevola) multa de auctoritate patris sui, qui semper ius illud esse defenderat? ubi historice, ut ita loquar, Scaevola pater ius illud defendisse dicitur. Aequae recte scribere poterat: defendisset, ex ore Scaevolae filii.*

§. 108. [erat oratio] oratio erat D. — [sed ut studiosi l.] Scheving. p. 24. vult *sed tamen ut st. l.* At vero sententia haec est: „nulla quidem C. Catonis, sed quaedam Flacci scripta etiam nunc habentur; quae quidem eiusmodi sunt, ut quis facile videat ea composita esse a studioso literarum (einem Dilettanten), non ab oratore aliquo perfecto.” In qua sententia, ut a Cic. est expressa, tamen locum non habet.

§. 109. [fregit, vir et oratione] *fecit iure et or.* D. Asc. *fregit* diu ante Corradum iam Victor Pisanus, teste Sylburgio.

xime adiunctus C. Drusus frater fuit. Tuus etiam gentilis, Brute, M. Pennus facile agitavit in tribunatu C. Gracchum, paullum aetate antecedens. Fuit enim M. Lepido et L. Oreste consulibus quaestor Gracchus, tribunus Pennus, illius M. filius, qui cum Q. Aelio consul fuit: sed is omnia summa¹ sperans, aedilicius est mortuus. Nam de T. Flaminio, quem ipse vidi, nihil accepi nisi Latine diligenter locutum.

His² adiuncti sunt C. Curio, M. Scaurus, P. Rutilius, C. Gracchus. De Scauro et Rutilio breviter licet dicere; quorum neuter summi oratoris habuit laudem et uterque in multis causis versatus erat. † In quibusdam laudandis viris, etiam si maximi ingenii non essent, probabilis tamen industria: quamquam iis quidem non omnino ingenium, sed oratorium ingenium defuit. Neque enim refert videre, quid dicendum sit, nisi id queas solute et suaviter dicere. Ne id quidem satis est, nisi id, quod

E. 1) omnia is summa 2) iis

L. 6. omnia is summa 9. Iis 11. Abest quorum. Ib. abest et. 12. versatus. Erat in eis, etiam si maximi ingenii non essent, prob.

[sed is omnia summa] Sic D. Gu. uterq. Nor. Vict. Man. Ald. Nep. Ell. pro sed omnia is summa. Cfr. §. 239. et de Orat. 3, 4, 15.

§. 110. [His] Sic D. Sch. Ell. — iis Cett. — [et uterque] Defendunt hanc lect. (etiam D.) Scheving et Matthiae ad Oratt. sel. p. 229. Scil. del. et Lamb. — at de Ern. suspic. Sch. — etsi Schneideri susp. — versatus erat. In quibusdam laudandis viris, etiam si maximi ingenii non essent, probabilis tamen industria] Sine distinctione Asc. Falso distinguunt Ald. Victor.: versatus. Erat in quibusdam cet. Vitium etiam nunc subesse puto; nam generalis sententia, quam aliquando hic reperire mihi visus eram Ellendtio scribente e Gu. 1. (et D.) his quidem pro iis quidem (Asc.), nunc non suo loco posita videtur. Perspicue autem falsa est Schevingii interpretatio: „viris in quibusdam (rebus) laudandis probabilis fuit industria.” Praeterea pro v. essent in eiusmodi generali sententia requireretur tempus praesens. Quid multa? etsi verba ipsa Ciceronis non praesto, hoc fere in corruptela puto latere: in quibus (Scauro et Rutilio) laudabatur iure, etiam si maximi ingenii non essent, probabilis tamen industria; quamquam iis quidem cet. vir et iure supra §. 109. confusa sunt in Cd. D. fecit iure pro fregit, vir. Laudabatur autem, ut §. 127. Laudabant hunc patres nostri. — versatus. Erat,

411 dicitur, fit¹ voce, vultu motuque conditius. Quid dicam opus esse doctrina? sine qua etiam si quid bene dicitur adiuvente natura, tamen id, quia fortuito fit, semper paratum esse non potest. In Scauri oratione, sapientis hominis et recti, gravitas summa et naturalis quaedam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium
 412 dicere putares, quum pro reo diceret. Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videbatur: ad senatoriam vero sententiam, cuius erat ille princeps, vel maxime; significabat enim non prudentiam solum, sed quod maxime rem continebat, fidem. Habebat hoc a natura ipsa, quod a doctrina non facile posset. Quamquam huius quoque ipsius rei, quemadmodum scis, praecepta sunt. Huius et orationes sunt et tres ad L. Fufidium libri scripti de vita ipsius acta sane utiles; quos nemo legit: at Cyri vitam et disciplinam legunt, praeclaram illam quidem, sed neque tam rebus nostris aptam nec tamen Scauri lau-
 30 dibus anteponendam. Ipse etiam Fufidius in aliquo patro-
 413 norum numero fuit: Rutilius autem in quodam tristi et severo genere dicendi versatus est; et uterque natura vehemens et acer. Itaque quum una consulatum petivissent, non ille solum, qui repulsam tulerat, accusavit ambitus designatum competitorem, sed Scaurus etiam absolutus Rutilium in iudicium vocavit; multaue opera multaue industria Rutilius fuit; quae erat propterea gratior, quod idem magnum munus de iure respondendi

E. 1) sit

L. 1. sit 15. (Fort. ante acta b.) 18. (Al. neque tamen b.)

ut in quibusdam Alii apud Corr. Sed erat a v. versatus diiungi non potest. — [ne id quidem] — nec id q. D. Asc.

[fit conditius] Sic D. O1x. Gu. uterq. Ven. Nor. Victor. — sit Asc. Iu. Ald. Crat. Man. L. Ern. Sch. Ell.

§. 111. [et recti] Solita confusione et tecti Victor. Man. Grut. — [quum pro reo diceret] Haec, quum a Gu. utroque absint, del. Sch. Sed abesse nequeunt et habet D.

§. 112. [scis] Malim scitis. — [acta] apta D. Minime dubitandum erat de vita acta. Cfr. Q. Cic. de pet. cons. C. 13. ex vita acta; ubi haud necessarium est, ut legamus ex vita ante acta. — [rebus nostris] nostris rebus D. Paulo ante at omititur a Nor.

§. 113. [munus de iure respondendi] Lamb. suspicabatur

sustinebat. Sunt eius orationes ieiunae: multa praeclara 114
 de iure: doctus vir et Graecis literis eruditus, Panaetii
 auditor, prope perfectus in Stoicis: quorum peracutum
 et artis plenum orationis genus scis tamen esse exile¹
 nec satis populari assensioni accommodatum. Itaque
 illa, quae propria est huius disciplinae, philosophorum
 de se ipsorum opinio, firma in hoc viro et stabilis in-
 venta est. Qui quum² innocentissimus in iudicium voca- 115
 tus esset, (quo iudicio convulsam penitus scimus esse rem
 publicam,) quum essent eo tempore eloquentissimi viri
 L. Crassus et M. Antonius consulares, eorum adhibere
 neutrum voluit: dixit ipse pro sese, et pauca C. Cotta,
 quod sororis erat filius, et is quidem tamen ut orator,
 quamquam erat admodum adolescens. Sed Q. Mucius
 enucleate ille quidem et polite, ut solebat, nequaquam
 autem ea vi atque copia, quam genus illud iudicii et ma-
 gnitudo causae postulabat. Habemus igitur in Stoicis 116
 oratoribus Rutilium, Scaurum in antiquis: utrumque
 tamen laudemus, quoniam per illos ne haec quidem in
 civitate genera hac oratoria laude caruerunt. Volo enim,
 ut in scena, sic etiam in foro, non eos modo laudari,

E. 1) sed tamen exile 2) Qui quamquam

L. 4. sed tamen exile 7. in hoc uno 8. Qui quamquam

munus iuris r., prorsus ex usu Cic. et cett. scriptorum Lati-
 norum. cfr. Schaeferi, V. C., *Praefat. ad Plinii Epp.* p. xiv.
 H. l. eo probabilior est ea correctio, quod statim recurrunt
 vv. *de iure*.

§. 114. [*multa praeclara*] Ern. volebat: — *multa praeclare*.
 Mihi potius videtur fuisse, *multa et praeclara*, quae constans
 Graecorum et Latinorum meliorum consuetudo saepe oblite-
 rata est. Cfr. §. 124. item §. 272. *multa et firma*.

[*scis tamen esse exile*] Sic Cdd. noti, etiam D. Nor. Asc.
 Rursus e Regiis Lall. Sch. Ell. pro *sed tamen exile* Ald. Iu.
 Victor. Lamb. Ern. — *sed tamen et exile* Corr. Ald. Nepos.
 — *philosophorum de se ipsorum opinio*] Est simpliciter pro
philosophorum ipsorum de se opinio neque eiiciendum cum Ell.
 v. *ipsorum* nec, ut Scheving. fecit, comparari potest Livii 1, 28.
vestrae ipsorum virtuti. Ceterum D. mance: *disciplinae de*
ipsorum op. — [*in hoc viro*] Sic D. Nor. Asc. Victor. Man.
 Ald. Nepos. Ern. Seqq. — *in hoc uno* Oix. Ald. Iu. Crat.
 Lamb.

§. 116. [*sic etiam in foro*] Sic D. Ald. Cett. Edd. ante
 Sch. — om. *etiam* Nor. Asc. Sch. Ell. (*etiam* sic statim re-

qui celeri motu et difficili utantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas, non molesta.

31 Et quoniam Stoicorum est facta mentio, Q. Aelius
 417 Tubero fuit illo tempore, L. Paulli nepos, nullo in oratorum numero, sed vita severus et congruens cum ea disciplina, quam colebat: paullo etiam durior; qui quidem in triumviratu iudicaverit contra P. Africani, avunculi sui, testimonium, vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere: sed ut vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Itaque honoribus maiorum respondere non potuit. Fuit autem constans civis et fortis et in primis Graccho molestus, quod indicat Gracchi in eum oratio. Sunt etiam in Gracchum Tuberonis. Is fuit mediocris in dicendo, doctissimus in disputando. Tum Brutus: Quam hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Graecis! ut omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo sint et id arte faciant sintque architecti paene verborum, iidem traducti a disputando ad dicendum inopes reperiantur. Unum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem: quam exiguam in Fannio, ne in Rutilio quidem magnam, in Tuberone nullam video fuisse. Et
 419 ego, Non, inquam, Brute, sine causa, propterea quod istorum in dialecticis omnis cura consumitur, vagum illud orationis et fusum et multiplex non adhibetur genus. Tuus autem avunculus, quemadmodum scis, habet a Stoicis id, quod ab illis petendum fuit: sed dicere didicit a dicendi magistris eorumque more se exercuit. Quod
 420 si omnia a philosophis essent petenda, Peripateticorum institutis commodius fingeretur oratio. Quo magis tuum,

petitum habes etiam §. 135.) — [*non molesta*] Ern. pravam suspicionem *non molestia* praecepit Cd. Gu. 2.

§. 117. [*in triumviratu*] Schuetzii susp. *in tribunatu* haud immerito probat Ell.

§. 118. [*arte faciant*] — *cum arte* Ell. susp. Recte tamen se habet vulgata: est *διὰ τῆς τέχνης λογικῆς*, non vero *σὺν τῇ τέχνῃ, τεχνικῶς*.

Brute, iudicium probo, qui eorum, id est, ex vetere Academia, philosophorum sectam secutus es, quorum in doctrina atque praeceptis disserendi ratio coniungitur cum suavitate dicendi et copia: quamquam ea ipsa Peripateticorum Academicorumque consuetudo in ratione dicendi talis est, ut nec perficere oratorem possit ipsa per sese nec sine ea orator esse perfectus. Nam, ut Stoicorum adstrictior est oratio aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt: sic illorum liberior et latior, quam patitur consuetudo iudiciorum et fori. Quis enim 121
uberior in dicendo Platone? Iovem sic aiunt philosophi, si Graece loquatur, loqui¹. Quis Aristotele nervosior, Theophrasto dulcior? Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur: idque apparet ex genere et granditate verborum. Dicit etiam in quadam epistola hoc ipse de sese. Sed et huius oratio in philo-

E. 1) Iovem aiunt ph., si Gr. l., sic l.

L. 12. Iovem aiunt ph., si Gr. l., sic l. (Al. Iovem si quidem aiunt - - sic loqui b.)

§. 120. [*id est, ex vetere Academia*] Haec del. censuit Lamb. Ern. [.]. Del. Sch. Ell. Defendit Goerenz *ad Finn.* 5, 3, 7. nec prorsus supervacanea sunt vv., quamvis statim sequatur *Peripateticorum Academicorumque consuetudo*. Omnino, quae in hoc libro ab omnibus Cdd. adhuc notis firmata sunt, cautius in suspicionem *νοθέλας* sunt vocanda.

[*latior*] Scheving coniecit *laxior*. Firmat V. D. in *Annal. lit. Heid.* 1826. pag. 281. comparato l. *de Orat.* 1, 60, 254. BEIER; qui recepit *laxior* in suo exemplari. Ell. volebat *laetior*. Sane, si quid mutandum, praestet Schevingii ratio.

§. 121. [*Iovem sic aiunt philosophi - - loqui*] Hanc Cd. Cuiaciani, non, ut ait Ellendt, Cuiacii, lectionem cum Sch. et Ellentio etiamnunc veram puto. Eandem e conii. sua proposuerat iam Corradus. — *Iovem sicut aiunt ph. - - loqui* D. *Iovem sicut aiunt ph. - - sic loqui* Asc. prima, Crat.; quam lectionem vindicandam suscepit Krüger in Seebode *Archiv.* 1. p. 660. Asc. sec. et Margo Lamb. habent: *Iovem siquidem aiunt ph. - - sic loqui*; verum particc. *siquidem, etenim, namque* apud Cic. nondum postponuntur, ut apud Tacitum v. c. Ceterum cfr. Matthiae *de anacol.* in Wolfii *Analect. lit.* Vol. 2. p. 9. Lamb. et Ern. lectio est a Rivio. Corradus in contextu, Aldus Nepos: — *Iovem sic, ut aiunt ph. - - loqui*. Vide Ed. mai.

[*ex genere*] Olivetus (et Oxon. Ed.) unde habeat in genere nondum constat. Videtur error typogr. Pro *videtur* Ern. volebat *videatur*. Haud male.

sophiam translata pugnacior (ut ita dicam) videtur, et illorum in iudicia, pacatior.

32 Nunc reliquorum oratorum aetates, si placet, et gra-
 122 dus persequamur. Nobis vero, inquit Atticus, et vehe-
 menter quidem, ut pro Bruto etiam respondeam. Curio
 fuit igitur eiusdem aetatis fere, sane illustris orator,
 cuius de ingenio ex orationibus eius existimari potest.
 Sunt enim et aliae et pro Ser. Fulvio de incestu nobilis
 oratio. Nobis quidem pueris haec¹ omnium optima pu-
 tabatur, quae vix iam comparet in hac turba novorum
 123 voluminum. Praeclare, inquit Brutus, teneo, qui istam
 turbam voluminum effecerit. Et ego, inquam, intelligo,
 Brute, quem dicas; certe enim et boni aliqui ad attulimus
 iuventuti, magnificentius, quam fuerat, genus dicendi et
 ornatus: et nocuimus fortasse, quod veteres orationes
 post nostras, non a me quidem (meis enim illas ante-
 pono), sed a plerisque legi sunt desitae. Numera², in-
 124 quit, me in plerisque: quamquam video mihi multa
 legenda iam te auctore, quae antea contemnebam. Atqui
 haec, inquam, de incestu laudata oratio puerilis est locis
 multis: de amore, de tormentis, de rumore loci sane

E. 1) *Abest haec* 2) *Enumera*

L. 17. *Enumera*

§. 122. [*eiusdem aetatis fere*] = *e. fere aetatis* Corr. Aldus Nepos. Sed cfr. §. 129. *temporibus iisdem fere*.

[*ex orationibus eius*] om. *eius* Asc.; id quod multis placebit. Verum similiter post *operibus* excidit *eius* §. 126. in Gu. I. adstipulante Schuetzio; recte vero haud sequente Ellentio.

[*haec omnium*] Firmant hanc lect. D. Asc. utraque. Ald. Victor. Ald. Nepos, Oliv., ita ut ex Repet. Lamb. Grut. Ern. Schuetz. Ellentio casu dumtaxat excidisse videatur *haec*.

[*novorum voluminum*] = *voluminum novorum* D.

§. 123. [*effecerit*] *effecerat* D.

[*Et ego, inquam, intelligo*] Rectissime Schuetzium haec ordinanda censuit sic: *et ego, Intelligo, inquam*; eadem orationis formâ, qua §. 119. *Et ego, Non, inquam*. §. 151. *Et ego, De me, inquam*. Verbum autem *inquam, inquit* saepe a librariis est transpositum v. c. infra §. 153.

[*Numera*] *Enumera* D. Asc.; quae vulgata lectio mansit usque ad Ern. — Sch. haud male *annumera*; cfr. §. 207. Ell. praetulit Ern. susp. *numera*, ut est §. 315.

inanes, verumtamen nondum tritis nostrorum hominum auribus nec erudita civitate tolerabiles. Scripsit etiam alia nonnulla et multa dixit et illustria et in numero patronorum fuit, ut eum mirer, quum et vita suppeditasset et splendor ei non defuisset, consulem non fuisse. Sed ecce in manibus vir et praestantissimo ingenio et ³³ flagranti studio et doctus a puero, C. Gracchus. Noli ¹²⁵ enim putare, quemquam, Brute, pleniorum et uberiorum ad dicendum fuisse. Et ille, Sic prorsus, inquit, existimo atque istum de superioribus paene solum lego. Immo plane, inquam, Brute, legas censeo. Damnum enim illius immaturo interitu res Romanae Latinaeque literae fecerunt. Utinam non tam fratri pietatem quam patriae ¹²⁶ praestare voluisset! Quam ille facile tali ingenio, diutius si vixisset, vel paternam esset vel avitam gloriam consecutus! Eloquentiâ quidem nescio an habuisset parem neminem. Grandis est verbis, sapiens sententiis, genere toto gravis: manus extrema non accessit operibus eius: praeclare inchoata multa, perfecta non plane. Legendus, inquam, est hic orator, Brute, si quisquam alius, iuventuti. Non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest.

L. 5. (*suppeditasset* b.)

§. 124. [*et illustria*] *et illustris* Ven. Nor. Asc.; quae si vera esset lectio, (ut sane §. 122. *Curio — illustris orator.*) *multa dixit* utique mutandum esset in *multum dixit cum* Schuetzio et Ell., ut fere §. 128. Sed *multa et illustria* vere Latinum est pro recentiorum *multa illustria*. Temere igitur Ell. del. vv. *et illustria*: nec probanda Schneideri coniectura a Schuetzio recepta: *et illustrium in numero*.

§. 125. [*et uberiorum*] ∞ *aut ub.* Cdd. aliq. Nor. Asc. Vict. Cam. E D. nihil mihi notatur. *et* habet iam Aldus avus. Mox: *sic prorsus, inquit, sic existimo* Ald. Asc. sec. Crat. Herv.

§. 126. [*nescio an habuisset parem neminem*] Cfr. Hand *Tursell.* 1. p. 323.

[*Legendus, inquam*] Equidem, ut in hac formula plerumque geminatur verbum, leg. censeo: *Legendus, legendus, inquam*. Saepissime scilicet in Cdd. negligentius scriptis alterum excidit; hic autem, si rem ad vivum resecaamus, uno cum codice nobis res est.

127 Huic successit aetati C. Galba, Servii illius eloquentissimi viri filius, P. Crassi eloquentis et iurisperiti gener. Laudabant hunc patres nostri, favebant etiam propter patris memoriam, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Mamilia, Iugurthinae coniurationis invidiâ, quum pro sese ipse dixisset, oppressus est. Exstat eius peroratio, qui epilogus dicitur: qui tanto in honore, pueris nobis, erat, ut eum etiam edisceremus. Hic, qui in collegio sacerdotum esset, primus post Romam conditam iudicio
 34 publico est condemnatus. P. Scipio, qui est in consulatu
 128 mortuus, non multum ille quidem nec saepe dicebat, sed et Latine loquendo cuius erat par et omnes sale facetiisque superabat. Eius collega L. Bestia bonis initiis orsus tribunatus, (nam P. Popillium vi C. Gracchi expulsam sua rogatione restituit,) vir et acer et non indisertus, tristes exitus habuit consulatus. Nam invidiosa lege Mamilia quaestione¹ C. Galbam sacerdotem et quattuor consulares, L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum civemque praestantissimum L. Opimium, Gracchi interfectorem, a populo absolutum, quum is contra populi studium stetit, Gracchani iudices sustulerunt. Huius dissimilis in
 129 tribunatu reliquaque omni vita, civis improbus, C. Lici-

E. 1) [quaestio]

L. 1. P. Galba 16. habuit exitus 17. Abest quaestione

§. 127. [C. Galba] P. Galba D. Nor. Asc. Victor. Stephani. Lamb. „Male; nam supra quoque (§. 98. et de Orat. 1, §. 239.) Caius appellatur.” CORRAD.

[Mamilia] — Manilia D. Asc.

[edisceremus] Hanc lectionem firmant D. Asc. *disceremus* error est Repetit. Lamb. 1584. et Grut.; ex istis autem infelicissimis Repetit, Lamb. plura eiusmodi usque ad nos propagata sunt.

§. 128. [exitus habuit] = habuit exitus D. Gu. 1. Lamb.

[Mamilia quaestione] Manilia quaestio D. Nor. Asc. Iu. Ald. 1524. Cratand. Victor. Grut. Vocabulum quaestio [] Ernest. Ellendt. Sed rectissime se habet lectio Manut. Corr. Aldi Nep. et Sch. Construe: *invidiosa quaestione lege Mamilia*, id est, „invidiosa quaestione constituta s. habita ex lege M.” cfr. ad Attic. 5, 16. *quod lege Iulia dari solet*, ubi alii frustra *de lege*, alii paullo melius *e lege*. Ceterum quaestione deleverunt nescio qua auctoritate Rob. et Carolus Stephani, Lamb. Lall.

nus Nerva non indisertus fuit. C. Fimbria temporibus iisdem fere, sed longius aetate provector, habitus est sane (ut ita dicam) truculentus¹, asper, maledicus, genere toto paullo fervidior atque commotior: diligentia tamen et virtute animi atque vita bonus auctor in senatu. Idem tolerabilis patronus nec rudis in iure civili et quum virtute tum etiam ipso orationis genere liber: cuius orationes pueri legebamus, quas iam reperire vix possumus. Atque etiam ingenio et sermone eleganti, valetudine in- 130 commoda, C. Sextius Calvinus fuit: qui etsi, quum remiserant dolores pedum, non deerat in causis, tamen id non saepe faciebat. Itaque consilio eius, quum volebant, homines utebantur: patrocinio, quum licebat. Iisdem temporibus M. Brutus, in quo magnum fuit, Brute, dedecus generi vestro, qui, quum tanto nomine esset patremque optimum virum habuisset et iuris peritissimum, accusationem factitaverit, ut Athenis Lycurgus. Is magistratus non petivit, sed fuit accusator vehemens et molestus, ut facile cerneret naturale quoddam stirpis bonum degeneravisse vitio depravatae voluntatis. Atque eodem tem- 131 pore accusator de plebe L. Caesulenus fuit, quem ego audivi iam senem, quum ab L. Sabellio multam lege

E. 1) luculentus patronus

L. 3. luculentus patronus

§. 129. [*truculentus, asper*] *luculentus patronus, asper* A. B. C. D. Asc. — „Vir D. in *Annal. lit. Heidelb.* 1826. probat Schevingii coni. *luculentus accusator, asper*. Contra Ernest. coni. *truculentus* ea fortasse comprobant, quae dicuntur §. 233. *C. Fimbria* — „ita furebat cet.” BEIER. Eandem recepi cum Ell. — *truculentus accusator* Sch. coni. Sed *patronus* errore e seqq. h. l. praeceptum videtur.

§. 130. [*Sextius*] = *Sestius* Corr.

[*dedecus generi vestro*] Sic ante Ald. emendatum est iam in Cd. B. superscr. syllaba de perversae lectioni *decus generi vestro* (Asc.) — *genus generi vestro* C. — *genus generi nostro* A. D. *vulnus* Ed. Rom. Schuetz. *dedecus iniustum generi* Lamb. susp. non. recepta.

§. 131. [*L. Caesulenus*] Sic D. Nor. Asc. L. Seqq. — *Caesidienus* Ald. Man., unde Ursinus faciebat: *Caesidienus*,

[*audivi iam*] = *iam audivi* D.

Aquila damni iniuria¹ petivisset. Non fecissem hominis
 paene infimi mentionem, nisi iudicarem, qui suspiciosius
 35 aut crimosius diceret, audivisse me neminem. Doctus
 etiam Graecis T. Albius vel potius paene Graecus.
 Loquor, ut opinor: sed licet ex orationibus iudicare.
 Fuit autem Athenis adolescens: perfectus Epicureus eva-
 serat, minime aptum ad dicendum genus.

132 Iam Q. Catulus, non antiquo illo more, sed hoc
 nostro (nisi quid fieri potest perfectius) eruditus. Multae

E. 1) Aquilia de iustitia

L. 1. Aquilia de iniuria (Al. de damno iniuriato b.) 8. Iamque
 Q. Catulus

[lege Aquilia damni iniuria] l. Aquilia de iustitia D. Asc.,
 quae Cdd. notorum est lectio. Memorabilis ad h. l. est Syl-
 burgii annotatio: „Victor Pisanus de iustitia in omnibus fere
 libris, quos ipse vidit, sed perperam legi ante Manutium
 dixit, et vel de iniustitia vel de iniuria, (quam lect. receperunt
 post Man. Lamb. etiam Sch. Ell.) quod magis probabat,
 legendum sibi videri: legem enim Aquiliam potissimum de
 iniuria esse locutam vel ex Ulpiano *Lib. 9. Tit. 2. Digestorum*
 cognosci. Manutius de iniuria eumque secutus Lambinus.
 Ant. Augustinus legem, qua de hîc mentio sit, eandem non
 putat esse cum notissima illa lege Aquilia damni iniuria dati:
 sed excipit, nisi mendum in verbis Ciceronis sit, quod ego
 verius puto.” — In re incerta ego receperam Hotomani
 coni., quae certe foedo mendo Ciceronem liberare videbatur:
 nunquam enim is h. l. scribere poterat nec de iustitia nec
 de iniustitia nec de iniuria; quae omnia aequè repugnant
 Ictorum sermoni. Nunc id solum annoto, aequè recte legi
 posse lege Aquilia de damno. cfr. *pro Tullio* §. 9. *quum sciret*
de damno legem esse Aquiliam. Gaius, 3, 202. *Per legem*
Aquiliam, quae de damno lata est, etiam culpa punitur. Sed
 fortasse conflictamur cum misera et ridicula interpolatione:
 fac enim Ciceronem tantummodo scripsisse; lege Aquilia peti-
 visset, facile explicandi causa Italus inserere poterat barbaro
 sermone petivisset scil. de iustitia, suo sermone recte supplens
 dalla *giustizia* i. e. a iudicibus. Omnino h. l. vix necesse
 erat, ut mentione legis Aquiliae notissimae iniecta adderetur
 vel de damno vel damni iniuria. Ceterum de formula *damni*
iniuria, non damni iniuriae cfr. Garaton. *ad Rosc. Com.* c. 11.
 p. 298. Neap. Cfr. Quintil. *Declam.* 385, p. 375. *Pith.: DAMNI*
INIVRIA DATI SIT ACTIO.

[audivisse] = audisse Asc.

[loquor] — loquar D. Asc.

§. 132. [Iam Q. Catulus] Sic Victor. Ern. Seqq. *Itaque*
Catullus A. B. D. — *Iamque* Q. Catulus C. Nor. Asc. Iu. Crat.
 Lamb. Ald. Nepos.

literae, summa non vitae solum atque naturae, sed orationis etiam comitas, incorrupta quaedam Latini sermonis integritas: quae perspicitur quum ex orationibus eius potest tum facillime ex eo libro, quem de consulatu et de rebus gestis suis conscriptum molli et Xenophonteo genere sermonis misit ad A. Furium poetam, familiarem suum: qui liber nihilo notior est quam illi tres, de quibus ante dixi, Scauri libri. Tum Brutus: Mihi quidem nec iste notus est nec illi: sed haec mea culpa est. Nunquam enim in manus inciderunt; nunc autem et a te sumam et conquiram ista posthac curiosius. Fuit igitur in Catulo sermo Latinus: quae laus dicendi non medioeris ab oratoribus plerisque neglecta est. Nam de sono vocis et suavitate appellandarum literarum, quoniam filium cognovisti, noli exspectare quid dicam. Quamquam filius quidem non fuit in oratorum numero, sed non deerat ei tamen in sententia dicenda quum prudentia tum elegans quoddam et eruditum orationis genus. Nec habitus est tamen pater ipse Catulus princeps in numero patronorum: sed erat talis, ut, quum quosdam audires, qui tum erant praestantes, videretur esse inferior: quum autem ipsum audires sine comparatione, non modo contentus esses, sed melius non quaereres. Q. Metellus Numidicus et eius collega M. Silanus dicebant de re pu-

L. 9. *sed nec mea* 12. *laus in dicendo* 23. *non modo eo contentus*

[*Xenophonteo*] — *Xenophonteio* Asc. Victor. *Xenophontio* Ald. Nepos.

§. 133. [*mihī quidem*] *mihī quidem* inquit D.

[*sed haec mea*] Ellendt Aldinae tribuit *sed nec mea*; mea certe Aldina 1521. habet *haec*. Mera est Rivii coniectura recepta a Man. Aldo Nep. Lamb. Sch., quam recte reiicit Ellendt. Scilicet Bruti culpa quaedam in eo erat, quod ista non conquisierat studiosius. — [*dicendi*] — *in dicendo* e gloss. Ed. Rom. prob. Rivio, Lamb. Sch.

[*filius quidem*] — om. *quidem* Asc.

[*sed non deerat ei tamen*] *sed*, sine causa, ut opinor, delendum censuit Scheving.

§. 134. [*ut quum quosdam*] — *quum is quosdam* Gu. 1. D. eodem errore; unde tamen de Schneid. coniectura Sch.: — *ut si cum iis audires*. Lamb. solius lectio non modo eo contentus caret adhuc auctoritate.

blica quod esset illis viris et consulari dignitati satis. M. Aurelius Scaurus non saepe dicebat, sed polite: Latine vero in primis est eleganter locutus. Quae laus eadem in A. Albino bene loquendi fuit. Nam flamen Albinus etiam in numero est habitus disertorum. Q. etiam Caepio, vir acer et fortis, cui fortuna belli crimini, in-
 36 vidia populi calamitati fuit. Tum etiam C. et L. Mem-
 436 mii fuerunt oratores mediocres, accusatores acres atque acerbi. Itaque in iudicium capitis multos vocaverunt, pro reis non saepe dixerunt. Sp. Thorius satis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitiosa et inutili lege vectigali levavit. M. Marcellus, Aesernini-pater, non ille quidem in patronis, sed et in promptis tamen et non inexercitatis ad dicendum fuit, ut filius
 437 eius, P. Lentulus. L. etiam Cotta, praetorius, in mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processerat, sed de industria quum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico persequebatur¹ atque imitabatur antiquitatem.

Atque ego et in hoc ipso Cotta et in aliis pluribus intelligo me non ita disertos homines et retulisse in oratorum numerum et relaturum. Est enim propositum colligere eos, qui hoc munere in civitate functi sint, ut tenerent oratorum locum: quorum quidem quae fuerit ascensio et quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio, ex eo, quod dicam, existimari

E. 1) *prosequebatur*

L. 22. (Fort. *Est enim mihi p. b.*)

§. 136. [*C. et L. Memmii*] — *C. L. Memmii* Ald. Asc. sec. Victor.

[*sed et in pr.*] — om. et Nor. Sch. Ell. Contra et retinent D. Asc. utraque.

§. 137. [*persequebatur*] Sic D. Gu. 2. Man. L. Ald. Nepos. Sch. — *prosequebatur* Nor. Asc. Ald. Crat. Vict. Ern. Ell. — *subsequebatur* Gu. 1. Sch. in Ed. mai.

[*functi sint*] Sic D. Ald. Victor. Cett. ante Sch. — *functi sunt* Nor. Asc. Sch. Ell. — [*ascensio*] Riv. Victor. Seqq. — *assensio* D. Edd. meae ante Victor. Ad rem cfr. Frontonem p. 235. Ed. Rom., ubi hunc librum mire *Oratorem* vocat pro *Bruto*.

potest. Quam multi enim iam oratores commemorati 138 sunt et quam diu in eorum enumeratione versamur, quum tamen spisse atque vix, ut dudum ad Demosthenem et Hyperidem, sic nunc ad Antonium Crassumque pervenimus! Nam ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos et in his primum cum Graecorum gloria Latine dicendi copiam aequatam. Omnia veniebant Antonio in 37 mentem; eaque suo quaeque loco, ubi plurimum proficere 139 et valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura, sic ab illo in maxime opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio. Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, ut iudices, illo dicente, nonnunquam viderentur non satis parati ad cavendum fuisse. Verba ipsa, non illa quidem elegantis- 140 simo sermone: (itaque diligenter loquendi laude caruit neque tamen est admodum inquinata locutus:) sed illa, quae proprie laus oratoris est in verbis: (nam ipsum Latine loqui, est illud quidem, ut paullo ante dixi, in magna laude ponendum: sed non tam sua sponte, quam quod est a plerisque neglectum; non enim tam praeclarum est scire Latine quam turpe nescire: neque tam id mihi oratoris boni quam civis Romani proprium videtur:) sed tamen Antonius in verbis et eligendis (neque id ipsum tam leporis causa quam ponderis) et collocandis et comprehensione devinciendis nihil non ad rationem et tamquam ad artem dirigebat; verum multo magis hoc idem in sententiarum ornamentis et conformationibus. Quo 141 genere quia praestat omnibus Demosthenes, idcirco a

L. 18. *propria*

§. 138. [*quum tamen spisse*] vel *tamen* delendum, vel, (id quod longe peius esset) *quum tandem* leg. existimavit Scheving. Mutandi tam perspicuam sententiam nullam video causam.

§. 140. [*elegantissimo*] *eloquentissimo* Floridus Sabinus in Gruteri *Thesauro* I. p. 1086.

[*in verbis*] breviter h. l. dictum pro eo, quod mox dicitur *in verbis et eligendis et collocandis*, minime in suspensionem vocandum erat Ellendtio. Lambini lectionem *propria* alibi nondum reperi.

doctis oratorum est princeps iudicatus. *Σχήματα* enim quae vocant Graeci, ea maxime ornant orationem¹; eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quam in
 38 illuminandis sentiētiis. Sed quum haec magna in Antōnio, tum actio singularis: quae si partienda est in gestum atque vocem, gestus erat non verba exprimens, sed cum sentiētiis congruens, manus, humeri, latera, supplōsio pedis, status, incessus omnisque motus; cum verbis sentiētiisque vox² permanens, verum subrauca naturā. Sed
 442 hoc vitium huic uni in bonum convertebat. Habebat enim flebile quiddam in questionibus aptumque quum ad

E. 1) oratorem 2) motus cum verbis sentiētiisque consentiens: vox

L. 2. oratorem 9. motus cum verbis s. consentiens: vox 10. vertebat 11. conquestionibus

§. 144. [*orationem*] Sic D. firmans ingeniosam Laub. suspicionem. Ceteri *oratorem*. Nostram lectionem, quam in multis Edd. exstare dicit Schuetz, equidem in nulla vidi; sed rectior videtur, collata etiam §. 69.

[*sentiētiisque consentiens*] om. *consentiens* Asc.; quae omissio vix fortuita, sed e codice aliquo ducta, viam aperit ad emendandum locum difficillimum, cui frustra mederi conati sunt Schuetz, Scheving, Ellendt certatim vel mutantēs (scil. *cum rebus* Sch. Ell. pro *cum verbis*) vel resecantes verba sibi molesta vel transponentes, quod plerumque fallacissimum est corrigendi genus. Scil. nunc interpunctio dumtaxat rectius constituenda sic erat: *gestus erat non verba exprimens, sed cum sentiētiis congruens, manus, humeri, latera, supplōsio pedis, status, incessus omnisque motus: cum verbis sentiētiisque vox permanens, verum subrauca naturā.* »Vox permanens cum verbis sentiētiisque” est ea, quae in recte exprimendis singulis et verbis et sentiētiis oratorem nunquam deficit. Inconcinnius autem in vulgata, ut de ceteris taceam, *vox permanens* absolute dicitur. Recte vero construi *permanere cum aliquo* patet ex Ovidii loco a Forcellino allato: *Trist.* 4, 10, 73. *mecum seros permansit in annos.* Semel vero quum verba *cum verbis sentiētiisque* prava distinctione distracta essent a vv. *vox permanens*, vix aliter fieri poterat, quam ut inculcassetur v. *consentiens*, cuius perversitatem recte demonstravit Ellendt.

[*convertebat*] Sic, non *convertebatur*, ut dedit Man., qui tamen in Annot. recte nostram lect. vindicat; D. Asc. cfr. Garatonium *Oratt.* Cic. Vol. VII. p. IX.; nec vero necessarium erat Lambini *vertebat*: etsi hoc frequentius. cfr. Tacit. *Annal.* 13, 37.

§. 142. [*questionibus*] Sic omnes a me recens consulti, etiam D. (nisi quod Cratand. Victorius, Corr., Aldus Nepos

fidem faciendam, tum ad misericordiam commovendam: ut verum videretur in hoc illud, quod Demosthenem ferunt ei, qui quaesivisset, quid primum esset in dicendo, actionem; quid secundum, idem et idem tertium respondisse. Nulla res magis penetrat in animos eosque fingit, format, flectit talesque oratores videri facit, quales ipsi se videri volunt.

Huic alii parem esse dicebant, alii anteponebant ¹⁴³ L. Crassum. Illud quidem certe omnes ita iudicabant, neminem esse, qui horum alterutro patrono cuiusquam ingenium requireret. Equidem, quamquam Antonio tantum tribuo, quantum supra dixi, tamen Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius. Erat summa gravitas; erat cum gravitate iunctus facetiarum et urbanitatis oratorius, non scurrilis, lepos; Latine loquendi accurata et sine molestia diligens elegantia; in disserendo mira explicatio; quum de iure civili, quum de aequo et bono disputaretur, argumentorum et similitudinum copia. Nam, ³⁹ ut Antonius coniectura movenda aut sedanda suspicione ¹⁴⁴ aut excitanda incredibilem vim habebat, sic in interpretando, in definiendo, in explicanda aequitate nihil erat Crasso copiosius: idque quum saepe alias, tum apud centumviros in M'. Curii causa cognitum est. Ita enim ¹⁴⁵ multa tum contra scriptum pro aequo et bono dixit, ut hominem acutissimum, Q. Scaevolam, et in iure, in quo illa causa vertebatur, paratissimum obrueret argumento-

L. 25. et in iure, quo (et in iure, in quo L. b.) 26. peritissimum

peius etiam: *quaestionibus*;) vocabulo nondum in Lexica relato, quod equidem non possum agnoscere. Cfr. quae denuo notavi ad *Oratoris* §. 135. Leg. igitur cum Lamb. *conquestionibus*, quod probavit etiam Brutus Florentinus: „Certe in *questionibus* ferri non potest; *questio* autem pro *questu* in usu, quod sciam, est apud neminem” Ortum scilicet est voc. e compendio: *cquestionibus*. Similiter Verr. 2, 4. §. 1. *quin quaesierit* olim legebatur pro *quin conquisierit*. — Pro *fingit* Purgoldus volebat *tangit*, pro *volunt* Ern. *velint*.

§. 143. [*mira explicatio*] = *explicatio mira* D.

§. 145. [*vertebatur*] *versabatur* Asc. (non D.) Sed id ex alio Cd. Regio, (item Ven. Nor.) recepit Lall. — *peritissimum* pro *paratissimum* habent uterque Stephanus et Lamb.

rum exemplorumque copia: atque ita tum ab his patris aequalibus et iam¹ consularibus causa illa dicta est, quum uterque ex contraria parte ius civile defenderet, ut eloquentium iurisperitissimus Crassus, iurisperorum eloquentissimus Scaevola putaretur: qui quidem quum peracutus esset ad excogitandum, quid in iure aut in aequo verum aut esset aut non esset, tum verbis erat ad
 146 rem cum summa brevitate mirabiliter aptus. Quare sit nobis orator in hoc interpretandi, explanandi, edisserendi² genere mirabilis, sic ut simile nihil viderim: in augendo, in ornando, in refellendo magis existimator
 40 metuendus, quam admirandus orator. Verum ad Cras-
 147 sum revertamur. Tum Brutus, Etsi satis, inquit, mihi videbar habere cognitum Scaevolam ex iis rebus, quas audiebam saepe ex C. Rutilio, † quo utebatur propter familiaritatem Scaevolae nostri, tamen ista mihi eius dicendi tanta laus nota non erat. Itaque cepi voluptatem tam ornatum virum tamque excellens ingenium fuisse in
 148 nostra re publica. Hic ego, Noli, inquam, Brute, existimare, his duobus quidquam fuisse in nostra civitate

E. 1) etiam 2) explanandique et disserendi

L. 2. etiam 9. explanandique et disserendi

[et iam consul] coni. dedi pro Cett.: etiam cons.

[ex contraria parte ius civile] — ius c. ex c. p. Nor. Asc.

§. 146. [explanandi, edisserendi] Sic D. Gu. 1. 2. — explicandi, edisserendi Nor. Asc. — explanandique et disserendi satis languide Cett. Pro admirandus D.: — admirabilis.

§. 147. [habere] haberi D. Asc. pr. Ald. Victor. Emendatum est vitium in Asc. sec. Crat.

[quo utebatur cet.] Sic etiam B. C. D. In Cd. A. omituntur casu verba Scaevolae nostri usque ad tam ornatum. De Ellendtii suspicione (Rutilio: qui, qua utebatur familiaritate Scaevolae, nostri:) recte iudicavit Elberling Obs. critt. ad Caesarem p. 99. Nova accedit Frotzcheri coni. ad Quintil. X. p. 13. qua utebatur familiaritate Scaevolae nostri; in qua tamen audacter eiicitur propter, neque vero explicavit, quem intellexerit „Scaevolam nostrum.” Quod si non minus temeraria visa erit prior mea suspicio quo utebar propter familiaritatem avunculi (— nostri enim qui omittat, nondum novi praeter nescio quos a Corrado memoratos) — minore mutatione licet legas: quo utebar propter familiaritatem Scaevolae nostri, atque accipias de Q. Mucio Scaevola Q. F. Q. N. tribuno pl., Ahe-

praestantius. Nam, ut paullo ante dixi consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse, sic in reliquis rebus ita dissimiles erant inter sese, statuere ut tamen non posses, utrius te malles similiorem. Crassus erat elegantium parcissimus, Scaevola parcorum elegantissimus: Crassus in summa comitate habebat etiam severitatis satis, Scaevolae multa in severitate non deerat tamen comitas. Licet omnia hoc modo: sed vereor, ne ¹⁴⁹ fingi videantur haec, ut dicantur a me quodam modo; res se tamen sic habet. Quum omnis virtus sit, ut vestra, Brute, vetus Academia dixit, mediocritas, uterque horum medium quiddam volebat sequi: sed ita cadebat, ut alter ex alterius laude partem, uterque autem suam totam haberet. Tum Brutus, Quum ex tua oratione mihi ¹⁵⁰ videor, inquit, bene Crassum et Scaevolam cognovisse, tum de te et de Ser. Sulpicio cogitans esse quandam vobis cum illis similitudinem iudico. Quonam, inquam, istuc modo? Quia mihi et tu videris, inquit, tantum iuris civilis scire voluisse, quantum satis esset oratori; et Servius eloquentiae tantum assumpsisse, ut ius civile facile posset¹ tueri; aetatesque vestrae, ut illorum, nihil aut non fere multum differunt. Et ego, De me, inquam, ⁴¹ dicere nihil est necesse: de Servio autem et tu probe ¹⁵¹

E. 1) possit

L. 1. (Al. *Nam quum constet, ut*) 9. *quodammodo* 21. *possit* (Ut nos, b.)

nobarbo et Appio Pulchro Coss., Bruti ferme aequali. Nec est, cur haereamus in discrepantia numeri *utebar* — *nostri*; qua nihil est frequentius: v. c. *ad Attic.* 4, 16, 15. *ad quas tempora te exspectemus, facias me certiozem*; ubi interpolatores: *exspectem*.

§. 148. [*Nam ut paullo ante dixi*] Hanc anacoluthi speciem haud ferens Editor Asc. sec. in margine interpolavit: *Nam quum constet, ut paullo ante d.*; quam lect. memorat Marg. 1584.

§. 149. [*quodam modo*] Buttmannus in *N. A. S. L. I. I.* p. 45. coni. *commode*; quae commoda sane interpretatio est. Sed cfr. *de Orat.* 3, 10, 37. BEIER. Cfr. Walch *Emendd. Liv.* p. 48.

[*vestra, Brute*] — *nostra, Br. D.*, ut Gu. uterque. Falso: v. Ellendt.

[*posset*] Recepi cum Cd. Reg. D. Marg. 1584. et Ell. pro *possit*.

dicis et ego dicam, quod sentio. Non enim facile quem dixerim plus studii quam illum et ad dicendum et ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse. Nam et in iisdem exercitationibus, ineunte aetate, fuimus; et postea una Rhodum ille etiam profectus est, quo melior esset et doctior; et, inde ut rediit, videtur mihi in secunda arte primus esse maluisse, quam in prima secundus. Atque haud scio, an par principibus esse potuisset: sed fortasse maluit, id quod est adeptus, longe omnium non eiusdem modo aetatis, sed eorum etiam, qui fuissent, in iurē civili
 152 esse princeps. Hic Brutus, Ain tu? inquit. Etiamne Q. Scaevolae Servium nostrum anteponeis? Sic enim, inquam, Brute, existimo, iuris civilis magnum usum et apud Scaevolam et apud multos fuisse; artem in hoc uno: quod nunquam effecisset ipsius iuris scientia, nisi eam praeterea didicisset artem, quae doceret rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando; ambigua primum videre, deinde distinguere; postremo habere regulam, qua vera et falsa iudicarentur et quae, quibus positae, essent quae-
 153 que non essent consequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam quasi lucem ad ea, quae

L. 2. *quemquam dixeris* (*quemquam dixerim* b.)

§. 151. [*quem dixerim*] cfr. Handii *Tursell.* I. p. 261. Lambini *quemquam dixeris* mera videtur coniectura. Mox *Rhodum una* Ald. Iu. Asc. sec. Crat. Man. Corr. Ald. Nepos. Contra Victorius, Stephani, Lamb. cum D. Nor. Asc. pr. *una Rhodum.*

§. 152. [*ambigua*] Sic Lamb. nescio qua auctoritate. Grut. Seqq. — *ambiguam* D. Gu. 1. Edd. meae ante Lamb. prob. Wetz. [*positis*] E Cdd. Lamb. Seqq. — *propositis* D. Gu. uterque. Edd. ante L.

§. 153. [*omnium artium maximam, quasi lucem*] Adversus Schuetzii coniecturam hoc quoque moneri debet, quod sic artissime coniungerentur duo tralata *magistra* et *lux* minus inter se congruentia. *Maximam* autem *omnium artium* non tam interpretor *principem, dominam, praesidem*, — quibus nominibus v. c. a Tacito eloquentia, a Celso medicina in caelum feruntur, — quam difficillimam, maximi laboris. Nam nimis urgendum h. l. v. *omnium* non est, quum supra §. 25. locutus sit de *quinque artium concursu* item *maximarum*

confuse ab aliis aut respondebantur aut agebantur. Dia-⁴²
 lecticam mihi videris, inquit, dicere¹. Recte, inquam,
 intelligis: sed adiunxit etiam et literarum scientiam et
 loquendi elegantiam, quae ex scriptis eius, quorum similia
 nulla sunt, facillime perspicui potest. Quumque discendi¹⁵⁴
 causa duobus peritissimis operam dedisset, L. Lucilio
 Balbo et C. Aquilio² Gallo; Galli, hominis acuti et
 exercitati, promptam et paratam in agendo et in respon-
 dendo celeritatem subtilitate diligentiaque superavit:
 Balbi, docti et eruditi hominis, in utraque re conside-
 ratam tarditatem vicit expediendis conficiendisque rebus;
 sic et habet, quod uterque eorum habuit, et explevit,
 quod utrique defuit. Itaque, ut Crassus mihi videtur¹⁵⁵
 sapientius fecisse, quam Scaevola: (hic euim causas stu-
 diose recipiebat, in quibus a Crasso superabatur; ille se
 consuli nolebat, ne qua in re inferior esset quam Scae-
 vola:) sic Servius sapientissime, quum duae³ civiles artes
 ac forenses plurimum et laudis haberent et gratiae, per-
 fecit, ut alterâ praestaret omnibus, ex altera tantum assu-
 meret, quantum esset et ad tuendum ius civile et ad ob-
 tinendam consularem dignitatem satis. Tum Brutus, Ita¹⁵⁶

E. 1) dicere, inquit 2) Aquillio 3) sapientissime. Quum enim duae
 L. 2. dicere, inquit 7. L. Lucillio - Aquillio 16. volebat 17. sa-
 pientissime. Quum enim duae

in eloquentia. (»Μεγίστην etiam Plato in Sophista, sed
 ἐπιστήμην, non τέχνην, vocat.» CORRAD.)

[inquit, dicere] Sic D. Gu. uterque. Cett.: — dicere, inquit.
 Mox adiunxit et omisso etiam Crat. solus, improb. Rivio.

§. 154. [discendi] Sic Asc. L. Ern. prob. Ell. — ediscendi
 D. — dicendi Cett. (— iuris discendi Sch. coni.) Aquilio nunc
 scribo cum Asc. Man. Inscr. meis Lat. N. 3308. et ante C.
 Aquilio primum vidi in Lamb. Non habent D. et priores
 Edd. neque item Aldus Nepos. E Guelff. nihil notatur. Mox
 Aldus Nepos: — Balbi, et docti.

§. 155. [nolebat] — solebat D. Gu. 1. Asc. pr. Ald. Vict.
 Car. Steph. — volebat Man. Lamb. Ald. Nep. — sinebat vo-
 lebat Brutus. nolebat emendatum est in Asc. sec. Cratand.
 Herv. Rob. Steph. Cam. Grut. Seqq.

[sic Servius sapientissime, quum duae — gratiae, perfecit]
 Sic D. Gu. uterq. Ven. Asc. pr. Ald. Victor. Sch. in Ed.
 mai. longe concinnius quam sic Servius sapientissime. Quum
 enim duae cet., quam interpolationem primum reperi in Asc.
 sec. Cett.

prorsus, inquit, et antea putabam: (audivi enim nuper eum studiose et frequenter Sami, quum ex eo ius nostrum pontificium, qua ex parte cum iure civili coniunctum esset, vellem cognoscere;) et nunc meum iudicium multo magis confirmo testimonio et iudicio tuo: simul illud gaudeo, quod et aequalitas vestra et pares honorum gradus et artium studiorumque quasi finitima vicinitas tantum abest ab obtreptione invidiae, quae solet lacerare plerosque, ut¹ ea non modo non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur. Quali enim te erga illum perspicio, tali illum in te voluntate iudicioque
 157 cognovi. Itaque doleo et illius consilio et tua voce populum Romanum carere tam diu: quod quum per se dolendum est, tum multo magis consideranti, ad quos ista, non translata sint, sed nescio quo pacto devenerint. Hic Atticus, Dixeram, inquit, a principio, de re publica ut sileremus: itaque faciamus. Nam, si isto modo volumus singulas res desiderare, non modo querendi, sed
 43 ne lugendi quidem finem reperiemus. Pergamus ergo,
 158 inquam, ad reliqua et institutum ordinem persequamur. Paratus igitur veniebat Crassus, exspectabatur, audiebatur: a principio statim (quod erat apud eum semper accuratum) exspectatione dignus videbatur: non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio, non crebra suppositio pedis: vehemens et interdum irata et plena iusti doloris oratio, multae et cum gravitate

E. 1) uti

L. 9. uti

§. 156. [et antea] — etiam antea Ell. con. Sed huic et in seqq. respondet et nunc. v. Matthiae de Anacol. p. 5.

[obtreptione invidiae, quae] Sic Cod. Lambini et Ed. Rom. prob. Rivio, Lamb. Ern. Sch. Ell. — obtr. invidia, quae D. — obtr. invidiae, quae Nor. Asc. utraq. Ald. Iu. Grat. Victor. Steph. uterq. Grut. ∞ obtr. et invidiae, quae Man. Corr. Aldus Nep.

[ut ea] Sic scripsi cum Sch. Ell., quum D. Nor. Asc. habeant ut in ea. — uti ea Ald. Seqq. Sic saepe Cdd. antiquiores ut, ubi Edd. praebent uti; verbi causa, Regius optimus Verr. 2, 4, §. 21. et §. 35.

§. 157. [querendi] — quaerendi Hervag. Man. Corr. Grut. (prob. Heus.) Sch. 2. Recte reiecit Lambinus.

facetiae: quodque difficile est, idem et perornatus et perbrevis. Iam in altercando invenit parem neminem: 159 versatus est in omni fere genere causarum; mature in locum principum oratorum venit. Accusavit C. Carbonem, eloquentissimum hominem, admodum adolescens: summam ingenii non laudem modo, sed etiam admirationem est consecutus. Defendit postea Liciniam virginem, 160 quum annos xxvii. natus esset. In ea ipsa causa fuit eloquentissimus orationisque eius scriptas quasdam partes reliquit. Voluit adolescens in colonia Narbonensi causae popularis aliquid attingere eamque coloniam, ut fecit, ipse deducere. Exstat in eam legem senior, ut ita dicam, quam aetas illa¹ ferebat, oratio. Multae deinde causae; sed ita tacitus tribunatus, ut, nisi in eo magistratu coenavisset apud praeconem Granium idque nobis bis narravisset Lucilius, tribunum pl. nesciremus fuisse. Ita 161 prorsus, inquit Brutus: sed ne de Scaevolae quidem tribunatu quidquam audivisse videor, et eum collegam Crassi credo fuisse. Omnibus quidem aliis, inquam, in magistratibus, sed tribunus anno post fuit, eoque in rostris sedente suavit Serviliam legem Crassus. Nam censuram sine Scaevola gessit: eum enim magistratum nemo unquam Scaevolarum petivit. Sed haec Crassi

E. 1) illa aetas

L. 13. *illa aetas* 15. *idque nobis narr.*

§. 159. [*invenit parem neminem*] = *parem invenit neminem*
D. Gu. 1. prob. Schneidero.

§. 160. [*aetas illa*] Sic D. Gu. 1. (prob. Schneidero) Ven. Asc. utraque. Ald. Victor. = *illa aetas* Stephani. Man. Corr. L. Seqq.

[*nobis bis*] Sic D. Gu. 1. Nor. Asc. Vict. Ern. = *bis nobis* Gu. 2. (scil. *idque narravisset bis nobis*) Sch. in Ed. min. Ell. ∞ om. *bis* Ed. Rom. prob. Rivio. Man. Corr. Ald. Nepos. Lamb. Sch. in Ed. mai. Cum Lambino, puto, *bis* omiserunt item Carrio *Emendatt.* 1, 4. in Gruteri *Thes.* 3, 2. p. 98. et Gronovius ad Gellium 4, 17. Res incertissima est, utrum *bis* ortum sit e geminatione, an re vera *bis* eam coenam tetigerit Lucilius, qui sane *multa de Granio* retulerat: §. 172.

§. 161. [*Nam censuram*] *Nam et cens.* D. Vulgatam sic explico, ne quis haereat in *nam*: „id per se intelligitur Crassum censuram sine Scaevola gessisse, eum enim cet.”

quum edita oratio est, quam te saepe legisse certo scio, quattuor et triginta tum habebat annos totidemque annis mihi aetate praestabat. Iis¹ enim consulibus eam legem suasit, quibus nati sumus, quum ipse esset Q. Caepione consule natus et C. Laelio, triennio ipso minor quam Antonius. Quod idcirco posui, ut, dicendi Latine prima maturitas in qua aetate exstitisset, posset notari; et intelligeretur iam ad summum paene esse perductam, ut eo nihil ferme quisquam addere posset, nisi qui a philosophia, a iure civili, ab historia fuisset instructor.

41 Erit, inquit Brutus, aut iam est iste, quem exspectas?

162 Nescio, inquam. Sed est etiam L. Crassi in consulatu pro Q. Caepione; iuncta² non brevis, ut laudatio, ut oratio autem, brevis: postrema censoris oratio, qua anno duodequingagesimo usus est. In his omnibus inest

E. 1) His 2) pro Q. Caepione, defensione iuncta

L. 3. His 13. pro Q. Caepione, defensione iuncta

[certo] certe D. Asc.

[His enim cons.] Lege Iis. BEIER. Hoc recepi; habentque iam Corr. Aldus Nepos.

§. 162. [aut iam est iste] Hanc lect. recte defendunt Matthiae *Add. Cic. Oratt.* p. 230. et Hand *Tursell.* 1. p. 551. — *an iam est iste* de Heus. con. Sch. Ell. (et sic ex collatione mecum communicata habet D. Est tamen res incerta.)

[pro Q. Caepione defensione iuncta] Omittunt molestum vocabulum *defensione* D. Gu. 1.; quibuscum delevi. Iam locus sic accipiendus: *Est etiam L. Crassi in consulatu pro Q. Caepione* (scil. oratio); *iuncta* (est cum illa Caepioniana) *non brevis, ut laudatio, ut oratio autem brevis*. Semel igitur ipse in consulatu orationem habuit pro Caepione; alius item quum Caepionem defenderet, Crassus Caepionis laudator fuit; eaque laudatio una edita erat cum eius Caepioniana. Qui defendent gloss. falsum *defensione*, ii saltem construant: *laudatio iuncta* (cum) *defensione*: ut aliquoties apud Cic. *iunctus* cum simplici ablat. construitur v. c. *ad Attic.* 1, 19, 6. *iunctam invidiâ* — *gloriam*. — *ad Fam.* 5, 13. *summa benevolentia, coniuncta pari prudentia*. — *de Orat.* 1, 57. *summa vis dicendi, egregia festi- vitate* — *coniuncta*. Quod si quis legendum proponat *pro Q. Caepione defensio, iuncta*, scito *defensionem* simpliciter sic pro *oratione* poni vetare Tullianam consuetudinem. Etsi primum sic glossator videtur scripsisse *pro Q. Caepione* (scil.) „defensio”; tum ex solita accommodatione factum *defensione*.

[censoris oratio] Lego censoria; ut est §. 161. — *περίοδον* scripsi pro Cett. *periodum*. Pro *placet* minus bene *licet* D.

quidam sine ullo fuce veritatis color. Quin etiam comprehensio et ambitus ille verborum (si sic *περίοδον*¹ appellari placet) erat apud illum contractus et brevis, et in membra quaedam, quae *κῶλα* Graeci vocant, disper-
 tiebat orationem lubentius. Hoc loco Brutus, Quando-¹⁶³
 quidem tu istos oratores, inquit, tanto opere laudas; vellem aliquid Antonio praeter illum de ratione dicendi sane exilem libellum, plura Crasso libuisset scribere; quum enim omnibus memoriam sui, tum etiam disciplinam dicendi nobis reliquissent. Nam Scaevolae dicendi elegantiam satis ex iis orationibus, quas reliquit, habemus cognitam. Et ego, Mihi quidem a pueritia quasi ma-¹⁶⁴
 gistra fuit, inquam, illa in legem Caepionis oratio: in qua et auctoritas ornatur senatus, quo pro ordine illa dicuntur, et invidia concitatur in iudicium et in accusatorum factionem, contra quorum potentiam populariter tum dicendum fuit. Multa in illa oratione graviter, multa leniter, multa aspere, multa facete dicta sunt: plura etiam dicta, quam scripta, quod ex quibusdam capitibus expositis nec explicatis intelligi potest. Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum et orationis commentarium paullo plenius. Nulla est enim altercatio clamoribus unquam habita maioribus. Et vero fuit in hoc etiam² ¹⁶⁵
 popularis dictio excellens: Antonii genus dicendi multo aptius iudiciis, quam concionibus.

Hoc loco ipsum Domitium non relinquo. Nam etsi ⁴⁵
 non fuit in oratorum numero, tamen pono satis in eo

E. 1) periodum 2) et

L. 2. periodum 24. et

§. 164. [*in iudicium et in accus.*] — *in iud. et accus.* Corr. — *in iud., in accus.* Aldus Nepos.

[*capitibus expositis nec explicatis*] Cuiusmodi fuerint *capita exposita nec explicata*, nemo facile dixerit. Equidem puto fuisse *positis*, i. e. *propositis*. Res ipsa nunc nota ex iis, quae disputavit Niebuhr V. C. in *Fragm. Cic. Romae* 18.0. pag. 40.

§. 165. [*etiam popularis*] Cum D. Gu. utroque, Sch. in Ed. mai. dedi *etiam pro et*; quod delevit Ell.

[*tamen pono*] „duco, arbitror, *τίθημι*, aliter: *pone*. Cor-

fuisse orationis atque ingenii, quo et magistratus personam et consularem dignitatem tueretur: quod idem de C. Caelio dixerim, industriam in eò summam fuisse summamque virtutes, eloquentiae tantum, quod esset in rebus privatis amicis eius, in re publica ipsius dignitati satis.

466 Eodem tempore M. Herennius in mediocribus oratoribus Latine et diligenter loquentibus numeratus est: qui tamen summa nobilitate hominem, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia, L. Philippum in consulatus petitione superavit. Eodem tempore C. Clodius, etsi propter summam nobilitatem et singularem potentiam magnus erat, tamen etiam eloquentiae quandam mediocritatem afferebat. Eiusdem fere temporis fuit eques Romanus C. Titius, qui meo iudicio eo pervenisse videtur, quo potuit fere Latinus orator sine Graecis literis et sine multo usu pervenire. Huius orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut paene Attico stilo scriptae esse videantur. Easdem argutias in tragoedias satis ille quidem¹ acute, sed parum tragice transtulit. Quem studebat imitari L. Afranius poeta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam, ut scitis, disertus. Fuit etiam Q. Rubrius Varro, qui a senatu hostis cum C. Mario iudicatus est, acer et vehemens accusator. In eo genere sane probabilis, doctus autem Graecis literis, propinquus noster, factus ad dicendum, M. Gratidius, M. Antonii perfamiliaris, cuius praefectus quum esset in Cilicia, est interfectus; qui accusavit C. Fimbriam, M. Marii Gratidiani pater.

E. 1) quidem ille

L. 19. *quidem ille* 28. *patrem* (b., ut nos.)

RAD. pone nusquam reperi. — Nam etsi non in or. numero pono, tamen puto satis in eo fuisse industriae atque ing. Schuetzii suspic.

§. 166. [*summam nobilitatem*] *summam auctoritatem, nobilitatem* D. Gu. 1.; sic non continuo iteratur *summa nobilitas*. Vulgatam tamen retinent Cdd. A. B. C.

§. 167. [*Eiusdem fere temporis*] ∞ *Eisdem fere temporibus* D. ut §. 175. 182. cet.

[*ille quidem*] Sic D. Gu. uterque. Sch. Ell. — *quidem ille* Nor. Asc. Iu. Lamb. Ern.

§. 168. [*Gratidiani pater*] Sic Man. Corr. Lamb. in curis

Atque etiam apud socios et Latinos oratores habiti 46
sunt Q. Vettius Vettianus, e Marsis, quem ipse cognovi, 169
prudens vir et in dicendo brevis; Q. et D. Valerii So-
rani, vicini et familiares mei, non tam in dicendo ad-
mirabiles, quam docti et Graecis literis et Latinis: C.
Rusticellius¹ Bononiensis; is quidem et exercitatus et
natura volubilis. Omnium autem eloquentissimus extra
hanc urbem T. Betucius Barrus Asculanus, cuius sunt
aliquot orationes Asculi habitae: illa Romae contra Caepionem,
nobilis sane, cui orationi Caepionis ore respondit
Aelius: qui scriptitavit orationes multis², orator ipse
nunquam fuit. Apud maiores autem nostros video diser- 170
tissimum habitum ex Latio L. Papirium Fregellanum,
Ti. Gracchi, P. F., fere aetate: eius etiam oratio est
pro Fregellanis coloniisque Latinis, habita in senatu.
Tum Brutus, Quid tu igitur, inquit, tribuis istis externis

E. 1) C. Rusticellus 2) multas

L. 2. Q. Vectius Vectianus (b., ut nos.) 6. C. Rusticellus 11. multas 14. eius autem

sec. Ald. Nepos. Ern. Ell. v. Beier ad *Offic.* T. 2. p. 303. —
patrem cum Cdd. (D.) Cett., etiam Schuetz.

§. 169: [Q. Vettius Vettianus] Sic L. in curis sec. Ald.
Nepos. Grut. Seqq. — Q. Vectius Vectianus Cdd. Edd. priores.
Tum: Q. D. (Cdd., etiam D.) et Edd. vett. omisso et.

[Rusticellius] monente Ursino cum nummis scripsi (v. Eckhel
D. N. Vol. 5. pag. 298.) pro *Rusticellus*, Ceterum Corradus:
„Hodie quoque Bononiae sunt *Rusticelli*.”

[multis] Sic D. O1x. E Cd. Reg. item Lall. Sch. Ell. —
multas Edd. cett.

§. 170. Pro: P. F. Ell. proposuit vel Ti. F. vel delendum
P. F. Sed quum h. l. cum Fregellanis coniungantur *coloniae*
Latinae, neutiquam, quod ille putabat, sermo esse potest de
rebellione Fregellanorum, diruto eorum oppido a L. Opimio
oppressa (Liv. *Epit. Lib.* 60.) aut de temporibus proxime
illud excidium praegressis: soli enim tum fuerunt Fregellani
nec coniuncti cum coloniis Latinis: sed rectius cum Corrado
et Wetzelio rem nunc ignotam referemus ad tempora Ti.
Gracchi, Publii filii, Ti. et C. Gracchorum, tribunorum pl.
patris. Hoc verum est, Publium Ti. Gracchi patrem igno-
tum esse. (Ceterum *coloniisque* de Corradi suspic. Lamb.
Seqq. pro D. et priorum *colonisqae*.)

[eius etiam] Sic D. Grut. Seqq. Quum nunc constet hanc
lect. e Cd. Mss. tacite adscitam esse a Grutero, eandem ego
quoque retinui | Cett. autem. „Non solum disertissimus

quasi oratoribus? Quid censes, inquam, nisi idem, quod urbanis? praeter unum, quod non est eorum urbanitate
 171 quadam quasi colorata oratio. Et Brutus, Qui est, inquit, iste tandem urbanitatis color? Nescio, inquam; tantum esse quendam scio. Id tu, Brute, iam intelliges, quum in Galliam veneris. Audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae, sed haec mutari dediscique possunt; illud est maius, quod in vocibus nostrorum oratorum retinnit¹ quiddam et resonat urbanius. Nec hoc in oratoribus modo apparet, sed etiam in ceteris.
 172 Ego memini T. Tincam Placentinum, hominem facetissimum, cum familiari nostro Q. Granio praecone dicacitate certare. Eon', inquit Brutus, de quo multa Lucilius? Isto ipso; sed Tincam non minus multa ridicule dicentem Granio obruebat nescio quo sapore vernaculo: ut ego iam non mirer illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, quum percontaretur² ex anicula quadam, quanti aliquid venderet, et respondisset illa atque addidisset, „Hospes, non pote minoris:” tulisse eum moleste se non effugere hospitis speciem, quum aetatem ageret Athenis optimeque loqueretur. Omnino sic³, opinor, in nostris

E. 1) recinit 2) percunctaretur 3) sicut

L. 1. id 9. recinit 17. percunctaretur 21. sicut

habitus est apud maiores nostros, sed *etiam* exstat adhuc eius oratio.”

[*nisi idem*] Sic Nor. Asc. pr. Vict. Man. Ern. Quum Cdd. aliquot (D.) Gu. 1. habeant *nisi id idem, nisi id* praetulerunt Ald. Asc. sec. Crat. Herv. Lamb.

§. 171. [*iste tandem*] = *tandem iste* D. Gu. 1.

[*quod in vocibus nostrorum oratorum recinit*] *recinuit* Asc. — *retinnit* Cd. C. — *quod voc. n. o. retinnit* om. in A. — *quod in v. oratorum urbanorum retinnit* B. — *quod in voc. nostrorum maiorum or. retinnit* D. *retinnit* Schneideri et Sch. probavit Frotscher ad *Quintilian.* X. p. 206. recepitque BEIER; quorum exemplum nunc secutus sum. Ceterorum inde ab Ald. *recinit* acriter defensum ab Ell. vix adeo constanter in Cdd. corruptum esset.

§. 172. [*Omnino, sic, opinor*] *Omnino* est e Rivii coni., iam a Lamb. recepta pro Cdd. Edd. vett. *Omnium.* Tum *sic* dedi e Cd. Reg. D. Aequae recte sese excipiunt *sic* — — *sicut*, ac *sicut* — — *sic*, cuius usus exempla exstant vel in vetere Tursellino. Contra molestum est Rivii *sic* (*ut opinor*) — *sicut*

est quidam urbanorum, sicut illic Atticorum sonus. Sed domum redeamus, id est, ad nostros revertamur.

Duobus igitur summis, Crasso et Antonio, L. Phi- 47
lippus proximus accedebat, sed longo intervallo tamen 173
proximus. Itaque eum, etsi nemo intercedebat, qui se illi anteferebat, neque secundum tamen neque tertium dixerim. Nec enim in quadrigis eum secundum numeraverim aut tertium, qui vix e carceribus exierit, quum palmam iam primus acceperit: nec in oratoribus, qui tantum absit a primo, vix ut in eodem curriculo esse videatur. Sed tamen erant ea in Philippo, quae, qui sine comparatione illorum spectaret, satis magna diceret: summa libertas in oratione, multae facetiae: satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis: erat etiam in primis, ut temporibus illis, Graecis doctrinis institutus, in altereando cum aliquo aculeo et maledicto factus. Horum aetati prope coniunctus L. Gellius non 174
tam vendibilis orator, quam ut nescires, quid ei deesset. Nec enim erat indoctus nec tardus ad excogitandum nec

L. 1. *ille* 14. (Fort.: *sententiis erat: etiam b.*)

propter nescio quam ambiguitatem inter *sic, ut et sicut*: contrarium autem consuetudini Ciceronis (qui semper: *ut opinor, vel opinor simpliciter, non sicut opinor*) et praeterea propter *sicut -- sicut* putidum Lamb. Ern. Seqq. *sicut opinor. — illic* firmatur a Cd. Cuiac. Ven. Asc. — *illis* D. Gu. 1. — *ille* Nor. Iu. Vict. Lamb. — Verba *id est, -- revert.* subditiicia visa sunt Lamb. Schuetzio, Ell., qui []. Defendunt Corradus et Goerenz; iisque omissis nimis sane attenuatur oratio.

§. 174. [*non tam vendibilis orator, quam ut nescires*] Quotiescunque h. l. legi, semper in eo haesi. *Vendibilis orator* est, qui a multis probatur, qui multis placet habetque cur merito placeat. Iam quaenam ista sententia: „*non tam probabilis orator, quam ut nescires, quid ei deesset*” — ? *nicht sowohl ein beifallswürdiger Redner, als dass man das eine und das andre, ohne immer bestimmt zu wissen warum, an ihm vermisse: — ?* Ea mihi quidem videtur perabsurda. Iam fac Ciceronem scripsisse: *non tam non vendibilis orator, quam ut nescires, quid ei deesset*, simpliciter erit ac recte: „erat quidem vendibilis, admodum probabilis orator, sed tamen nescio quid ad perfectionem ei deerat.” Nec vero vulgata cum Ell. explicari potest *non satis vendibilis; cui rationi repugnat tota loci constructio.*

Romanarum rerum immemor et verbis solutus satis; sed in magnos oratores inciderat eius aetas: multam tamen operam amicis et utilem praebuit; atque ita diu vixit, ut multarum aetatum oratoribus implicaretur, multum
 175 etiam in causis versaretur. Iisdem fere temporibus D. Brutus, is, qui consul cum Mamerco fuit, homo et Graecis doctus literis et Latinis. Dicebat etiam L. Scipio non imperite, Cnaeusque Pompeius, Sex. F., aliquem numerum obtinebat. Nam Sex. frater eius praestantissimum ingenium contulerat ad summam iuris civilis et ad perfectam geometriae et rerum Stoicarum scientiam. Item in iure et ante hos M. Brutus et paullo post eum C. Bellienus¹, homo per se magnus, prope simili ratione summus evaserat; qui consul factus esset, nisi in Marianos consulatus et in eas petitionis angustias incidisset.
 176 Cn. autem Octavii eloquentia, quae fuerat ante consulatum ignorata, in consulatu multis concionibus est vehementer probata. Sed ab eis, qui tantum in dicentium numero, non in oratorum fuerunt, iam ad oratores revertamur. Censeo, inquit Atticus: eloquentes enim videbare, non sedulos velle conquirere.
 48 Festivitate igitur et facetiis, inquam, C. Iulius, L. F.,
 177 et superioribus et aequalibus suis omnibus praestitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior.

E. 1) C. Bilienus

L. 13. C. Bilienus (b., ut nos.)

§. 175. [*Item in iure*] *sitam in iure* A. B. D. *itaminiure* C, *ita* (spatium vacuum) *in iure*. *Et ante hoc* Med. Asc. Non sine causa suspecta erant Ellendtio v. *Item in iure*, quae primum sic reperi in Aldina. *Bellienus* ut volebat iam Corradus, scripsi cum Asconio in *Tog. cand.*, ubi memoratur alius L. *Bellienus* p. 525. Ed. meae: (ubi sic habet iam Ed. princeps.), tum cum Pighio et Ell., quum etiam Cd. D. habeat *Bilienus*; vulgo *Bilienus*: — *Homo per se magnus*, in quo haesit Ern., h. l. ubi quodammodo opponitur *summus*, verum censeo. Vulgarem rationem *homo per se notus* vix corrupturos fuisse librarios puto. Deinde Sch. coni. Ell.: — *simili rat. prope summus*: nihil opus; legendo enim distinguebant *prope*, *simili ratione*, *summus*.

Sunt eius aliquot orationes, ex quibus sicut ex eiusdem tragoediis lenitas eius sine nervis perspicui potest. Eius 178 aequalis P. Cethegus, cui de re publica satis suppeditabat oratio: totam enim tenebat eam penitusque cognorat. Itaque in senatu consularium auctoritatem assequebatur: sed in causis publicis nihil, in privatis satis veterator videbatur. Erat in privatis causis Q. Lucretius Vespillo¹, et acutus et iurisperitus. Nam Ofella² concionibus aptior³ quam iudiciis. Prudens etiam T. Annii Velina et in eius generis causis orator sane tolerabilis. In eodem genere causarum multum erat T. Iuventius, nimis ille quidem lentus in dicendo et paene frigidus: sed et callidus et in capiendo adversario versutus et praeterea nec indoctus et magna cum iuris civilis intelligentia. Cuius 179 auditor P. Orbius, meus fere aequalis, in dicendo non nimis exercitatus, in iure autem civili non inferior quam magister fuit. Nam T. Aufidius, qui vixit ad summam senectutem, volebat esse similis horum eratque et bonus vir et innocens, sed dicebat parum. Nec sane plus frater eius M. Vergilius⁴, qui tribunus pl. L. Sullae imperatori diem dixit. Eius collega P. Magius, in dicendo paulo

E. 1) Vispillo 2) Aphilia 3) aptior concionibus 4) Virgilius

L. 8. (aptior concionibus b.) 20. Virgilius

§. 178. [*in privatis*] in primum reperi apud Lamb. Priores et Ald. Nep. omittunt. — *privatus* om. in D.

[*Vespillo*] scripsi cum Man. Corr. L. Aldo Nep. et Schneidero pro: *Vispillo* Cett.

[*Ofella*] Sic Man. Lamb. Sch. Ellendt. (prob. Corrado.) *Aphilia* Ald. Iu. Asc. sec. Corr. in contextu. Ern. — *Aphila* Asc. pr. — *filia* D. — *Ofella* est a Victore Pisano, teste Sylburgio. Apud Asconium l. l. in Ed. princ. ceterisque est *Asella*: ubi tamen Sigonius recte *Ofella*.

[*concionibus aptior*] Sic D. Vict. Lamb. Sch. Ell. = *aptior* conc. Cett. Pro T. *Annii* Nor. Asc.: *D. Annii*. — Cd, D. omittit praenomen. *Velina* pro tribus nomine habent Corr. et Aldus Nep. Sed quum per totum librum nusquam eos, de quibus loquitur, a tribu designet, hoc quoque loco nomen proprium originis Etruscae esse puto, ut sunt *Caecina*, *Spurina* a multis duplici n scripta.

§. 179. [*Virgilius*] Sic Victor. Seqq. = *Vergilius* D. Nor. Asc. Aldina mea. Iu. Crat.; quod praetuli. ∞ *Virginus* Plutarch. in *Sylla* C. 10. — *Verginius* Marg. 1584. Scil. *Virginus* vel *Verginius* leg. censebat Corradus.

180 tamen copiosior. Sed omnium oratorum sive rabularum, qui aut plane indocti et inurbani¹ aut rustici etiam fuerunt, quos quidem ego cognoverim, solutissimum in dicendo et acutissimum iudico nostri ordinis Q. Sertorium, equestris C. Gargonium². Fuit etiam facilis et expeditus ad dicendum et vitae splendore multo et ingenio sane probabili, T. Iunius, L. F. tribunicius, quo accusante P. Sextius, praetor designatus, damnatus est ambitus. Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma atque etiam aegra valetudine fuisset.

49 Atque ego praeclare intelligo me in eorum commemo-
181 ratione versari, qui nec habiti sint oratores neque fuerint, praeteririque a me aliquot ex veteribus commemoratione aut laude dignos: sed hoc quidem ignoratione. Quid est enim³ superioris aetatis, quod scribi possit de iis, de quibus nulla monumenta loquuntur nec aliorum nec ipsorum? De iis autem, quos ipsi vidimus, neminem fere praetermittimus eorum, quos aliquando dicentes vidimus.
182 Volo enim sciri, in tanta et tam vetere re publica maximis praemiis eloquentiae propositis, omnes cupisse

E. 1) et pl. ind. aut inurb. 2) C. Gorgonium 3) Quid enim est
L. 2. et pl. ind. aut inurb. 5. C. Gorgonium 13. (nec fuerint b.)
15. Quid enim est

§. 180. [oratorum] ∞ moratorum e *Divin. in Verr. C. 15.* ingeniose coniecit Cuiacius, qui haesisse videtur in *oratoribus plane indoctis et rusticis.*

[aut plane indocti et inurbani] Hanc Heus. coni. receptam a Sch. et Ell. firmat nunc Cd. Reg. C. — et plane ind. et inurb. D. — et pl. ind. aut inurb. A. B. Asc. Vulgo. — etiam rustici, quam Ell. vulgatam dicit, nemo habet. — Gargonium scripsi cum Cdd. Pal. et Cuiac. prob. Bentleyo ad Horatii *Serm. 1, 2, 27. pro Gorgonium.* Pro *P. Sextius* fortasse scrib. *P. Sestius.*

§. 181. [sint - - fuerint] — sunt - - fuerunt Gu. uterq. E D. mihi saltem notatur *fuerunt.*

[Quid est enim] dedi nunc cum Asc. pr. Sch. Ell. pro: = *Quid enim est Cett.* Pro *dicentes vidimus* Sch. volebat *dicentes audivimus.* Sane offendere potest duplex istuc *vidimus*, nisi quod posteriore loco per ironiam significat, a se tales de trivio oratores haud nimis attente auditos esse. Est autem ea sensus in primis videndi cum ceteris veluti confusio in sermone familiari omnibus linguis usitata. Theocr. *Idyll. 1, 119.* θάυαι, φίλος, ὡς καλὸν ὄσδει.

dicere, non plurimos ansos esse, potuisse paucos. Ego tamen ita de uno quoque dicam, ut intelligi possit, quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse. Iisdem fere temporibus, aetate inferiores paullo quam Iulius, sed aequales propemodum fuerunt C. Cotta, P. Sulpicius, Q. Varius, Cn. Pomponius, C. Curio, L. Fufius, M. Drusus, P. Antistius, nec ulla aetate uberior oratorum fetus fuit. Ex his Cotta et Sulpicius quum meo 183 iudicio, tum omnium, facile primas tulerunt. Hic Atticus, Quomodo istuc dicis, inquit, quum tuo iudicio, tum omnium? Semperne in oratore probando aut improbando vulgi iudicium cum intelligentium iudicio congruit? An alii probantur a multitudine, alii autem ab iis, qui intelligunt? Recte requiris, inquam, Attice: sed audies ex me fortasse, quod non omnes probent. An tu, inquit, id laboras, si huic modo Bruto proba- 184 turus es? Plane, inquam, Attice, disputationem hanc de oratore probando aut improbando multo malim tibi et Bruto placere: eloquentiam autem meam populo probari velim. Etenim necesse est, qui ita dicat, ut a multitudine probetur, eundem doctis probari. Nam, quid in dicendo rectum sit aut pravum, ego iudicabo, si modo is sum, qui id possim aut sciam iudicare: qualis vero sit orator, ex eo, quod is dicendo efficiet, poterit intelligi. Tria sunt enim, (ut quidem ego sentio) quae sint 185 efficienda dicendo: ut doceatur is, apud quem dicetur, ut delectetur, ut moveatur vehementius. Quibus virtutibus oratoris¹ horum quidque efficiatur aut quibus vitiis orator aut non assequatur haec aut etiam in his labatur

E. 1) oratoribus *err. typogr.*

L. 16. (*te probaturus b.*)

§. 182. [*clamatorem*] i. e. rabulam. Frustra Gothofr. volebat: *declamatorem*.

§. 184. [*id laboras, si huic*] Sic a Manutio emendatum videtur; habentque Corr. Ald. Nepos. Aldinae tribuit hanc lect. Ellendt; sed Ed. certe 1521. Asc. sec. Victor. Stephani: — *inquit adlaborasse huic* — *inquit id laborasse huic* D. — *inquit laborasse huic* Asc. pr.

§. 185. [*quae sint*] — *quae sunt* Gu. uterq. D.

et cadat, artifex aliquis iudicabit. Efficiatur autem ab oratore necne, ut ii, qui audiunt¹, ita afficiantur, ut orator velit, vulgi assensu et populari approbatione iudicari solet. Itaque nunquam de bono oratore aut non
 50 bono doctis hominibus cum populo dissensio fuit. An
 186 censes, dum illi viguerunt, quos ante dixi, non eosdem gradus oratorum vulgi iudicio et doctorum fuisse? De populo si quem ita rogavisses: „Quis est in hac civitate eloquentissimus?” in Antonio et Crasso aut dubitaret aut hunc alius, illum alius diceret. Nemone Philippum, tam suavem oratorem, tam gravem, tam facetum, his anteferet, quem nosmet ipsi, qui haec arte aliqua volumus expendere, proximum illis fuisse diximus? Nemo profecto. Id enim ipsum est summi oratoris, summum
 187 oratorem populo videri. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sane frigenti ad populum, „Mihi cane et Misis:” ego huic Bruto dicenti, ut solet, apud multitudinem, „Mihi cane et populo, mi Brute,” dixerim: ut, qui audient², quid efficiatur: ego, etiam cur id efficiatur, intelligam. Credit iis, quae dicuntur, qui audit oratorem: vera putat, assentitur, probat; fidem facit
 188 oratio. Tu artifex, quid quaeris amplius? Delectatur audiens multitudo et ducitur oratione et quasi voluptate quadam perfunditur. Quid habes quod disputes? Gaudet dolet, ridet plorat, favet odit, contemnit invidet, ad misericordiam inducitur, ad pudendum, ad pigendum; irascitur miratur, sperat timet: haec perinde accidunt,

E. 1) audiant 2) audiant (*Utrumque con.*)

L. 19. *cur ita* 26. (*Al. deducitur b.*)

§. 186. [*hunc alius*] — *hunc aliquis* Gu. 1. D. Sch. in Ed. mai. [*Nemone Philippum*] — *Nemo ut Ph.* Cd. Palatinus prob. Grut. Mihi videtur ortum e frequentissima confusione partic. *ne et ut*: huic tamen lectioni haud malam suam superstruxit suspicionem Ern.: *nemone ut Phil.* probatam Heindorfio ad Horat. *Serm.* 1, 1. p. 108.: qua forma sane *pro. Sestio* §. 17. *hoccine ut ego appellem nomine* — ?

§. 187. [*cur id*] Sic D. Victor. Ald. Nep. Ern. Seqq. — *cur ita* Nor. Asc. utraq. Ald. Crat. Herv. Lamb.

§. 188. [*miratur*] Ingeniosam sane Sch. coniecturam *mitigatur* probabat BEIER.

nt eorum, qui adsunt, mentes verbis et sententiis et actione tractantur. Quid est, quod expectetur docti alicuius sententia? Quod enim probat multitudo, hoc idem doctis probandum est. Denique hoc specimen est popularis iudicii, in quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusque dissensio. Quum multi essent oratores in 189 vario genere dicendi, quis unquam ex his excellere iudicatus est vulgi iudicio, qui non idem a doctis probaretur? Quando autem dubium fuisset apud patres nostros, eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret aut Crassum? Aderant multi alii: tamen, utrum de his potius, dubitasset aliquis, quin alterum, nemo. Quid? adolescentibus nobis, quum esset Cotta et Hortentius, num quis, cui quidem eligendi potestas esset, quemquam his anteponebat? Tum Brutus, Quid tu, inquit, quaeris 51 alios? de te ipso nonne, quid optarent rei, quid ipse 190 Hortensius iudicaret, videbamus? qui, quum partiretur tecum causas, (saepe enim interfui) perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, semper tibi relinquebat. Faciebat ille quidem, inquam: et mihi benevolentia, credo, ductus tribuebat omnia. Sed ego, quae de me populi sit opinio, nescio: de reliquis hoc affirmo, qui vulgi opinione disertissimi habiti sint, eosdem intelligentium quoque iudicio fuisse probatissimos. Nec enim pos- 191 set idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum, clarum¹ poetam, ferunt, qui quum, convocatis auditori-

E. 1) Clarium

L. 26. Clarium

§. 189. [ex his] Lege ex iis.

[Aderant] — Ern. susp. at erant recepit Sch.

§. 191. [clarum poetam] Sic omnes Cdd. noti, etiam D. Nor. Asc. pr. Ald. Nepos. probb. Manutio et Corrado, etsi in contextu habent *Clarium* cum Asc. sec. Crat. Lamb. Seqq. Sed Ascensianae coniecturae manifesto ductae ex Ovidii *Trist. 1. El. 6, 1. Nec tantum Clario Lyde dilecta poetae tria potissimum opponi possunt: scilicet, 1) Ciceronem, accuratius quam Ovidium, sane Colophonem patriam tributurum fuisse Antimacho; 2) deinde supervacaneam h. l. esse patriae mentionem, quum vel maxime ad rem pertinuerit 3) significare clarum, egregium fuisse poetam, non vulgarem, mo-*

bus, legeret eis magnum illud, quod novistis, volumen suum et eum legentem omnes praeter Platonem reliquissent, „Legam, inquit, nihilo minus: Plato enim mihi unus instar est † omnium millium.” Et recte. Poëma enim reconditum paucorum approbationem, oratio popularis assensum vulgi debet movere. At si eundem hunc Platonem unum auditorem haberet Demosthenes, quum esset relictus a ceteris, verbum facere non posset. Quid tu, Brute, possesne¹, si te ut Curionem quondam concio

E. 1) posses

L. 9. posses

lestum, ineptum, dignissimum, quem omnes statim solum derelinquerent.

[*omnium millium*] Habent hoc ab Aldo Nepote, qui alios sic legere refert, Grut. Seqq.; sicque ex mea collatione D. — *omnium me illum* Gu. 1. Asc. utraque. Ald. Vict. Corr. *omnium illorum* Turnebus *Adv.* 14, 22. *multorum millium* Camerarii suspicio non recepta, probata Lambino et Mureto *Var. Lect.* 16, 5., quem consule. Antimachi verba habes *ad Attic.* 16, 11. εἰς ἔμοι μύριοι. Quod Rivius coniecit: *omnium*. Merito ille et recte, apud Cic. alibi invenitur *recte ac merito* Verr. 2, 5, §. 172. — Nondum me poenitet conii. meae olim propositae: *instar est centum millium*. Cfr. *ad Attic.* 2, 5. *Cato ille noster, qui mihi unus est pro centum millibus*. Schneidero *millium* e gloss. aut varia lectione ortum et plane delendum videbatur. Hoc certum est: *omnium millium* omnium linguarum indoli repugnare, barbarum quum sit etiam illud *Facundi Hermianensis* Lib. 8, 1.: *Athanasius, qui millia millium certaminum pro evangelicis dogmatibus passus est*, in *Maii Scriptt. Coll.* T. I. p. xix.: et valde dubia est huius lect. auctoritas. Nam, ut taceam de Cd. D., in quo fortasse sic est, Corradus haec habet: „Alii, *millium*; non fortasse male, ut sit *omnium millium* cet. — Si quis tamen hoc non probat, videat, an legi possit: *omnium*: haec illum scil. dixisse ferunt.” Hinc autem fluxit Aldi Nepotis, qui ipse edidit: *omnium*. Haec illum, annotatio: „Alii *omnium millium*.” — Schuetzius: — *instar est millium*, delecto verbo molesto.

[*approbationem cet.*] a. o. p. assensum vulgi debet moveri D. *approbatione o. p. assensu vulgi debet moveri* Asc. Nostra lectio est a Corrado, qui in Commentario, „Nos tamen, inquit, quum ex conii., tum ex libro etiam veteri sic leg. putamus.”

§. 192. [Quid? tu, Brute, posses, si te, ut] — *posses te ut om. si D. possesne, si te, ut* Asc. pr. e falsa lect. Cdd. aliq. Nor. *posses nisi te* praecipiens Gulielmii conii., quae merito assensum tulit etiam Matthiae ad *Sex. Rosc. Am.* §. 92.: *Quid tu, Rosci? ubi tunc eras?*: „ut hoc loco, sic *Brut.* 192. *Quid*

reliquisset? Ego vero, inquit ille, ut me tibi indicem, in eis etiam causis, in quibus omnis res nobis cum iudicibus est, non cum populo, tamen, si a corona relictus sim, non queam dicere. Ita se, inquam, res habet: ut, si tibiae inflatae non referant sonum, abiiciendas eas sibi tibicen putet: sic oratori populi aures tamquam tibiae sunt; eae si inflatum non recipiunt aut si auditor omnino tamquam equus non facit, agitandi finis faciendus est. Hoc tamen interest, quod vulgus interdum non proban- 52
dum oratorem probat, sed probat sine comparatione: 193
quum a mediocri aut etiam a malo delectatur, eo est contentus, esse melius non sentit; illud, quod est, qualecunque est, probat. Tenet enim aures vel mediocris orator, sit modo aliquid in eo: nec res ulla plus apud animos hominum, quam ordo et ornatus orationis valet. Quare quis ex populo, quum Q. Scaevolam pro M. Co- 194
ponio, dicentem audiret in ea causa, de qua ante dixi, quidquam politius aut elegantius aut omnino melius aut

L. 3. auditor cum illo tamquam

tu, Brute, possesne cet., ubi male Ern. (qui tamen habet posses cum Ald. Asc. sec. Cett.) Schuetz.: Quid? tu, Brute, possesne cet."

[Ita se] ∞ Ita sese D. ut ad Fam. 15, 1, 5.

[equus non facit] Vir D. in Annal. litt. Heid. 1826. p. 282. conicit equus novus facit; compar. de Amicit. 19, 68. BEIER. Sed sic quoque offendo in v. nimis vulgari facit. Praeterea ideone finis agitandi faciendus est, quod equus novus sive indomitus non obtemperat agitatori? Immo, puto, eo pertinacius est perdomandus. Alia res in equo iam domito, sed propter fortuitam contumaciam agitatoris nutum spernente. Mera tamen hariolatio esset, si statueres voc. alibi quoque corrumpi solitum h. l. fortasse excidisse: tamquam equus giros non facit, flecti se non patitur. Contra Corradus quum significasset fortasse v. omnino esse corruptum, Lambinus coni. inde fecit: cum illo tamquam equus non facit i. e. non eius voluntati sese applicat, nutui eius obedit. Sane ingeniose; nisi hoc quoque minus ex antiquorum more dictum videretur: „equus facit, consentit cum equite." Itaque ἐπέχω, quum etiam priorem meam suspicionem subit scil. equitem, „eum patitur", minus probabilem nunc esse videam. Prorsus autem perversa erat Schuetzii ratio hoc totum aut si — non facit uncis includentis, id est, delentis. Nam hoc vetat agitandi verbum, quod cum tiliarum similitudine coniungi nullo pacto potest.

195 exspectaret aut posse fieri putaret? Quum is hoc probare vellet, M'. Curium, quum ita heres institutus esset, si pupillus ante mortuus esset, quam in suam tutelam venisset, pupillo non nato heredem esse non posse; quid ille non dixit de testamentorum iure, de antiquis formulis? quid? quemadmodum scribi oportuisset, si etiam filio
 196 non nato heres institueretur? quam captiosum esse¹ populo, quod scriptum esset, negligi et opinione quaeri voluntates et interpretatione disertorum scripta simplicium
 197 hominum pervertere? Quam ille multa de auctoritate patris sui, qui semper ius illud esse defenderat? quam omnino multa de conservando iure civili? Quae quidem omnia quum perite et scienter, tum ita breviter et presse et satis ornate et pereleganter diceret; quis esset in populo, qui aut exspectaret aut fieri posse quidquam melius
 53 putaret? At vero, ut contra Crassus ab adölescente delicato, qui in litore ambulans scalum reperisset ob eamque rem aedificare navem concupivisset, exorsus est, similiter Scaevolam ex uno scalmo captionis centumvirale iudicium hereditatis effecisse, hoc in illo initio consecu-

E. 1) esset

L. 6. Abest *quid* 10. (Fort. *perverti*)

§. 194. [*posse fieri*] = *fieri posse* D., ut est sane §. 197. Sed consulto talia variat Tullius; id quod saepe fugit criticos ad unum aliquem verborum ordinem bis terve, vel etiam centies, apud Cic. repertum variationem aliquam dedita opera quaesitam ubique conformare conantes: qui pravus mos nunc invaluit.

§. 195. [*quid quemadmodum*] om. *quid* D. Asc. Grat. Lamb. Repositum est (cum O1x.) in Ed. Rom. prob. Rivio, Man. Ald. Nep. Ern. Seqq.

[*quam captiosum esse*] (Sic D. Asc.) In priore membro ad finem §. 195. ab interrogatione *quid* sc. *dixit* pendent vv. *quemadmodum* - - *oportuisset*, in altero contra *quam* intell. *dixit* nonnisi infinitivo *esse* iungi potest; quo de genere interrogationum et exclamationum exempla attulit Ramshorn in *Grammat. Lat.* pag. 615. BEIER; qui, ut ego feceram, Ern. coni. *esset* in suo exemplari expunxit.

§. 197. [*tum ita breviter*] scil. „ut dixit.” — *tum et breviter* Man. Corr. Aldus Nepos (non avus, neque Victor.) prob. Sch. in Ed. mai.

[*hoc in illo initio*] in non sine causa suspectum Ern. Equidem hoc deletum malim, quam cum Ell. coni.: *hoc ille initio*.

tus, multis eiusdem generis sententiis delectavit animosque omnium, qui aderant, in hilaritatem a severitate traduxit: quod est unum ex tribus, quae dixi ab oratore effici debere. Deinde hoc voluisse eum, qui testamentum fecisset, hoc sensisse, quoquo modo filius non esset, qui in suam tutelam veniret¹, sive non natus sive ante mortuus, Curius heres ut esset: ita scribere plerosque et id valere et valuisse semper. Haec et multa eiusmodi dicens fidem faciebat: quod est ex tribus oratoris officii alterum. Deinde aequum bonum, testamentorum sententias volun- 198
tatesque tutatus est: quanta esset in verbis captio quum in ceteris rebus tum in testamentis, si negligenter voluntates: quantam sibi potentiam Scaevola assumeret, si nemo auderet testamentum facere postea, nisi de illius sententia. Haec quum graviter, tum ab exemplis copiose, tum varie, tum etiam ridicule et facete explicans eam admirationem assensionemque commovit, dixisse ut contra nemo videretur. Hoc erat oratoris officium partitione tertium, genere maximum. Hic ille de populo iudex, qui separatim alterum admiratus esset, idem, audito altero, iudicium suum contemneret: at vero intelligens et doctus, audiens Scaevolam, sentiret esse quoddam uberius dicendi genus et ornatius. Ab utroque autem, causa perorata, si quaereretur, uter praestaret orator, nunquam profecto sapientis iudicium a iudicio vulgi discreparet. Quî praestat igitur intelligens imperito? Magna 54
199

E. 1) venisset

L. 11. mortuorumque voluntates (voluntatesque mortuorum b.)

[veniret] Sic Cdd. etiam D. Ald. Lamb. Sch. Ell. Beier. — venisset Ven. Mediol. Asc. Ern. Ad totum locum cfr. Ramshorn Progr. anni 1826. Altenburgi. p. 7. Ad verba qui aut expectaret cet. Reisig. Commentt. crit. ad Oed. Col. p. 278.

§. 200. [circulantem] Miro errore Ed. Rom. calculantem. Rivius: „haud scio inquit, quam recte.” Manifesto tamen in seqq. defendit l. *circulantem*. Pro *intuentes* Ern. volebat *intentos*; sed sequitur: *suspensos*. Ell. *intuentes* []. Sed *erectos* ad totum corporum, oris et aurium in primis habitum, *intuentes* ad oculos dumtaxat refertur, satis vivida imagine.

[si nihil audierit] = *audiverit* D. Lamb. Malin: *et si nihil audierit. etsi* et *si* confusa videbis etiam §. 238 et §. 263.

re et difficili: si quidem magnum est scire, quibus rebus efficiatur amittaturve dicendo illud quidquid est, quod aut effici dicendo oportet aut amitti non oportet. Praestat etiam illo doctus auditor indocto, quod saepe, quum oratores duo aut plures populi iudicio probantur, quod dicendi genus optimum sit, intelligit. Nam illud, quod populo non probatur, ne intelligenti quidem auditori¹ probari potest. Ut enim ex nervorum sono in fidibus, quam scienter ei pulsati sint, intelligi solet, sic ex animorum motu cernitur, quid tractandis his perficiat orator.

200 Itaque intelligens dicendi existimator, non assidens et attente audiens, sed uno adpectu et praeteriens de oratore saepe iudicat. Videt oscitantem iudicem, loquentem cum altero, nonnunquam etiam circumferentem, mittentem ad horas, quaesitorem, ut dimittat, rogantem: intelligit oratorem in ea causa non adesse, qui possit animis iudicum admoveere orationem tamquam fidibus manum. Idem si praeteriens adspexerit erectos, intuentes iudices, ut aut doceri de re idque etiam vultu probare videantur: aut, ut avem cantu aliquo, sic illos viderit oratione quasi suspensos teneri: aut, id quod maxime opus est, misericordia, odio, motu animi aliquo perturbatos esse vehementius: ea si praeteriens (ut dixi) adspexerit, si nihil audierit, tamen oratorem versari in illo iudicio et opus oratorium fieri aut perfectum iam esse profecto intelliget.

55 Quum haec disseruissem, uterque assensus est; et ego
201 tamquam de integro ordiens, Quando igitur, inquam, a

E. 1) oratori error typogr.

L. 2. omittaturve 3. omitti 10. his tractandis 24. audiverit

§. 201. [Quando igitur] Nota hoc quando apud Ciceronem, quod in Epp. ad Famil. nunc ubique Cd. Medicei auctoritate cessit part. *quoniam*, re ipsa uno eodemque tempore a Wundero et a me v. c. ad *Philipp.* 14, §. 28. animadversa. Illa enim scripseram antequam prodisset praestantissimus Wunderi liber. Nempe hoc quoque loco oriri poterat ex *qm* cum lineola. Nisi forte statim positurus *Quoniam* ergo h. l. consulto variavit. Quod tamen vix credibile; mira enim esset

Cotta et Sulpicio haec omnis fluxit oratio, quum hos maxime iudicio illorum hominum et illius aetatis dixissem probatos, revertar ad eos ipsos: tum reliquos, ut institui, deinceps persequar. Quoniam ergo oratorum bonorum (hos enim quaerimus) duo genera sunt, unam attenuate pressequer, alterum sublata ampleque dicentium: etsi id melius est, quod splendidius et magnificentius, tamen in bonis omnia, quae summa sunt, iure laudantur. Sed cavenda est presso illi oratori inopia et ieiunitas: ²⁰² amplo autem inflatum et corruptum orationis genus. Inveniebat igitur acute Cotta, dicebat pure ac solute; et ut ad infirmitatem laterum perscipienter contentionem omnem remiserat, sic ad virium imbecillitatem dicendi accommodabat genus. Nihil erat in eius oratione nisi sincerum, nihil nisi siccum atque sanum: illudque maximum, quod, quum contentione orationis flectere animos iudicum vix posset nec omnino eo genere diceret, tractando tamen impellebat, ut idem facerent a se commoti, quod a Sulpicio concitati. Fuit enim Sulpicius vel ²⁰³ maxime omnium, quos quidem ego audiverim, grandis et ut ita dicam, tragicus orator. Vox quum magna, tum suavis et splendida: gestus et motus corporis ita venustus, ut tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur: incitata et volubilis, nec ea redundans tamen nec circumfluens oratio. Crassum hic volebat imitari; Cotta malebat Antonium: sed ab hoc vis aberat Antonii, Crassi ab illo lepos. O magnam, inquit, artem! Bru- ²⁰⁴ tus: si quidem istis, quum summi essent oratores, duae res maximae, altera alteri defuit. Atque in his oratori- ⁵⁶ bus illud animadvertendum est, posse esse summos, qui inter se sint dissimiles. Nihil enim tam dissimile, quam

ista variandi cupiditas; quamquam, ut verum fatear, de Nat. D. 3, 16 et 17. §. 43. similiter sese excipiunt quoniam, quando, pro quo tamen Cod. Mos. quoniam. Itaque h. l. malim equidem quoniam.

[dixissem] recte se habet: praecesserat enim huius verbi actio eam actionem, quae significatur v. fluxit. Noli igitur scribere dixerim Ellendtio morem gerens.

Cotta Sulpicio, et uterque aequalibus suis plurimum praestitit. Quare hoc doctoris intelligentis est, videre, quo ferat natura sua quemque: et ea duce utentem sic instituere, ut Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi et lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Sulpicii orationes, quae feruntur, eas post mortem eius scripsisse P. Canutius putatur, aequalis meus, homo extra nostrum ordinem meo iudicio disertissimus. Ipsius Sulpicii nulla oratio est: saepeque ex eo audivi, quum se scribere neque consuesse neque posse diceret. Cottae pro se, lege Varia, quae inscribitur, eam L. Aelius scripsit Cottae rogatu. Fuit is omnino vir egregius et eques Romanus cum primis honestus idemque eruditissimus et Graecis literis et Latinis: antiquitatisque nostrae et in inventis rebus et in actis scriptorumque veterum literate peritus: quam scientiam Varro noster acceptam ab illo auctamque per sese, vir ingenio praestans omnique doctrina, pluribus et illustrioribus literis explicavit. Sed idem Aelius Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit unquam nec fuit. Scribebat tamen orationes, quas alii dicerent; ut Q. Metello F., ut Q. Caepioni, ut Q. Pompeio Rufo; quamquam is etiam ipse scripsit eas, quibus pro se est 207 usus, sed non sine Aelio. His enim scribendis¹ etiam

E. 1) scriptis

E. 1. at uterque 3. sua quemque natura 11. Cottae pro lege Varia

§. 204. [et uterque] i. e. „et tamen uterque.” Supervacaneum igitur Lambini at.

[lenissimo] Male Asc. *levissimo*; nec praestat Ellendtii susp. *lentissimo*; in quo nimia inest reprehensio Ephori. Pro *calcaria* D.: *calcar*.

§. 205. [*consuesse*] Sic Victor. Man. Lamb. Seqq. = *consuevisse* D. Asc. utraq. Ald. Crat. Herv. Stephani.

§. 206. [Q. Metello, F.] — Q. Metello, *Balearici* F. Lamb. suspic. non recepta, prob. Ell. Sed cfr. Q. *Catulum* F. §. 222.

§. 207. [*scribendis*] Sic dedi nunc ex nescio cuius suspicionem apud Corradum cum Lambino; quum *scriptis* Cdd. Edd. cett. lectio plane sit absurda. Scil. *scribdis* cum lin. corruptum est in *scriptis*, prorsus ut ad *Attic.* 1, 19, 1. in *scribendo* multo *essem* *crebrior* aequae inepte corruptum in haec; in *scripto* m. e. cr.

ipse interfui, quum essem apud Aelium adolescens eum-
 que audire perstudiose solerem. Cottam autem miror,
 summum ipsum oratorem minimeque ineptum, Aelianas
 leves oratiunculas voluisse existimari suas. His duobus ⁵⁷
 eiusdem aetatis annumerabatur nemo tertius: sed mihi
 placebat Pomponius maxime, vel dicam, minime displicebat.
 Locus erat omnino in maximis causis praeter
 eos, de quibus supra dixi, nemini: propterea quod An-
 tonius, qui maxime expetebatur, facilis in causis reci-
 piendis erat; fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat.
 Horum qui neutrum habebat, confugiebat ad Philippum
 fere aut ad Caesarem: [*secundum Philippum et Caesa-*
rem] Cotta et¹ Sulpicius expetebantur. Ita ab his² sex
 patronis causae illustres agebantur; neque tam multa quam
 nostra aetate iudicia fiebant neque hoc, quod nunc fit,
 ut causae singulae defenderentur a pluribus, quo nihil
 est vitiosius. Respondemus iis, quos non audivimus: ²⁰⁸
 in quo primum saepe aliter est dictum, aliter ad nos
 relatum: deinde magni interest coram videre me, quem-
 admodum adversarius de quaque re asseveret, maximi³
 autem, quemadmodum quaeque res audiatur. Sed nihil
 vitiosius, quam, quum unum corpus debeat esse defen-
 sionis, nasci de integro causam, quum sit ab altero per-
 orata. Omnium enim causarum unum est uaturale prin- ²⁰⁹
 cipium, una peroratio: reliquae partes quasi membra

E. 1) Cotta [secundum Ph. et C.] et 2) ab iis 3) maxime
 L. 13. ab iis 19. delatum Ib. Abest me 20. maxime

[*summum ipsum*] Excidit *ipsum* ex vitiosissima Ed. Ern.
 minore Halensi, non ex maiore.

[*aut ad Caesarem cet.*] *aut Caesarem Cotta et Sulpicius repe-*
tebantur (sic) Asc. *aut ad Caesarem Cotta Sulpicius expeteban-*
tur om. et Cdd. A. B. C. Item D. sed: expectabantur. —
aut Caesarem, Cotta, Sulpicius expetebantur Ald. Herv. Vict.
 Cum Ern. Sch. Ell. recepi Lamb. suppl., ut ipse scil. sup-
 pleri voluit, non, ut illi: *Cotta secundum Ph. et C. et Sulp.*

[*ab his*] Sic D., ut Ell. Cett.: *ab iis.*

§. 208. [*maxime autem*] Buttmannus in N. A. Soc. Lat.
 Jen. I. p. 45. recte corrigit *maximi autem*. BEIER. Perspicue
 veram emend. recepi. Paulo ante Lambinus solus *delatum;*
 idem cum Cdd., ut ait, *delevit me post v. videre.*

suo quaeque loco locata suam et vim et dignitatem tenent. Quum autem difficile sit in longa oratione non aliquando aliquid ita dicere, ut sibi ipse non conveniat: quanto difficilius cavere, ne quid dicas, quod non conveniat eius orationi, qui ante te dixerit? Sed quia et labor multo maior est totam causam quam partem dicere et quia plures ineuntur gratiae, si uno tempore dicas pro pluribus, idcirco hanc consuetudinem lubenter adscivimus.

58 Erant tamen, quibus videretur illius aetatis tertius
210 Curio, quia splendidioribus fortasse verbis utebatur et quia Latine non pessime loquebatur, usu, credo, aliquo domestico; nam literarum admodum nihil sciebat. Sed magni interest, quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur a puero, quemadmodum patres, paedagogi, 211 matres etiam loquantur. Legimus epistolas Corneliae, matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos quam in sermone matris. Auditus est nobis Laeliae, C. F., saepe sermo. Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus et filias eius Mucias ambas, quarum sermo mihi fuit notus, et neptes Licinias, quas nos quidem ambas, hanc vero Scipionis etiam tu, Brute, credo, aliquando audisti loquentem. Ego vero, ac lubenter quidem, inquit Brutus; et eo lubentius, quod 212 L. Crassi erat filia. Quid Crassum, inquam, illum censes, istius Liciniae filium, Crassi testamento qui fuit

L. 1. suam vim 3. sibi ipsum 8. libenter

§. 209. [*ut sibi ipse*] *ut tibi ipse non convenias, non ipsi altera erat Ern. susp., altera ut sibi ipsa non conveniat, quam refutat Hand ad Wopkens p. 4. — ut sibi ipsi non conveniat Beier ad Offic. T. 1. pag. 256. Ego in his sequor Cdd. Et recte dixit: ut sibi ipse non conveniat orator.*

[*ante te dixerit*] *om. te Gu. uterq. D. Man. Ald. Nep. prob. Ell. si legatur ne quid dicat; ex quo ipso apparet melius retineri te.*

§. 211. [*lubenter quidem*] *om. quidem Asc.*

§. 212. [*cuius quattuor filii*] *Excidisse puto consulares; cfr. §. 81. et in primis Philipp. 8, §. 14. Pro percomis Rivius miro acumine volebat patronus receptum a Man. Corr. Ald. Nep. Hi duo tamen Cdd. lect. in Comment. praeferunt. Sane hoc dicit: „quamvis iuris esset peritissimus, qua scientia ho-*

adoptatus? Summo iste quidem dicitur ingenio fuisse, inquit. Et vero hic Scipio, collega meus, mihi sane bene et loqui videtur et dicere. Recte, inquam, iudicas, Brute. Etenim istius genus est ex ipsius sapientiae stirpe generatum. Nam et de duobus avis iam diximus, Scipione et Crasso; et de tribus proavis, Q. Metello, cuius quattuor filii; P. Scipione, qui ex dominatu Ti. Gracchi privatus in libertatem rem publicam vindicavit, Q. Scaevola augure, qui peritissimus iuris idemque percomis est habitus. Iam duorum abavorum²⁴³ quam est illustre nomen, P. Scipionis, qui bis consul fuit, qui est Corculum dictus, alterius omnium sapientissimi, C. Laelii! O generosam, inquit, stirpem et tamquam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam atque † illuminatam sapientiam! Similiter igitur suspicor (ut conferamus parva magnis)⁵⁹ Curionis, etsi pupillus relictus est, patrio fuisse instituto puro sermone assuefactam domum: et eo magis hoc iudico, quod neminem ex iis quidem, qui aliquo in numero fuerunt, cognovi in omni genere honestarum artium tam indoctum, tam rudem. Nullum ille poëtam viderat¹,²¹⁴ nullum legerat oratorem, nullam memoriam antiquitatis collegerat: non publicum ius, non privatum et civile cognoverat: quamquam id quidem fuit etiam in aliis et magnis quidem oratoribus, quos parum his instructos

E. 1) noverat

L. 15. *illiminatam* 18. *sermoni* 21. *noverat*

mines solent fieri severi, tristes, morosi, ipse *percomis* habitus est." Praeterea hoc loco de sermone familiari loquitur.

§. 213. [*plura genera*] Quid h. l. *genera*? *Surculorum*, inquit, vel *fructuum*. Audio; sed lego *germina*. Virg. *Georg.* 2, 76. *huc aliena ex arbore germen Includunt*.

[*insitam atque illuminatam*] Sic corrupte etiam A. B. C. D. Schuetzii susp. *inoculatam* veram puto: — *innatam*, quod praeterea Schuetzio in mentem venit, coniecerat etiam Cuiacius.

[*conferamus*] *conferam* Asc. — [*aliquo in*] = *in aliquo* Asc.

§. 214. [*noverat*] *viderat* D. Gu. 1., quod verum puto, etiam propterea quod statim sequitur *cognoverat*. Hyperbolen istam *viderat* non concoquentes substituerunt gloss. *noverat*. Est autem *viderat* idem fere ac „ne extremis quidem, ut dicitur, digitis attigerat.”

artibus vidimus, ut Sulpicium, ut Antonium. Sed ei¹ tamen unum illud habebant, dicendi opus elaboratum: idque quum constaret ex quinque notissimis partibus, nemo in aliqua parte earum omnino nihil poterat. In quacunque enim una plane clauderet², orator esse non
 215 posset. Sed tamen alius in alia excellebat magis: reperi-
 ebat, quid dici opus esset et quomodo praeparari et
 quo loco locari; memoriaque ea comprehendebat Anto-
 nius; excellebat autem actione: erantque ei quaedam ex
 his paria cum Crasso, quaedam etiam superiora. At
 Crassi magis enitebat oratio. Nec vero Sulpicio neque
 Cottae dicere possumus neque cuiquam bono oratori rem
 ullam ex illis quinque partibus plane atque omnino de-
 216 fuisse. Itaque in Curione hoc verissime iudicari potest,
 nulla re una magis oratorem commendari quam verbo-
 rum splendore et copia. Nam quum tardus in cogitando,
 60 tum in instruendo dissipatus fuit. Reliqua duo sunt agere
 et meminisse: in utroque cachinnos irridentium commo-
 vebat. Motus erat is, quem et C. Iulius in perpetuum
 notavit, quum ex eo in utramque partem toto corpore
 vacillante quaesivit, „Quis loqueretur e lintre:” et Cn.
 Sicinius, homo impurus, sed admodum ridiculus neque
 217 aliud in eo oratoris simile quidquam: is quum tribunus
 pl. Curionem et Octavium consules produxisset Curioque
 multa dixisset, sedente Cn. Octavio collega, qui devin-
 ctus erat fasciis et multis medicamentis propter dolorem

E. 1) ii 2) claudicaret

L. 1. ii 5. claudicaret 6. excellebat, magis rep. 13. oratori
 ullam

[Sed ii] Sed ei D. Asc., ut frequenter in hoc libro editur. Itaque sic nunc scripsi.

[clauderet] Sic D. cum aliis Cdd. claudere pro claudicare his, quantum memini, habet Fronto *Ed. Rom.* p. 239. et 245. claudicaret e gloss. Edd. omnes. §. 227. sane est claudicabat.

§. 215. [erantque] — erant D. Nor. Asc.

[enitebat] nitebat Gu. 1. O1x. D. ut §. 238. nitens oratio.

[rem ullam] Speciose Lamb. et Ell. deleverunt rem, ortam fortasse e syll. praeced. ri. Res tamen saepius (v. c. §. 25. et 204.) de his ipsis quinque eloquentiae partibus.

§. 216. [tardus in cogitando] = in cog. tardus D. Gu. 1.

artuum delibutus, „Nunquam, inquit, Octavi, collegae tuo gratiam referes: qui nisi se suo more iactavisset, hodie te istic muscae comedissent.” Memoria autem ita fuit nulla, ut aliquoties, tria quum proposuisset, aut quartum adderet aut tertium quaereret: qui in iudicio privato vel maximo, quum ego pro Titinia Cottae peroravisset, ille contra me pro Ser. Naevio diceret, subito totam causam oblitus est idque veneficiis et cantionibus Titiniae factum esse dicebat. Magna haec im- 218
 moris ingenii signa: sed nihil turpius, quam quod etiam in scriptis obliviscebatur¹, quid paullo ante posuisset; ut in eo libro, ubi se exeuntem e senatu et cum Pansa nostro et cum Curione filio colloquentem facit, quum senatum Caesar consul habuisset omnisque ille sermo ductus e percuntatione² filii, quid in senatu esset actum: in quo multis verbis quum inveheretur in Caesarem Curio disputatioque esset inter eos, ut est consuetudo dialogorum, quum sermo esset institutus senatu misso, quem senatum Caesar consul habuisset³, reprehendit eas res, quas idem Caesar anno post et deinceps reliquis annis administravisset in Gallia. Tum Brutus admirans, Tan- 61
 tamne fuisse oblivionem, inquit, in scripto praesertim, 219
 ut ne legens quidem unquam senserit, quantum flagitii commisisset? Quid autem, inquam, Brute, stultius, quam, si ea vituperare volebat, quae vituperavit, non eo tempore instituere sermonem, quum illarum rerum iam

E. 1) oblivisceretur 2) percuntatione 3) [quem - - - habuisset]

L. 7. *Sex. Naevio* 14. *ductus esset e percuntatione*

§. 217. [*Ser. Naevio*] De Corradi susp. Lamb.: *Sex. Naevio*; scil. ex orat. pro *Quintio* Cap. 1. Sed in re incerta sequendi sunt Cdd.

§. 218. [*obliviscebatur*] Sic Gu. uterq. D. N. Asc. Crat. Vict. L. Sch. Ell. — *oblivisceretur* Man. Ald. Nep. Grut. Ern.

[*quum Senatum Caesar consul habuisset*] Haec insiticia visa Schuetzio et Ell., Ernestio autem seqq. *quem senatum Caesar consul habuisset*. Defendit Beier *Fragm. Oratt. Cic.* pag. 53.: „Iterata hic videmus ea, quorum mirabiliter oblitus esset Curio.” — Restat etiamnunc dubium, an intactum relinquendum sit *ἀνακόλουθον* omnisque ille sermo ductus, an cum Lamb. leg. *omnisque ille sermo ductus esset*, an *omnis ille sermo*

tempora praeterissent¹? Sed ita totus errat, ut in eodem sermone dicat in senatum² se, Caesare consule, non accedere, sed id dicat ipso consule, exiens e senatu. Iam, qui hac parte animi, quae custos est ceterarum ingenii partium, tam debilis esset, ut ne in scripto quidem meminisset, quid paullo ante posuisset, huic minime mirum
 220 est ex tempore dicenti solitam effluere mentem. Itaque, quum ei nec officium deesset et flagraret studio dicendi, perpaucæ ad eum causae deferebantur. Orator autem, vivis eius aequalibus, proximus optimis numerabatur propter verborum bonitatem, ut ante dixi, et expeditam ac profluentem quodammodo celeritatem. Itaque eius orationes adspiciendas tamen censeo. Sunt illae quidem languidiores, verumtamen possunt augere et quasi alere id bonum, quod in illo mediocriter fuisse concedimus: quod habet tantam vim, ut solum, sine aliis, in Curione speciem oratoris alicuius effecerit. Sed ad instituta redeamus.

62 In eodem igitur numero eiusdem aetatis C. Carbo
 221 fuit, illius eloquentissimi viri filius, non satis acutus orator; sed tamen orator numeratus est. Erat in verbis gravitas et facile dicebat et auctoritatem naturalem quandam habebat oratio. Acutior Q. Varius rebus invenientis nec minus verbis expeditus: fortis vero actor et

E. 1) praeteriissent 2) in senatu

L. 1. praeteriissent (b., ut nos.) 3. (et id dicat b.) 15. (Al. mediocre b.)

ductus est; utrique suspicioni favet error Nor. Asc. omnisque ille sermo ductus est perc. omissio e. Ad hoc autem: omnis ille sermo ductus est maxime inclinatus animus, ut continuetur cum illis: ut in eo libro cet. Pro administravisset Asc.: = administrasset.

§. 219. [*in senatum*] Sic Man. Ald. Nep. Lamb. Rursus de Ern. susp. Sch. et Ellendt. Cett. *in senatu cum D. Gu. 1. 2.* [*sed id dicat*] ∞ *et id dicat* Corradi, Lamb. et Ern. susp. [*mirum est*] om. est D.

§. 221. [*gravitas*] ∞ *granditas* Lamb. susp. admodum probabilis. cfr. §. 121. et 265. In seqq. rectius distinxi cum Asc. pr. Ald. Victor. Madvig. 1. p. 172., ut vv. *fortis vero cet. referantur ad Cn. Pomponium.* Lamb. et Recentt. plene distinguunt post *auderes*, ut *fortis actor sit Q. Varius.*

vehemens et verbis nec inops nec abiectus et quem plane oratorem dicere auderes, Cn. Pomponius, lateribus pugnant, incitans animos, acer, acerbus, criminosus. Multum ab his¹ aberat L. Fufius, tamen ex accusatione²²² M'. Aquilii diligentiae fructum ceperat. Nam M. Drusum, tuum magnum avunculum, gravem oratorem, ita dumtaxat quum de re publica diceret: L. autem Lucullum etiam acutum, patremque tuum, Brute, iuris quoque et publici et privati sane peritum: M. Lucullum, M. Octavium, Cn. F., (qui tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit), Cn. Octavium, M. F., M. Catonem patrem, Q. etiam Catulum filium, abducamus ex acie, id est, a iudiciis, et in praesidiis rei publicae, cui facile satisfacere possint, collocemus. Eodem Q. Cae-²²³ pionem referrem, nisi nimis equestri ordini deditus, a senatu discedisset. Cn. Carbonem, M. Marium et ex eodem genere complures minime dignos elegantis conventus auribus, aptissimos cognovi turbulentis concionibus. Quo in genere (ut in his² perturbem aetatum ordinem) nuper L. Quinctius³ fuit: aptior etiam⁴ Palicanus

E. 1) ab iis 2) in iis 3) L. Quintius 4) aptior autem etiam

L. 4. ab iis 17. discessisset 20. in iis 21. aptior autem etiam

§. 222. [*id est, a iudiciis*] Subdicia haec visa Manutio, Lambino, Ruhnkenio ad *Vellei.* 2, 23., Schuetzio atque Ell. (qui duo []:) facile tamen locum suum tuentur: praesidia scil. rei publicae quae sint et facile per se intelligitur, et oppositis *iudiciis* clarius etiam fit; contra *acies* quae esset oratorum, egebat explicatione aliqua. — Eadem autem prorsus est conformatio duorum locorum aequae Criticis suspectorum *Paradox. proem.* §. 4. *in lucem, id est, in forum. de Amicitia* §. 97. *in scena, id est, in concione.* Num, quaeso, credibile est ubique in talibus glossatores artibus suis induluisse? Pro *possint* malim *possent*; tunc scil., quum vixerunt. Sic in eodem eiusdem temporis significato §. 238. frustra haesit Ern. Cfr. quae notavi ad Caelianae §. 52. *Ed. min.*

§. 223. [*dissedisset*] — *discedisset* D. Hinc Lambini *discessisset.* Vide, ne rector sit forma *dissidisset*, ut est in optt. Cdd. *Sestianae* §. 44. ibique Garat.

[*L. Quinctius*] scribitur modo sic, modo *Quintius* etiam in *Fragm.* nuper repertis *pro M. Tullio.* Ed. Rom. noviss. p. 329. et 331.; tum in Cd. Vat. *Verr.* 2, 1, 47. *ibid.* p. 397., ubi

224 auribus imperitorum. Et, quoniam huius generis facta mentio est, seditiosorum omnium post Gracchos L. Apuleius¹ Saturninus eloquentissimus visus est; magis specie tamen et motu atque ipso amictu capiebat homines, quam aut dicendi copia aut mediocritate prudentiae. Longe autem post natos homines improbissimus C. Servilius Glaucia, sed peracutus et callidus cum primisque ridiculus. Is ex summis et fortunae et vitae sordibus in praetura consul factus esset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset. Nam et plebem tenebat et equestrem ordinem beneficio legis devinxerat. Is praetor eodem die, quo Saturninus tribunus pl., Mario et Flacco consulibus, publice² est interfectus; homo simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum
 225 comoediae notaverunt. Quos Sex. Titius consecutus, homo loquax sane et satis acutus, sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. Ita cavendum est, ne quid
 63 in agendo dicendove facias, cuius imitatio rideatur. Sed

E. 1) Apuleius 2) [publice]

L. 3. Apuleius 6. post homines natos 8. sordibus in praetura, consul

in Edd. excidit eius nomen. Tum *Lolliae* gentis fuisse *Palicanos* constat in primis ex nummis apud Eckhelium Vol. 5. p. 236. et Stieglitzium p. 84. et 87. non *Aciliae*, qui error occupavit Sallustii *Fragm.* p. 125. Haverc. et Quintil. 4, 2, 2.

[*aptior etiam*] Sic D. Gu. uterq. Nor. Man. Ald. Nep. Sch. Ell. — *aptior autem Asc.* — *aptior autem etiam Ald. Iu. Crat. Vict. Lamb. Ern.*

§. 224. [*peracutus*] BEIER volebat *perastutus*, quod h. l. nimis synonymum videtur cum v. *callidus*. Tum *cum primis* D. — *in primisque* Ald. Asc. sec. Crat. Herv. Rob. Steph. Ut nos Asc. pr. Vict. Man. Car. Steph. Lamb. Seqq. cfr. §. 205.

[*in praetura consul*] Haud mala videri possit Creverii susp.: *ex praetura, in praetura* quum proprie nemo consul fieri possit. Sed obstant praecedentia *ex summis* cet.; in quibus, hinc si legeres *ex pr.*, delendum esset *ex*. Quidni igitur explicemus: praetor etiam tunc, consul creatus ac designatus esset, ita ut cum praetura consulatum continuasset, si cet. —?

[*publice*] sine causa suspectum fuisse Ernestio bene demonstravit Ell.

ad paullo superiorem aetatem revecti sumus: nunc ad eam, de qua aliquantum sumus locuti¹, revertamur.

Coniunctus igitur Sulpicii aetati P. Antistius fuit, 226
rabula sane probabilis, qui multos quum tacuisset annos
neque contemni solum, sed irrideri etiam solitus esset,
in tribunatu primum contra C. Iulii illam consulatus pe-
titionem extraordinariam veram causam agens est proba-
tus: et eo magis, quod eandem causam quum ageret eius
collega, ille ipse Sulpicius, hic plura et acutiora dicebat.
Itaque post tribunatum primo multae ad eum causae,
deinde omnes, maximae quaecunque erant, deferebantur.
Rem videbat acute, componebat diligenter, memoria 227
valebat: verbis non ille quidem ornatis utebatur, sed
tamen non abiectis. Expedita autem erat et perfacile
currens oratio. Et erat eius quidem tamquam habitus
non inurbanus: actio paullum quum vitio vocis tum
etiam ineptiis claudicabat. Hic temporibus floruit iis,
quibus inter profectionem reditumque L. Sullae sine iure
fuit et sine ulla dignitate res publica. Hoc etiam magis²
probabatur, quod erat ab oratoribus quaedam in foro
solitudo. Sulpicius occiderat, Cotta aberat et Curio:
vivebat e reliquis patronis eius aetatis nemo praeter Car-
bonem et Pomponium, quorum utrumque facile superabat.

E. 1) loc. sumus 2) hoc etiam autem magis

L. 2. loc. sumus 7. (iustamb.) 15. quidam 19. hoc etiam autem magis

§. 225. Sic D. Gu. uterque. = locuti sumus Edd.

§. 226. [eandem causam] ∞ om. causam D.

§. 227. [eius quidem] Man. Ald. Nepos. Lamb. quidam, ut
volebat Schneiderus. Sed cfr. §. 259. alia quidem quasi in-
cultu — — via.

[inter prof.] ante prof. Crat. Est una de paucis iis lectioni-
bus, in quibus Crat. abit ab Asc. sec. Refutavit iam Rivius.

[hoc etiam magis] Sic D. Gu. uterq., ut volebat Ern. Id-
que praefero, quum particulae adversativae saepius intrudi
soleant, quam reliquae. — hoc autem magis Man. Ald. Nep.
Sch. Ell. — hoc etiam autem magis Asc. Edd. paene omnes
praeter Man. Ald. Nep. Sch. Ell. Restabat: — hoc autem
etiam magis propositum ab Handio Tursell. 1. p. 39.

[quaedam in foro] Omittunt in Gu. uterq. propter m praec-
edens. Non erat igitur, cur Ellendt. suspicaretur: quaedam
fori. E D. nihil notatur.

64 Inferioris autem aetatis erat proximus L. Sisenna, doctus
 228 vir et studiis optimis deditus, bene Latine loquens, narus¹
 rei publicae, non sine facetiis: sed neque laboris multi
 nec satis versatus in causis; interiectusque inter duas
 aetates Hortensii et Sulpicii nec maiorem consequi pote-
 rat et minori necesse erat cedere. Huius omnis facultas
 ex historia ipsius perspici potest: quae quum facile omnes
 vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a
 summo quamque genus hoc scriptionis nondum sit satis
 Latinis literis illustratum. Nam Q. Hortensii admodum
 adolescentis ingenium ut Phidiae signum simul adspicere
 229 et probatum est. Is, L. Crasso, Q. Scaevola consulibus,
 primum in foro dixit et apud hos ipsos quidem consules
 et quum eorum, qui affuerunt, tum ipsorum consulum,
 qui omnes intelligentia anteibant, iudicio discessit pro-
 batus. Undeviginti annos natus erat eo tempore. Est
 autem L. Paullo, C. Marcello consulibus mortuus; ex
 quo videmus, eum in patronorum numero annos quattuor
 et quadraginta fuisse. Hoc de oratore paullo post plura
 dicemus; hoc autem loco voluimus aetatem in disparem
 oratorum includere²: quamquam id quidem omnibus usu

E. 1) gnarus 2) aetatem eius in d. oratorum aetatem incl.

L. 6. (Fort. necesse habebat) 21. aetatem eius in d. oratorum aetatem incl.

§. 228. [narus] Scripsi cum Lamb. cfr. *Orat.* §. 158.

[tum indicat tamen] cfr. Beier *ad Offic.* T. 2. p. 191.

[Nam Q. Hortensii] Sic Ald. Seqq. — Namque Hortensii

D. Asc.

§. 229. [voluimus aetatem in disparem oratorum includere]
 Sic Cd. Regius B., prorsus ut Manut. Ald. Nep.; idque nunc
 recepi. Construe: *voluimus* (eum) *in disparem aetatem oratorum*
incl., i. e. eo loco primam eius mentionem facere, ubi de
 oratoribus paullo maioribus natus sermo esset, quibuscum
 tamen comparatus est. — *voluimus aetatem in disp. or. aeta-*
tem incl. (sic) A. C. Item D. Asc., sed *volumus*; omnes
 om. *eius*, ut Ven. Med. Ald. Iu. Grat. Herv. Victor. Vulga-
 tam lectionem Gruteri, Ern. Ell. reperi primum apud Rob. et
 Car. Stephanos, Corradum et Lambinum: scil.: *voluimus*
aetatem eius in disparem oratorum aetatem includere. Iam fere
 ut nos, Ern. susp. *voluimus eum in disp. or. aetatem incl.*;
 et aliquanto melius, Sch. conii.: *voluimus in disparem orato-*

venire necesse fuit, quibus paullo longior vita contigit, ut et cum multo maioribus natu, quam essent ipsi, et cum aliquanto minoribus compararentur. Ut Accius¹ iisdem aedilibus ait se et Pacuvium docuisse fabulam, quum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset: sic Hor-²⁵⁰ tensius non cum suis aequalibus solum, sed et mea cum aetate et cum tua, Brute, et cum aliquanto superiore coniungitur; si quidem et Crasso vivo dicere solebat et magis iam etiam vigeabat Antonio² et cum Philippo iam sene pro Cn. Pompeii bonis dicente in illa⁴ causa, adolescens quum esset, princeps fuit et in eorum, quos in Sulpicii aetate posui, numerum facile pervenerat et suos inter aequales M. Pisonem, M. Crassum, Cn. Lentulum, P. Lentulum Suram longe praestitit et me adolescentem nactus octo annis minorem quam erat ipse, multos annos in stadio³ eiusdem laudis exercuit et tecum simul, sicut ego pro multis, sic ille pro Appio Claudio dixit paullo ante mortem.

Vides igitur, ut ad te oratorem, Brute, perveneri-⁶⁵ mus, tam multis inter nostrum tuumque initium dicendi²³¹ interpositis oratoribus? ex quibus, quoniam in hoc sermone nostro statui neminem eorum, qui viverent, nomi-

E. 1) Attius 2) vigebat cum Antonio 3) dicente. In illa 4) studio
L. 3. (*Attius b.*) 9. *vigebat cum Antonio*

rum aetatem includere. Sed nostra sive Manut. lectio nititur Cdd. auctoritate.

§. 230. [*vigebat Antonio et cum Philippo cet.*] Ante omnia cum Edd. vett. (Ald. Victor. Lamb. Al.), iubente etiam Madvigio 1. p. 172. rectam restituimus distinctionem. Ern. Sch. Ell.: — — *dicente. In illa cet.*; in qua ratione ita se implicarant VV. DD., ut v. c. Sch. coni. daret: *dicens pro dicente.* Deinde cum D. Gu. 1. Palat. Cuiac. tum Nor. Asc. utraque. Ald. Crat. Herv. Victor. Man. Corr. Aldo Nepote delevimus *cum* ante v. *Antonio*; quod sententia non recte percepta inseruerunt uterque Stephanus, Lamb. Grut. Seqq. Iam omnia clara et recta: » Hortensius et Crasso vivo dicere solebat, qui mortuus est a. u. c. 663., et magis iam etiam (maxime puto post Crassi obitum) vigebat, florebat quam Antonius mortuus a. u. c. 667. et cum Philippo sene in causa Cn. Pompeii, ipse adolescens princeps fuit. — Tum *stadio* ex egregia Rivii coni. Lamb. Sch. Ell. Frustra Ern. suscepit patrocini-um lectt. Cdd. *studio.*

nare, ne vos curiosius eliceretis ex me, quid de quoque iudicarem, eos, qui iam sunt mortui, nominabo. Tum Brutus, Non est, inquit, ista causa, quam dicis, quamobrem de iis, qui vivunt, nihil velis dicere. Quenam igitur, inquam, est? Vereri te, inquit, arbitror, ne per nos hic sermo tuus emanet et ii tibi succenseant, quos praeterieris. Quid? vos, inquam, tacere non poteritis? Nos quidem, inquit, facillime: sed tamen te arbitror malle ipsum tacere quam taciturnitatem nostram experiri.

232 Tum ego, Vere, inquam, tibi, Brute, dicam. Non me existimavi in hoc sermone usque ad hanc aetatem esse venturum: sed ita traxit ordo aetatum orationem, ut iam ad minores etiam pervenerim. Interpone igitur, inquit, si quos videtur: deinde redeamus ad te et ad Hortensium: de me alii dicent, si qui volent. Minime vero, inquit: nam, etsi me facile omni tuo sermone tenuisti, tamen is mihi longior videtur, quod propero audire de te; nec vero tam de virtutibus dicendi tuis, quae quum omnibus, tum certe mihi notissimae sunt, quam quod¹ gradus tuos
233 et quasi processus dicendi studeo cognoscere. Geretur, inquam, tibi mos: quoniam me non ingenii praedicatorum esse vis, sed laboris mei. Verum interponam, ut placet, alios et a M. Crasso, qui fuit aequalis Hortensii, exordiar.

66 Is igitur mediocriter a doctrina instructus, angustius etiam a natura, labore et industria et quod adhibebat ad

E. 1) [quod]

L. 6. *suscenseant* 9. *id ipsum* 10. *tibi, inquam* 20. (Al. *progressus b.*)

§. 231. [*eliceretis*] Rursus de Rivii con. Man. Seqq. omnes pro Cdd. *eligeretis*.

[*ipsum*] veram lectionem habent etiam D. Ald. Asc. sec. Crat. Herv. Victor. — *id ipsum* Nor. Asc. pr. Man. Lamb.

§. 232. [*inquam, tibi*] ∞ *tibi, inquam* D. Car. Steph. Lamb.
[*quod gradus*] Ernestio et Ell. suspectum fuit *quod*. Ego *σύγχυσιν* istam fero cum Wetzelio et Schuetzio, qui sic construit: *sermo is mihi longior videtur, quod propero audire de te nec vero tam de virtutibus dicendi tuis* (audire propero quam propero, vel longum mihi est) *quod gradus tuos — studeo cognoscere* pro: »quam (propero) gradus tuos cognoscere.»

obtinendas causas curam etiam et gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit. In huius oratione sermo Latinus erat, verba non abiecta, res compositae diligenter; nullus flos tamen neque lumen ullum: animi magna, vocis parva contentio, omnia fere ut similiter atque uno modo dicerentur. Nam huius aequalis et inimicus C. Fimbria non ita diu iactare se potuit: qui omnia magna voce dicens, verborum sane honorum cursu quodam incitato, ita furebat tamen, ut mirarere tam alias res agere populum, ut esset insano inter disertos locus. Cn. autem Lentulus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quam quanta in eo facultas erat: qui quum esset nec peracutus, quamquam et ex facie et ex vultu videbatur, nec abundans verbis, (etsi fallebat in eo ipso), sic intervallis, exclamationibus, voce suavi et canora, † admirando irridebat, calebat in agendo, ut ea, quae deerant, non desiderarentur. Ita, tamquam Curio copia nonnulla verborum, nullo alio bono, tenuit oratorum locum: sic Cn. Lentulus ceterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultavit, in qua excellens fuit: neque multo

L. 15. *admirando, irridendo latebat in*

§. 231. [*admirando irridebat, calebat in agendo*] Sic A. B. D. Item C., sed *calebatque*. — „*admirabundos irretiebat et calebat*] Schuetzius *admirantes irretiebat et sic calebat*, quem pauculis lenius correctis secuti sumus. Fere eodem modo ac Schuetzius, Waardenburg in *Opuscc. critt.* Harlemi 1812. p. 57. *admirantes irretiebat, calebat*; quod Ciceronis menti consentire putabat: nam Cn. Lentulus, cui vera et genuina dicendi facultas deerat, artibus actionis irretiebat magis et fallebat, quam persuadebat, ita, ut ceterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultaret, in qua excellens esset. Quod sequitur *calebat in agendo* sollicitandum non videtur; aptissimum enim hoc verbum est et proprium. Sic infra §. 80. *actio laudatur ardens*, et Suetonius in *Iulio* C. 55. pronuntiasset dicitur *voce acuta, ardenti motu gestuque*. BEIER. Sed aliud est *ardere*, aliud *calere*; ut taceam mire componi *irretire, calere*. Similitudo sic fere continuanda: *admirantes irretiebat capiebatque* (que cum Cd. C. vel et capiebat) *in agendo*. *Capiebat* autem Schevingio in mentem venit, ita scil. ut is hoc v. excidisse arbitraretur. Mihi ante inspectum eius libellum in ipso v. *calebat* fortasse latere visum erat.

§. 235. [*neque multo*] = *nec multo* D. Asc.

secus P. Lentulus, cuius et excogitandi et loquendi tarditatem tegebat formae dignitas, corporis motus plenus et artis et venustatis, vocis et suavitas et magnitudo: sic in hoc nihil praeter actionem fuit, cetera etiam minora
 67
 236 quam in superiore. M. Piso quidquid habuit, habuit ex disciplina maximeque ex omnibus, qui ante fuerunt, Graecis doctrinis eruditus fuit. Habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limaverat, quod erat in reprehendendis verbis versutum et sollers, sed saepe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Is laborem, quasi cursum, forensem¹ diutius non tulit, quod et corpore erat infirmo et hominum ineptias ac stultitias, quae devorandae nobis sunt, non ferebat iracundiusque respuebat, sive morose, ut putabatur, sive ingenuo liberoque fastidio. Is quum satis florisset adolescens, minor haberi est coeptus postea. Deinde ex virginum iudicio magnam laudem est adeptus, et ex eo tempore quasi revocatus in cursum tenuit locum
 237 tam diu, quam ferre potuit laborem: postea, quantum detraxit ex studio, tantum amisit ex gloria. P. Murena mediocri ingenio, sed magno studio rerum veterum, literarum et studiosus et non imperitus, multae industriae et magni laboris fuit. C. Censorinus Graecis literis satis doctus, quod proposuerat, explicans expedite, non invenustus actor, sed iners et inimicus fori. L. Turius parvo ingenio, sed multo labore, quoquo modo poterat, saepe dicebat: itaque ei paucae centuriae ad consulatum

E. 1) laborem, quasi cursum forensem

L. 11. laborem quasi cursum forensem 14. moroso 20. de studio

[sic in hoc] — si in hoc D. Qui vulgatam defendent, ii dicant continuari, etsi aliquanto negligentius, comparisonem istam, quam instituit inde a vv. *Ita, tamquam*. Videndum tamen etiam atque etiam, ne *si, sic* ortum sit ex *sed*. — Partic. *si, sic, sed, scilicet* confundi tralaticium est: sic §. 256. Cd. D. pro *sic Latine, — sed Latine*.

§. 236. [*morose*] — *moroso* reperi apud unum Lambinum.

[*detraxit ex studio*] — *de studio* Lambin. item solus, ut est §. 247., unde sic videtur correxisse.

§. 257. [*L. Turius*] Sic etiam A. B. C. — L. *Curius* D. — L. *Thorius* Pighius.

defuerunt. C. Macer auctoritate semper eguit, sed fuit 238 patronus propemodum diligentissimus. Huius si vita, si mores, si vultus denique non omnem commendationem ingenii everteret¹, maius nomen in patronis fuisset. Non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio: vox, gestus et omnis actio sine lepore: at in inveniendis componendisque rebus mira accuratio: ut non facile in ullo diligentiore maioremque cognoverim, sed eam ut citius veteratoriam quam oratoriam diceres. Hic etsi etiam in publicis causis probabatur, tamen in privatis illustriorem obtinebat locum. C. deinde Piso, statarius et sermonis plenus orator, minime ille quidem tardus in excogitando, verumtamen 68 239 vultu et simulatione multo etiam acutior, quam erat, videbatur. Nam eius aequalem M'. Glabrimonem bene institutum avi Scaevolae diligentiam socors ipsius natura negligensque tardaverat. Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus. Meus autem aequalis Cn. Pompeius, vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriae cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat oratione satis amplus, rem prudenter videbat: actio vero eius habebat et in voce magnum splendorem et in motu summam dignitatem. Noster item 240 aequalis D. Silanus, vitricus tuus, studii ille quidem habuit non multum, sed acuminis et orationis satis. Q. Pompeius, A. F., qui Bithynicus dictus est, biennio quam nos fortasse maior, summo studio discendi² multaque

E. 1) evertisset 2) dicendi

§. 238. [*everteret*] — *evertisset* Ern. con. v. Garaton. ad *Milon.* p. 129. Bouon.

[*etsi etiam in*] Sic D., unde satis firmatur vulgata. — om. *etiam* Asc. — *si etiam in* Ald. Iu. Crat. Victor. improb. iam Rivio.

§. 239. [*toto genere*] — *in toto g. D.*

§. 240. [*studio discendi*] Quum sequatur *multaque doctrina*, Lambini unius lectio *discendi* pro *Cett. dicendi* recipienda videbatur. Sic Scipio *de Rep.* 1, 23. *se studio discendi a pueritia incensum dicit, usu tamen — multo magis eruditum quam literis.*

doctrina, incredibili labore atque industria; quod scire possum: fuit enim mecum et cum M. Pisone quum amicitia, tum studiis exercitationibusque coniunctus. Huius actio non satis commendabat orationem: in hac enim ²⁴¹ satis erat copiae: in illa autem leporis parum. Erat eius aequalis P. Antronius, voce peracuta atque magna, nec alia re ulla probabilis, et L. Octavius Reatinus; qui, quum multas iam causas diceret, adolescens est mortuus. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter quam parate. Et C. Staienus¹, qui se ipse adoptaverat et de Staieno Aelium fecerat, fervido quodam et petulanti et furioso genere dicendi: quod quia multis gratum erat et probabatur, ascendisset ad honores, nisi in facinore manifesto deprehensus poenas legibus et iudicio dedisset. ⁶⁹ Eodem tempore C. et L. Caepasii fratres fuerunt, qui ²⁴² multa opera, ignoti homines et repentini, quaestores celeriter facti sunt, oppidano quodam et incondito genere dicendi. Addamus huc etiam, ne quem vocalem praeterisse videamur, C. Cosconium Calidianum, qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, praebat populo cum multa concursatione magnoque clamore. Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarum. Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac urbe polleat multorum obedire tempori multorumque vel honori vel periculo servire,

E. 1) C. Stalenus

L. 6. P. Antronius (b., ut nos.) 9. audacter magis 11. C. Stalenus - - Staleno 14. (v. c. deprehensus b.) 22. (Al, Quod item b.) 23. secundarius

§. 241. [*magis audacter*] = *aud. magis* Lamb. solus.

[*Staienus*] Veram hanc scripturam cum Cdd. (etiam D. Gu. 1.) Asc. ceterisque Edd. vett. ubique nunc restitui pro Rivii, Man. et Seqq. *Staleno*. Pro *Aelium* Pighius volebat *Pactum*. Vide Ellendtium. — Similiter scripsit Florus 3, 16. in *familiam ipse se adoptabat*, Ne forte malis *poenas legibus iudicio* (= per iudicium) *dedisset*, obstat similis locus de Finn. 1, §. 47. *saepe etiam legum iudiciorumque poenis obligantur*.

§. 242. [*qui fuit M. Crassi quasi secundarum*] Rectam lect. *secundarum* praebet etiam D. Sed id in quaestionem venire potest, annon melius esset *M. Crasso*.

[*multorum obedire tempori*] *multorum* nunc minime mihi

His enim rebus, infimo loco natus, et honores et pecu-²⁴³
niam et gratiam consecutus, etiam in patronorum sine
doctrina, sine ingenio, aliquem numerum pervenerat.
Sed ut pugiles inexercitati, etiam si pugnos et plagas
Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen saepe
ferre non possunt: sic ille, quum, omni iam fortuna
prosperè functus, labores etiam magnos excepisset, illius
iudicialis anni severitatem quasi solem non tulit.

Tum Atticus, Tu quidem de faece, inquit, hauris²⁴⁴
idque iamdudum; sed tacebam: hoc vero non putabam,
te usque ad Staienos¹ et Autronios esse venturum. Non
puto, inquam, existimare te ambitione me labi, quippe
de mortuis: sed ordinem sequens in memoriam notam
et aequalem necessario incurro. Volo autem hoc per-
spici, omnibus conquisitis, qui in multitudine dicere ausi
sint, memoria quidem dignos perpaucos, verum qui²
omnino nomen habuerint, non ita multos fuisse. Sed ad
sermonem institutum revertamur. T. Torquatus, T. F.,⁷⁰
et doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis et a natura²⁴⁵
ad dicendum satis solutus atque expeditus: (cui si vita
suppeditavisset, sublato ambitu, consul factus esset:)
plus facultatis habuit ad dicendum quam voluntatis. Ita-
que studio huic non satisfecit: officio vero nec in suo-
rum necessariorum causis nec in sententia senatoria defuit.

E. 1) Stalenos 2) verum, qui

L. 11. Stalenos et Antronius (Autr. b.) 16. verum qui 19. et na-
tura 21. (Fort. suppeditasset b.)

suspectum; est: „multorum in gratiam facere quod ipsis
lubet, accommodare sese multorum voluntati.” Cfr. *pro Caelio*
§. 13. *servire temporibus suorum omnium*. Om. multorum Gu. 2.
Del. Schuetz. Ell. []. Suspectum autem factum erat Grutero
propterea quod a Palat. aberat totum istuc membrum: *mul-*
torum ob. temp. — inservire pro servire dubium etiamnunc
utrum sit Ed. Rom. lectio, an Rivii suspicio.

§. 244. [*verum qui nomen*] — *verum etiam* mavult Ell. non
videns, quod iamdudum Nizolius perspexerat, *verum* esse
adiectivum iungendum cum *v. nomen*. *Verum nomen*, ut *vera*
gloria, fama. *Nomen* quidem habebat etiam Staienus, cuius
genus dicendi *multis gratum erat et probabatur*; *verum* tamen
nomen non habebat. Sed vitiose distinguebant: *verum, qui*.

246 Etiam M. Pontidius, municeps noster, multas privatas causas actitavit, celeriter sane verba volvens, nec hebes in causis, vel dicam, plus etiam quam non hebes, sed effervescens in dicendo stomacho saepe iracundiaque vehementius: ut non cum adversario solum, sed etiam (quod mirabile esset¹) cum iudice ipso, cuius delenitor² esse debet orator, iurgio saepe contenderet. M. Messala minor natu quam nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborum: prudens, acutus, minime incautus patronus, in causis³ cognoscendis componendisque diligens, magni laboris, multae operae multarumque
 247 causarum. Duo etiam Metelli, Celer et Nepos, nihil in causis versati, nec sine ingenio nec indocti, hoc erant populare dicendi genus assecuti. Cn. autem Lentulus⁴ Marcellinus nec unquam indisertus et in consulatu pereloquens visus est, non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis. C. Memmius, L. F., perfectus literis, sed Graecis; fastidiosus sane Latinarum: argutus orator verbisque dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verum etiam cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriae.

71 Hoc loco Brutus, Quam vellem, inquit, de his etiam
 248 oratoribus, qui hodie sunt, tibi dicere luberet! et, si de aliis minus, de duobus tamen, quos a te scio laudari solere, Caesare et Marcello, audirem non minus lubenter, quam audivi de iis, qui fuerunt. Cur tandem? inquam;

E. 1) *Abest* esset 2) delinitor 3) min. incautus, patronus in c.
 4) C. autem L.

L. 10. min. incautus, patronus in c. 12. nonnihil

§. 246. [*quod mirabile esset*] Sic Cdd. Regii B. C. Omnes Edd. meae ante Gruterum, qui *esset* tacite expunxit, auctoritate tamen, ut nunc constat, Codicum: nam *esset* omittunt Cdd. Regii A. D. Ego minime del. puto, quamquam Gruterum secuti sunt recentiores, Ern. Sch. Ell. Mox *delenitor* scripsi cum Lamb. pro *delinitor*.

§. 247. [*nihil*] Recte hanc lect. defendit Ell. Lamb. et Schuetzii *nonnihil* fluxit e Rivii coni.

[*C. autem*] non tam est error typogr., quam lectio Cd. D. atque Edd. praeter Manut. Corr. Ald. Nep. Lamb. et Sch. — Manutius, ni fallor, e Fastis emendavit.

an exspectas, quid ego iudicem de istis, qui tibi sunt aequae noti ac mihi? Mihi mehercule, inquit, Marcellus satis est notus; Caesar autem parum. Illum enim saepe audiui: hic, quum ego iudicare iam aliquid possem, ab-²⁴⁹ fuit. Quid igitur de illo iudicas, quem saepe audisti? Quid censes, inquit, nisi id, quod habiturus es similem tui? Nae ego, inquam, si ita est, velim tibi eum placere quam maxime. Atqui et ita est, inquit, et vehementer placet: nec vero sine causa. Nam et didicit et, omissis ceteris studiis, unum id egit seseque quotidianis commentationibus acerrime exercuit. Itaque et lectis utitur verbis²⁵⁰ et frequentibus, et splendore vocis, [et¹] dignitate motus fit speciosum et illustre, quod dicitur; omniaque sic suppetunt, ut ei nullam deesse virtutem oratoris putem: maximeque laudandus est, qui hoc tempore ipso, † quum liceat, in hoc communi nostro et quasi fatali malo consoletur se quum conscientia optimae mentis, tum etiam

E. 1) et sine [].

L. 8. (v. c. Atquin b.) 12. et sine []. 16. quum iaceat in

§. 249. [*velim*] Sic recte iam Edd. vett. sane cum Cdd.; qua ratione urbanissime significat nullam ex eo, quod Marcellus sibi similis futurus sit, suborituram fore aemulationem immo optare se ex animo, ut Bruto ille placeat quam maxime; ita enim et se ipsum quam maxime ei placiturum. — *vellem* e solito errore Gu. uterque et D.; quem tamen probavit Hand ad *Wopkens* pag. 269. ut sit: „vellem, si permissum esset.” Verum quidni permissum id esset?

[*unum id egit*] = *id egit unum* Man. Corrad. Ald. Nepos.

§. 250. [*et dignitate*] ∞ om. et Edd. meae ante Lamb. Nec displicet.

[*quod dicitur*] om. haec D. Quidni *quod dicitur*? Nam mirum sic universe *quod dicitur*, omissis vv. *ab eo*. Fortasse tamen excusari hic potest *dicitur* iis, quae supra leguntur §. 233. *omnia fere ut similiter* — *dicerentur* scil. ab eo.

[*quum liceat*] Leg. videtur: *quum sileat*, in hoc — malo *consoletur se* i. e. quum is, in voluntarium exilium profectus, sese removerit a re publica, ut item boni omnes nunc a forensi labore atque a concionibus habendis abstinent cet. Sic §. 305. *is quidem silebat* et §. 324. *studium nostrum conticuit et obmutuit*. Locum corruptum esse plures iam senserunt. Hinc nescio qui apud Corr. *quum iaceat*, id quod recepit Lamb.; alii item apud Corr.: — *quantum liceat* prob. Lalleu. alii apud eundem Corr.: — *quoniam liceat*. — *quoad liceat* Schuetzii susp.

usurpatione et renovatione doctrinae. Vidi enim Mytilenis nuper virum atque, ut dixi, vidi plane virum. Itaque quum eum antea tui similem in dicendo viderim, tum vero nunc a doctissimo viro tibi que, ut intellexi, amicissimo, Cratippo instructum omni copia multo videbam similiorem. Hic ego, Etsi, inquam, de optimi viri nobisque amicissimi laudibus lubenter audio, tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum oblivionem quaerens hunc ipsum sermonem produxi longius. Sed de Caesare cupio audire, quid tandem Atticus iudicet. Et ille, Praeclare, inquit, tibi constas, ut de iis, qui nunc sint, nihil velis ipse dicere: et hercule¹ si sic ageres, ut de iis egisti, qui iam mortui sunt, neminem ut praetermitteres, nae tu in multos Antronios et Stalenos² incurreres. Quare sive hanc turbam effugere voluisti sive veritus es, ne quis se aut praeteritum aut non satis laudatum queri posset: de Caesare tamen potuisti dicere, praesertim quum et tuum de illius ingenio notissimum iudicium esset nec illius de tuo obscurum. Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Caesare et ipse ita iudico et de hoc huius generis acerrimo existimatore³ saepissime audio, illum omnium fere oratorum Latine loqui elegantissime. Nec id solum domestica consuetudine, ut dudum de Laeliorum et Muciorum familiis audiebamus, sed, quamquam id quoque credo fuisse, tamen

E. 1) hercle 2) Stalenos 3) aestimatore

L. 1. Mitylenis 14. sunt - - - hercle 17. Antronios et Stalenos
19. possit

§. 251. Ald. Asc. sec. Crat. Herv. Lambini qui nunc sunt a Cdd. nondum firmatum est, et aptior coni., quum in tota praepositione de Cic. cogitatione ac sententia sermo sit. Cd. D. Nor. Asc. pr. Vict. Man. Corr. Ald. Nep. habent coni. Mox *sive veritus ne quis om. es omnes meae* Edd. ante Lamb.; item Aldus Nep. Cd. D. videtur habere verbum subst. — Mox *hercule* Gu. uterque, D. pro vulg. *hercle*. cfr. §. 254. Ern. con. *posset* confirmatur etiam a Cd. D. Sicque post Ern. Lalle. (item cum Cd. Regio) Sch. Ell. pro *possit*.

§. 252. [*existimatore*] Sic praeter eos, quos in Ed. mai. nominavi, D. Asc. Victor. Reizius. Cfr. Meyerum ad *Orat.* §. 141. — *aestimatore* Manutio deberi videtur.

ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis literis et iis quidem reconditis et exquisitis summoque studio et diligentia est consecutus: quin etiam in maximis occupationibus [quum¹] ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi accuratissime scripserit primoque in libro dixerit, „verborum delectum originem esse eloquentiae;” tribueritque, mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit quam se dicere, laudem singularem: nam scripsit his verbis, quum hunc nomine esset affatus: *ac, si cogitata praeclare eloqui [ut] possent, nonnulli studio et usu elaboraverunt, cuius te paene principem copiae atque inventorem bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus: hunc facilem et quotidianum novisse sermonem † nunc pro relicto est habendum*². Tum Brutus,

73
254

E. 1) quum sine []. 2) Verba hunc - - habendum Ciceroni, non Caesari tribuuntur

L. 3. et his 5. quum sine []. 7. dilectum 14. ac si, ut c. p. e. p. 16. non pro derelicto (vel: non pro relicto b.) Verba hunc - - habendum Ciceroni, non Caesari tribuuntur. 16. Tunc

§. 253. [nunc pro relicto est habendum] Corruptelam hanc retinent Cdd. A. C. D.; auget B.: *esse habendum*. Tum Gu. 1. Ven. Asc. utraq. Ald. Crat. Victor. *hunc facile et quot.*, quo nihil iuvamur. Inter eas, quas nunc domi meae habeo Edd., Hervag. Steph. 1539. primae exhibent *facilem*. Totum autem locum e variorum con. nunc, curis secundis ac tertiis meliora edoctus, sic constituendum arbitror: *qui etiam in m. occupationibus ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi accuratissime scripserit, primoque in libro dixerit - - ; ac, si cogitata praeclare eloqui ut possent - - nun pro relicto est habendum?* Ita, ut haec omnia *ac si - - habendum* Caesaris verba sint, ut agnovit v. c. Aldus avus. Hoc dicit: „Caesar non solum bene loquendi laudem consecutus est, sed etiam in maximis occupationibus ad te ipsum scripsit praeclaros illos de analogia libros, in quorum primo dixit cet. tribuitque tibi laudem singularem his ipsis verbis expressam: *ac si cet. i. e. ac si oratores rhetoresque tantum in eloquendo elaboraverunt, tuque in primis ea in re excelluisti, nun, quaeso, loquendi accurata doctrina (quam hinc traditurus sum) atque etiam in hoc facili et quotidiano sermone bene loquendi laus (cui maximopere studeo) pro relicto habenda, reprehendenda, nimis putida habenda est? Minime, opinor.*” Jam singula videamus: *quin etiam* Schuetzius de Schneideri

Amice, hercule, inquit, et magnifice te laudatum puto, quem non solum principem atque inventorem copiae dixerit, quae erat magna laus, sed etiam bene meritum de populi Romani nomine et dignitate. Quo enim uno vincebamus a victa Graecia, id aut ereptum illis est aut certe
 255 nobis cum illis communicatum. Hanc autem, inquit, gloriam testimoniumque Caesaris tuae quidem supplicationi non, sed triumphis multorum antepono. Et recte quidem, inquam, Brute: modo sit hoc Caesaris iudicii, non benevolentiae testimonium. Plus enim certe attulit huic populo dignitatis, quisquis est ille, si modo est aliquis, qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac

coni. in *qui etiam* mutavit, recte, opinor. Tum omitto cum Gu. utroque, Veneta, Nor. et Asc. pr. *quum*. (de qua quidem omissione e Cd. D. nihil mihi notatum est:) retento *quum*, leg. sane: *qui etiam* — primo pro primoque (pro quo in Ven. est: *et primo q* cum lin., in Nor.: *et primo quae*;) nam aut haec debet esse constructio: *qui etiam* — *scripserit primoque in libro dixerit*, quae duobus certe Cdd. et Edd. vett. nititur ideoque praeferranda videtur; aut haec: *qui etiam, quum* — *scripserit, primo in libro dixerit*. Sed, nisi omnia me fallunt, *quum* Ald. Seqq. ex interpolatione est. Deinde post lit. *ui* in *eloqui ut excidisse praeclare vidit* Ern. et diu ante Ern., Lambinus, etsi hic minus opportuno loco: *ac si, ut c. eam* partic. inseruit. Nam, qui oblocuti sunt, *si possent* dicentes esse pro *ut possent* vel *num forte possent*, in cum errorem inciderunt, quia non viderunt Caesaris, neutiquam Attici esse verba *hunc* — *habendum*. Nostra in ratione inserto *ut* carere non possumus. Tum inter varias emendationes ultimorum Caesaris verborum praestat sane ea, quam Sch. dedit in Ed. mai. *num pro delicto est habendum?* ducta e Schneideriana: *non pro delicto est habendum*. Ceteras vide apud Interpretes et in mea Ed. mai. — Hoc unum addo in praesenti mea ratione iam nusquam abesse apodoses: *quum* contra Ell. de sua dicere debuerit: „Praetervidit Schuetzius et Ciceronianam sententiam *Quum scripserit* — *tribueritque*: et Caesaris dictum apodosi carere.”

§. 254. [*cum illis*] — *cum Graecis* Oxon. Cd. Reg. D.

§. 255. [*tuae quidem supplicationi non*] Sic vetustus Codex apud Rivium; qui recte probavit: „Hanc laudem ait non quidem supplicationi ipsius Ciceronis, post oppressam Catilinae coniurationem ei honorificentissimis verbis decretam, sed multorum triumphis anteponendam esse.” — *non solum* D. Asc. Edd. ante Manutium. Sed tres Cdd. Lamb. Palat. et Oxon. item omittunt *solum*.

urbe dicendi copiam, quam illi, qui Ligurum castella expugnauerunt: ex quibus multi sunt, ut scitis, triumphi. Verum quidem si audire volumus, omissis illis divinis 256 consiliis, quibus saepe constituta est imperatorum sapientia salus civitatis aut belli aut domi, multo magnus¹ orator praestat minutis imperatoribus. — At prodest plus imperator. — Quis negat? Sed tamen, (non metuo ne mihi acclametis; est autem, quod sentias, dicendi liber locus:) malim mihi L. Crassi unam pro M'. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duo². — At plus interfuit rei publicae castellum capi Ligurum quam bene defendi causam M'. Curii. — Credo. Sed Atheniensium quoque 257 plus interfuit firma tecta in domiciliis habere quam Minervae signum ex ebore pulcherrimum; tamen ego me Phidiam esse malle quam vel optimum fabrum tignarium. Quare non, quantum quisque prosit, sed quanti quisque sit, ponderandum est: praesertim quum pauci pingere egregie possint aut fingere, operarii autem aut baiuli deesse non possint. Sed perge, Pomponi, de Caesare 74 et redde, quae restant. 258

E. 1) magis 2) duos

L. 4. (Lamb. delet vv. *imperatorum sapientia* cet. b.) 5. magis
10. duos

§. 256. [*imperatorum sapientia*] Suspecta haec Lambino Ell. []. Sed recte *divina consilia* tribuuntur *imperatorum sapientiae*; quae si deleveris, illa quorum fuerint, nimis ambiguum manebit.

[*magnus*] Hanc lectionem Cd. Oxon. Nor. Victorii, Manutii, Aldi Nep. a me receptam firmat D. *magnos* exhibens. — *magis* Asc. Ald. Iu. Crat. L. Ern. Sch. Ell. non habet, quo referatur. Alterum enim requireret membrum v. c. *quam imperator artifice*, ideoque locum non habet.

[*mihī*] om. Gu. 1. E D. nihil notatur. Mox *duo* dedi cum Sch. e Gu. utroque et D. pro *duos*. — *dictionem* autem pro *Curio* rarissimo sane usu pro *actionem* consulto dixisse videtur, ut specie extenuaret Crassianae orationis comparisonem cum castellanis illis triumphis, dum revera eadem his antepositur. Vix enim adducor, ut credam *dictionem* h. l. ex v. *actionem* corruptum esse, etsi severe istum usum reprehendit Fronto *ad M. Caesarem Lib. 5, 3. quæso ne unquam eo* (vocalo) *utaris, „dictionem” pro „oratione.”*

§. 257. [*Sed*] tacite delevit Sch. in Ed. min. Pro *non possint* Nor. Asc. *non possunt*, ita, ut hoc membrum non pendeat a part. *quum*. Sed longe concinnior altera videtur ratio.

Solum quidem, inquit ille, et quasi fundamentum oratoris vides, locutionem emendatam et Latinam; cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut scientiae, sed quasi bonae consuetudinis. Mitto C. Laelium, P. Scipionem: aetatis illius ista fuit laus, tamquam innocentiae, sic Latine loquendi: nec omnium tamen. Nam illorum aequales Caecilium et Pacuvium male locutos videmus. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. Sed hanc certe rem deteriore vetustas fecit et Romae et in Graecia. Confluxerunt enim et Athenas et in hanc urbem multi inquinatae loquentes ex diversis locis. Quo magis expurgandus est sermo et adhibenda, tamquam obrussa, ratio, quae mutari non potest, nec utendum pravissima consuetudinis regula.

259 T. Flaminium, qui cum Q. Metello consul fuit, pueri vidimus. Existimabatur bene Latine, sed literas nesciebat. Catulus erat ille quidem minime indoctus, ut a te paulo est ante dictum: sed tamen suavitas vocis et lenis appel-

L. 9. *nec aliqua barbarie domestica infuscati fuerant* 13. Absunt vv. *tamquam obrussa* (b., ut nos: vel: *cum obrussa*) 16. T. *Flaminium* (b., ut nos.)

§. 258. [*locutionem*] — *elocutionem* Gu. uterq. D. Nor. Asc. [*nec omnium*] — *non omnium* Ald. Asc. sec. Crat. Herv. (Asc. pr. Victor. Manut., ut nos.) *consuetudinis fuit*: et: *non omnium* Floridus Sabinus in Gruteri *Thes.* 1. p. 1087., notante Beiero.

[*nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat*] Locum sanum esse demonstravit Ell. — *nec eos aliquae barbari in dom.* D. Gu. 1. unde pro *barbaries* leg. videtur *barbaria* e Cic. consuetudine; cfr. Heindorf ad *Nat. D.* pag. 78. — *neque os aliqua barbaries dom.* Gulielmi erat suspicio, unde Ern. suam duxit: *nec os a. barbarie d. infuscaverant*, receptam a Sch.

[*tamquam obrussa*] Sic Grut. de coni. Turnebi *Adverss.* 14, 22. vel potius P. Manutii in Schol. ad h. l. — *quantum obrussa* Cd. Nicoli apud Victor. Cuiac. Pal. Aldus Nepos. — *quantum obrussa* Gu. 1. — *quantum obrusa* D. — Corradi Cd., ipso probante, omissis, ut fit, vv. corruptis: *adhibenda ratio*. Hoc secutus est Lamb. in *Curis primis*; in secundis generose fassus errorem suum Turnebi sententiae accessit. — *quam obrusa* (non *obtusa*, ut aiunt Sch. Ell.) Edd. vett. Iam v. *tamquam* deberi vides coni. Manutii ac Turnebi, et probabilius fit e var. lect. Ciceronem scripsisse: *quasi obrussa*.

§. 259. [*lenis appellatio*] ∞ *lévis app.* Santenius ad *Terent.* p. 217.

latio literarum bene loquendi famam confecerat. Cotta, quia se valde dilatandis literis a similitudine Graecae locutionis abstraxerat sonabatque contrarium Catulo, subagreste quiddam planeque subrusticum, alia quidem quasi inculta et silvestri via ad eandem laudem pervenerat. Sisenna autem quasi emendator sermonis usitati quum esse vellet, ne a C. Rusio quidem accusatore deterreri potuit, quo minus inusitatis verbis uteretur. Quidnam ²⁶⁰ istuc est? inquit Brutus: aut quis est iste C. Rusius? Et ille, Fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante C. Rutilium¹, Sisenna defendens, dixit, quaedam eius *sputatilica* esse crimina. Tum C. Rusius, *Circumvenior*, ⁷⁵ inquit, *iudices, nisi subvenitis. Sisenna quid dicat*², *nescio: metuo insidias. Sputatilica, quid est hoc?* *sputa quid sit scio, tilica nescio.* Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus recte loqui putabat esse inusitate loqui. Caesar autem, rationem adhibens, consuetu- ²⁶¹ dinem vitiosam et corruptam pura et incorrupta consuetudine emendat. Itaque, quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quae, etiam si orator non sis, et sis ingenuus civis Romanus, tamen necessaria est) adiungit

E. 1) Chritilium 2) dicas

L. 4. *alia quadam* 7. *C. Ruscio* 9. *C. Ruscius* 11. *Chritilium*
(Al. *C. Rutilium* b.) 12. *C. Ruscius* 13. *dicas*

[*quia*] — *qui* Ern. susp.

[*alia quidem*] Sic etiam Ald. 1521. ∞ *alia quadam* Manut. Ald. Nep. L. Schuetz.

[*C. Rusio*] Sic D. Pal. Cuiac. Nor. Asc. pr. Grut. Seqq. — *C. Ruscio* Ald. Asc. sec. Crat. Hervag. L. — *C. Rusio* Man. Ald. Nep. — *C. Erucio* Pighii coni. probb. Lall. Schneid. Sch.

§. 260. [*C. Rutilium*] Ed. Rom. prob. Rivio. Sch. Ell. — *Chritilium* D. Asc. Ald. Crat. Man. L. — *Chritilium* Victor. Grut. Ern. Tum *sputatilitica* Cd. Turnebi.

[*quid dicat*] Sic Cd. Oxon. Nor. firmantes Ernestii susp. Cett., etiam D. Asc.: *dicas*.

§. 261. [*incorrupta consuetudine*] — *i. locutione* Schuetz. coni. Sed rectissime Cicero, qui nil molitur inepte, voc. *consuetudo* sic repetivit. Utrunque scil. et corruptum et incorruptum erat in consuetudine (i. e. usu loquendi) oppidanorum urbanorum; Staienorum Muciorum: sed purum Caesar deligebat. Pro *et sis*] *at* vel *sed* volebat Ern. Lamb. *magnificam et generosam* petitum est e Suetonii *Caes.* 55. nec displicet.

illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc quum habeat praecipuam laudem in communibus, non video cui debeat cedere. Splendidam quandam minimeque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu, forma etiam
 262 magnifica et generosa quodammodo. Tum Brutus: Orationes quidem eius mihi vehementer probantur; complures autem legi: atque etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum. Valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis tamquam veste detracto. Sed dum voluit alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris inurere: sanos quidem homines a scribendo deterruit. Nihil est enim¹ in historia pura et illustri brevitate dul-

E. 1) enim est

L. 6. forma et magnificam et generosam 15. enim est

§. 262. [*detracta*] Magnam in hac lect. (Sch. Ell.) elegantiam reperiunt plerique, etiam Oudendorp et summus Wolfius ad *Suet. Caes.* 56. Nihilominus videndum, ne utrobique inhaeserit accommodatio a librariis facta ad proximum voc. *veste*. Equidem cum Corrado, qui ante Turn. sic leg. coniecit, tum cum Lamb. Grut. Ern. Wytenb. praetuli *detracto*, quum soloecismorum elegantiam admirari nondum didicerim. Cfr., si vacat, quae in loco haud dissimili *labem sceleris sempiterni* restituens tandem cum uno Cd. *sempiternam* notavi ad *Caelianam* §. 52. Ed. min. In Codice autem *detracto* Turnebum invenisse apparet ex ipsius verbis: „In lib. veteri inveni *sputatilitica* equidem, nec multo post reperio: — *detracto*.” Vulgo Turnebi coniecturae id tribuunt; quamquam scio Turnebi fidem multis non sine causa interdum suspectam visam esse. Nec vero me fugit lect. *detracta*, quae sane est in omnibus Suetonii codicibus, etiam recens ab amico Schnellio collatis, aliis exemplis defendi posse veluti Tacit. *Ann.* 14, 16.: *species ipsa carminum — non impetu et instinctu, nec ore uno fluens pro: fluentium*. Sed hoc quoque minus durum, quum *species carminum* unam dumtaxat notionem constituat. — *paratum*, quod dubie proposuerat Corradus, tulit assensum Lambini. Apud Suet. item Cdd. aliq. habent *parata*, alii vitiose *paratam*. — *volent e Rivii* con. Lamb. Ern. Seqq. pro *volunt* etiam D. Asc. Edd. ante Lamb. Sed apud Suet. optimi Cdd. habent futurum. — *Nihil est enim* e Cd. D. pro Cett. *Nihil enim est*. — Pro *qui vita* Lamb. sane ex usu Tulliano *qui e vita*. Cfr. §. 4. Attamen Tacit. *Annal.* 14, 51. *concessitque vita Burrus*.

cuius. Sed ad eos, si placet, qui vita excesserunt, revertamur.

C. Sicinius igitur, Q. Pompeii illius, qui censor fuit, 76 ex filia nepos, quaestorius mortuus est, probabilis orator, 263 iam vero etiam probatus: ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagorae disciplina. Ea dat rationes certas et praecepta dicendi: quae si minorem habent apparatus, (sunt enim exilia) tamen habent ordinem et quasdam errare in dicendo non patientes vias. Has ille tenens et paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinae dicendi iam in patronorum numerum pervenerat. Erat etiam vir 264 doctus in primis C. Visellius Varro, consobrinus meus, qui fuit cum Sicinio aetate coniunctus. Is, quum post curulem aedilitatem iudex quaestionis esset, est mortuus: in quo fateor vulgi iudicium a iudicio meo dissensisse. Nam populo non erat satis vendibilis: praeceps quaedam et quum idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida et celeritate caecata oratio: sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim neque sententiis crebriorem; praeterea perfectus in literis iurisque civilis iam a patre Aculeone traditam tenuit disciplinam. Reliqui sunt, qui mortui sint, 265 L. Torquatus, quem tu non tam cito rhetorem dixisses, (etsi non deerat oratio) quam, ut Graeci dicunt, πολιτιζόν. Erant in eo plurimae literae nec eae vulgares, sed interiores quaedam et reconditae: divina memoria, summa

L. 1. qui e vita 5. immo vero 7. quae etsi 15. (Fort. mortuus est b.)

§. 263. [*iam vero etiam*] Lambini immo v. e. caret adhuc auctoritate.

[*quae si*] ∞ *quae etsi* Cd. Rivii. prob. Corrad. Receipt Lamb. Cfr. §. 200. et 272. Idem Cd. mox citata pro *caecata*; in quibus, ut et in aliis eius lectt., interpolationis consulto factae insunt vestigia.

§. 265. [*qui mortui sint*] — *sunt* e Gu. utroque Sch. Ell. Vide tamen ne auribus hic aliquid dederit Tullius. Omnino autem saepissime isti tres Cdd. Gu. 1. 2. Reg. D. coniunctivos aspernantur, veluti §. 272. *fuertint*, omnes tres: *fuertunt*; §. 292. *disceptatur* pro *disceptetur*; in quo temere sequendi non erunt.

verborum et gravitas et elegantia. Atque haec omnia vitae decorabat gravitas¹ et integritas. Me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa aetate plena literatae senectutis oratio. Quanta severitas in vultu! quantum pondus in verbis! quam nihil non consideratum exibat
 266 ex ore! Tum Brutus, Torquati et Triarii mentione commotus, (utrumque enim eorum admodum dilexerat) Nae ego, inquit, ut omittam cetera, quae sunt innumerable, de istis duobus quum cogito, doleo nihil tuam perpetuam auctoritatem de pace valuisse! nam nec istos excellentes viros nec multos alios praestantes cives res publica perdidisset. Sileamus, inquam, Brute, de istis, ne augeamus dolorem: nam et praeteritorum recordatio est acerba et acerbior exspectatio reliquorum. Itaque omittamus lugere et tantum, quid quisque dicendo potuerit, quoniam id quaerimus, praedicemus. Sunt etiam
 77 ex iis, qui eodem bello occiderunt, M. Bibulus, qui et
 267 scriptitavit accurate, quum praesertim non esset orator, et egit multa constanter: Appius Claudius, socer tuus, collega et familiaris meus: hic iam et satis studiosus et valde quum doctus, tum etiam exercitatus orator et quum auguralis, tum omnis publici iuris antiquitatisque nostrae

E. 1) dignitas

L. 2. dignitas 22. (Fort. augurii b.)

[*verborum gravitas*] Probabilius hoc loco conieceris *granditas*, ut §. 121. *granditate verborum*, quam cum Rivio *decorabat dignitas* pro *d. gravitas*. cfr. etiam §. 221. *dignitas* tamen altero loco certatim receperunt Edd. inde a Manutio: quamquam cogitari vix potest, quomodo hoc voc. in *gravitas* mutatum sit. Contra facillimus error inter *granditas* et *gravitas*. cfr. in primis §. 291. Certum tamen novi locum ubi *verborum gravitate* mutari non potest in *verborum granditate* in *Orat. de prov. consul.* §. 2.

§. 266. [*ne augeamus*] — *nec aug.* Gu. uterq. D. Lall. Sch.

§. 267. [*qui et scriptitavit*] „Sch. in Ed. mai. praetulit, quod ante Victorium vulgabatur, *qui scriptitavit*, om. et.”

ELLENDT. Omnes meae Edd. ante Victorium habent *qui et scr.*
 [*et quum auguralis*] Recta nec improbabilis est suspicio in marg. 1584. proposita *augurii*: cfr. in primis *Catonis* §. 12. Hic tamen quum *iuris* non praecedat, sed subsequatur, ambiguitatem fortasse inter nomen et adiectivum evitaturus erat ipse Cicero.

bene peritus fuit. L. Domitius nulla ille quidem arte, sed Latine tamen et multa cum libertate dicebat. Duo 268 praeterea Lentuli consulares, quorum Publius, ille nostrarum iniuriarum ultor, auctor salutis, quidquid habuit, quantumcunque fuit, illud totum habuit e¹ disciplina: instrumenta naturae deerant; sed tantus animi splendor et tanta magnitudo, ut sibi omnia, quae clarorum viro- rum essent, non dubitaret adsciscere eaque omni dignitate obtineret. L. autem Lentulus satis erat fortis orator, si modo orator, sed cogitandi non ferebat laborem: vox canora, verba non horrida sane, ut plena esset animi et terroris oratio; quaereres in iudiciis fortasse melius: in re publica, quod erat, esse iudicares satis. Ne T. qui- 269 dem Postumius contemnendus in dicendo: de re publica vero non minus vehemens orator, quam bellator fuit: effrenatus et acer nimis, sed bene iuris publici leges atque instituta cognoverat.

Hoc loco Atticus, Putarem te, inquit, ambitiosum esse, si (ut dixisti) ii, quos iamdiu colligis, viverent. Omnes enim commemoras, qui ausi aliquando sunt stantes loqui, ut mihi imprudens M. Servilium praeterisse videare.

E. 1) ex

L. 5. ex 6. (*tantus erat animi b.*) 12. (*Al. horroris b.*) 13. Ne *Ti- tius* (*Al. Ne Lucius b.*)

§. 268. [*e disciplina*] Sic D. Asc. Ald. Vict. Man. Ald. Nep., ut §. 272. = *ex discipl.* edunt inde a Lambino. Noli tamen credere Grammaticis *huiusce diei*, qui subtile statuunt discrimen inter *e* et *ex*.

[*tantus animi splendor*] — *tantus erat animi spl.* Lamb. in m. 1581., non: *tantus animi splendor erat*, ut ait Ellendt; cuius generis errores ideo tantum persequor, ne ego ipse ab iis negligentiae incuser, quibus Edd. vett. conferendi facultas aut otium non est. Nulla enim ceteroqui gloria nec voluptas inest in aliorum negligentia detegenda. Sed h. l. facile e v. *deerant elicias erat*, ut saepe e *negandi* verbo verbum *aiendi* desumendum est.

[*terroris*] — *horroris* Nor. Asc. — *fervoris* de Purgoldi coni. Sch. Ell. Sed *terror* Ciceroni sane nihil aliud nisi *δεινότης*. cfr. §. 44.; quam cur tandem denegemus Lentulo, forti oratori?

§. 269. [*Ne T. quidem Postumius*] „*Lucius*, ut opinor, vocatur ab eo, qui de re publica ordinanda scribit ad Caesarem apud Sallustium.” (*Ep.* 2, 9.) CORRADUS.

78 Non, inquam, ego istuc ignoro, Pomponi, multos fuisse,
 270 qui verbum nunquam in publico fecissent, quum melius
 aliquanto possent quam isti oratores, quos colligo, di-
 cere: sed his commemorandis etiam illud assequor, ut
 intelligatis primum, ex omni numero quam non multi
 ausi sint dicere, deinde, ex iis ipsis quam pauci fuerint
 271 laude digni. Itaque ne hos quidem equites Romanos,
 amicos nostros, qui nuper mortui sunt, P. Cominium
 Spoletinum, quo accusante defendi C. Cornelium; in quo
 et compositum dicendi genus et acre et expeditum fuit:
 T. Accium Pisarensem, cuius accusationi respondi pro
 A. Cluentio; qui et accurate dicebat et satis copiose
 eratque praeterea doctus Hermagorae praeceptis; quibus
 etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen, ut hastae
 velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis
 272 causarum generibus argumenta traduntur. Studio autem
 neminem nec industria maiore cognovi, quamquam ne¹
 ingenio quidem qui praestiterit, facile dixerim, C. Pi-
 soni, genero meo. Nullum tempus illi unquam vacabat
 aut a forensi dictione aut a commentatione domestica aut
 a scribendo aut a cogitando. Itaque tantos processus
 efficiebat, ut evolare, non excurrere videretur: eratque
 verborum et delectus elegans et apta et quasi rotunda
 constructio: quumque argumenta excogitabantur ab eo
 multa et firma ad probandum, tum concinnae acutaeque
 sententiae: gestusque natura ita venustus, ut ars etiam,
 quae non erat, et e disciplina motus quidam videretur
 accedere. Vereor, ne amore videar plura, quam fuerint
 in illo, dicere: quod non ita est; alia enim de illo maiora
 dici possunt. Nam nec continentia nec pietate nec ullo
 genere virtutis quemquam eiusdem aetatis cum illo con-

E. 1) traduntur: studio - - cognovi. Quamquam ne

L. 11. (T. Attium Alii. b.) 23. dilectus 28. (Fort. accedere vide-
 retur b.)

§. 271. [*opima*] Non est Rivii correctio, ut dicunt Ern. et
 Ell., sed sic iam habent Nor. Asc. utraque. Ald. Iu. Crat.
 Herv. Vict. cum D. et Gu. utroque. — *optima* Nescio qui
 apud Rivium.

ferendum puto. Nec vero M. Caelium praetereundum 79
 arbitror, quaecunque eius in exitu vel fortuna vel mens 273
 fuit: qui quamdiu auctoritati meae paruit, talis tribunus
 pl. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem
 turbulentamque dementiam a senatu et a bonorum causa
 steterit constantius: quam eius actionem multum tamen
 et splendida et grandis et eadem in primis faceta et per-
 urbana commendabat oratio. Graves eius conciones ali-
 quot fuerunt, acres accusationes tres eaeque omnes ex
 rei publicae contentione susceptae: defensiones, etsi illa
 erant in eo meliora, quae dixi, non contemnendae tamen
 saneque tolerabiles. Hic, quum summa voluntate bono-
 rum aedilis curulis factus esset, nescio quomodo discessu
 meo discessit a sese ceciditque, postea quam eos imitari
 coepit, quos ipse perverterat. Sed de M. Calidio dica- 274
 mus aliquid, qui non fuit orator unus e multis, potius
 inter multos prope singularis fuit; ita reconditas exqui-
 sitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio.
 Nihil tam tenerum quam illius comprehensio verborum:
 nihil tam flexibile, nihil, quod magis ipsius arbitrio
 fingeretur, ut nullius oratoris aequae in potestate fuerit:
 quae primum ita pura erat, ut nihil liquidius; ita libere
 fluebat, ut nusquam adhaeresceret; nullum, nisi loco
 positum et tamquam in *vermiculato emblemate*, ut ait
 Lucilius, structum verbum videres: nec vero ullum aut
 durum aut insolens aut humile aut longius ductum: ac
 non propria verba rerum, sed pleraque tratata: sic
 tamen, ut ea non irruisse in alienum locum, sed immi-
 grassae in suum diceres. Nec vero haec soluta nec dif-
 fluentia, sed adstricta numeris non aperte nec eodem modo

L. 15. M. Callidio 27. translata

§. 273. [*eius in exitu*] — in eius e. D.

§. 274. [*prope singularis*] — om. *prope* Gu. uterq. D.,
 male prob. Heusingero. Est ex illo genere minus urbano
 omissionum partic. *satis* (§. 282. in v. *satis acre* Gu. 1. om.
satis) *prope*, *paene*, *quasi*, *tamquam*, *velut*, quod aliquoties iam
 tetigimus. Hoc loco perverso librorum iudicio accessit
 etiam Heusingerus.

275 semper, sed varie dissimulanterque conclusis. Erant autem et verborum et sententiarum illa lumina, quae vocant Graeci *σχίματα*, quibus tamquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio. QVA DE RE AGITVR autem illud, quod¹ multis locis in iurisconsultorum in-
 80 cluditur formulis, id ubi esset, videbat. Accedebat ordo
 276 rerum plenus artis, actio liberalis totumque dicendi placidum et sanum genus. Quod si est optimum suaviter dicere, nihil est, quod melius hoc quaerendum putes. Sed, quum a nobis paullo ante dictum sit tria videri esse, quae orator efficere deberet, ut doceret, ut delectaret, ut moveret: duo summe tenuit, ut et rem illustraret disserendo et animos eorum, qui audirent, devinciret voluptate: aberat tertia illa laus, qua permoveret atque incitaret animos, quam plurimum pollere diximus; nec erat ulla vis atque contentio: sive consilio, quod eos, quorum altior oratio actioque esset ardentior, furere

E. 1) autem, illud quod

L. 1. (*dissimiliterque* Lamb. b.) 4. Absunt vv. *in ornatu*. 5. *autem, illud quod (autem, id quod b.)* 13. *demulceret*

[*dissimulanterque*] Opponitur hoc verbo *aperte* longeque praestat suspicioni Lamb. in m. 1584. *dissimiliterque*.

§. 275. [*in ornatu*] scil. scenae aut fori. (ut recte iam Grut.) Locum ex *Orat.* §. 134. comparavit Buttmannus in *N. A. S. L. Ien.* I. p. 47. Idem deinceps volgatum *et ubi esset* supplere maluit *et, quid esset et ubi esset*, quam cum Ern. reponere *id ubi esset*. Saepius tamen pronomen cum emphasi sic videtur abundare. BEIER. Scil. *id ubi iam* Corr. Ald. Nep. Manut. L. Tum rursus Ern. coni. Seqq. — Cett. cum Cdd. notis, etiam D., *et ubi*.

§. 276. [*altior*] — *elator* volebat Lamb. in *Annot.* non improb. Schuetzjo, qui proposuit etiam *acrior*. Hoc vero vix unquam corruptum esset; illud (*elator*) nequaquam necessarium est: scil. quum §. 66. iunxisset *elatione atque altitudine orationis suae*, h. l. acquievit in voc. *altior*. Omnino vix satis cauti esse possumus in tralatis mutandis vel saltem in suspicionem adducendis; veluti paullo ante in *devinciret voluptate*, de quo cur dubitemus, nulla omnino est causa, Lambino placuit *demulceret*, Ernestio *deleniret*; recte haec quoque dicuntur, sed, quod ipsum voluit h. l. Tullius, *devincire* plus est quam vel *delenire* vel *demulcere*, quo verbo Liviano Cicero nusquam utitur.

atque¹ bacchari arbitraretur, sive quod natura non esset ita factus sive quod non consuesset sive quod non posset. Hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, absuit: si opus erat, defuit. Quin etiam memini, quum in²⁷⁷ accusatione sua Q. Gallio crimini dedisset sibi cum venenum paravisse idque a se esse deprehensum seseque chirographa, testificationes, indicia, quaestiones, manifestam rem deferre diceret deque eo crimine accurate et exquisite disputavisset, me in respondendo, quum essem argumentatus, quantum res ferebat, hoc ipsum etiam posuisse pro argumento, quod ille, quum pestem capitis sui, quum indicia mortis se comperisse manifesto et manu tenere diceret, tam solute egisset, tam leniter, tam oscitanter. *Tu istuc, M. Calidi, nisi fingeres, sic²⁷⁸ ageres? praesertim quum ista eloquentia alienorum hominum pericula defendere acerrime soleas, tuum negligeres? ubi dolor? ubi ardor animi qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces et querelas solet. Nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percussa, non femur: pedis (quod mini-*

E. 1) et

L. 1. et bacchari 13. se manifesto comperisse 15. ageres praesertim ista eloquentia? Quum alien.

[atque bacchari] Reperi ex Gu. 1. D.; quippe quod h. l. et numerosius est et melius furorem ipsum refert, quam Celt.: — et bacchari.

[sive quod non posset] Haec pro gloss. praecedentium sive quod natura non ita esset factus habet Walch Emendd. Liv. p. 213. Sed quis talia gloss. adscripserit? Illud refer ad indolem animi, hoc vero ad vires corporis, quae voluntati haud sufficerent.

§. 278. [frons non percussa] ∞ non frons percussa e Quintil. 11, 3, 123. Ellendt. Sed magnam cautionem adhibeamus necesse est in corrigendis Cdd. lectionibus e Quintiliano, qui talia saepe memoriter laudavit; ut taceamus, quid in eo sibi indulserint et grammatici et librarii. Quamquam fatendum est, aliquoties lectiones ab eo praebitas Cdd. nuper demum collatis confirmari. Ceterum formulam quod minimum est corruptam in quod nimium est habes in simili loco Caesarii apud Quintil. 11, 4, 51. Mox Quintil. abest pro absuit. Tum quod somnum D. e falso gloss.

mum est) nulla suppositio. Itaque tantum abfuit, ut inflammare nostros animos; somnum isto loco vix tenebamus. Sic nos summi oratoris vel sanitate vel vitio pro argumento ad diluendum crimen usi sumus.

279 Tum Brutus, Atque dubitamus, inquit, utrum ista sanitas fuerit, an vitium? Quis enim non fateatur, quum ex omnibus oratoris laudibus longe ista sit maxima, inflammare animos audientium et, quocumque res postulet modo, flectere, qui hac virtute caruerit, id ei, quod maximum
81 fuerit, defuisse? Sit sane ita, inquam: sed redeamus ad eum, qui iam unus restat, Hortensium, tum de nobismet ipsis, quoniam id etiam, Brute, postulas, pauca dicemus; quamquam facienda mentio est, ut quidem mihi videtur, duorum adolescentium, qui, si diutius vixissent, magnam essent eloquentiae laudem consecuti.

280 C. Curionem te, inquit Brutus, et C. Licinium Calvum arbitror dicere. Recte, inquam, arbitraris: quorum quidem alter¹ ita facile soluteque verbisolvebat satis interdum acutas, crebras quidem certe sententias, ut nihil posset ornatus esse, nihil expeditius. Atque hic a magistris parum institutus naturam habuit admirabilem ad dicendum. Industriam non sum expertus: studium certe fuit. Qui si me audire voluisset, ut coeperat, honores quam opes consequi maluisset. Quidnam est, inquit,

E. 1) alter (quod verisimile dixisset)

L. 5. Atqui 10. (Fort. sit ita sane b.)

§. 279. [*Atque dubitamus*] Vitiosum *Atqui* primum vidi in Cratandrina, tum Man. Corr. Lamb. Grut. *Atque* Nor. Ald. Iu. Asc. sec. Victor. Ald. Nep. Ern. Seqq. Alio errore *At dub.* Asc. pr.

[*quocumque res postulet modo, flectere*] Haud prorsus inscite nescio qui apud Corr. censebat v. *modo* delendum esse. Satis tamen illud vindicatur ipsa positione. Glossator posuisset post v. *quocumque*.

§. 280. [*arbitraris*] ∞ *Brute, arbitraris* Nor. Asc. pr.

[*alter*] Post haec Cdd., etiam D., Edd, meae praeter Lamb. Sch. et Ell. inserunt: *quod veri simile dixisset*. Est absurdum gloss. ad illa *Recte -- arbitraris*, cuiusmodi in scholis solebant facere mediae aetatis magistri. Del. Lambin, Sch, Ell. (Ern. [].)

[*a magistris parum*] ∞ *parum a mag. D.*

istuc¹? et quemadmodum distinguis? Hoc modo, in-²⁸¹
 quam. Quum honos sit praemium virtutis iudicio studio-
 que civium delatum ad aliquem, qui eum sententiis, qui
 suffragiis adeptus est, is mihi et honestus et honoratus
 videtur. Qui autem occasione aliqua, etiam invitis suis
 civibus, nactus est imperium, ut ille cupiebat, hunc no-
 men honoris adeptum, non honorem puto. Quae si ille
 audire voluisset, maxima cum gratia et gloria ad summam
 amplitudinem pervenisset, ascendens gradibus magistra-
 tum, ut pater eius fecerat, ut reliqui clariores viri.
 Quae quidem etiam cum P. Crasso, M. F., quum initio
 aetatis ad amicitiam se meam contulisset, saepe egisse me
 arbitror, quum eum vehementer hortarer, ut eam laudis
 viam rectissimam esse duceret, quam maiores eius ei
 tritam reliquissent. Erat enim quum institutus optime,²⁸²
 tum etiam perfecte planeque eruditus: ineratque et inge-
 nium satis acre et orationis non inelegans copia: praeter-
 ereaque sine arrogancia gravis esse videbatur et sine
 segnitia verecundus. Sed hunc quoque absorbit aestus
 quidam non insolitae adolescentibus gloriae: qui, quia
 navarat miles operam imperatori, imperatorem se statim
 esse cupiebat: cui muneri mos maiorum aetatem certam,
 sortem incertam reliquit. Ita gravissimo suo casu, dum
 Cyri et Alexandri similis esse voluit, qui suum cursum
 transcurrerant, et L. Crassi et multorum Crassorum in-

E. 1) istud

L. 12. (Al. me egisse b.)

§. 281. [*hunc nomen cet.*] = *hunc nomen honoris, non honorem adeptum puto* e Cd. aliquo Regio (non D.) Lalle. Sch. in Ed. mai.

§. 282. [*non insolitae*] Sic, e con. puto, primum emendatum est in Asc. sec. Secuti sunt Crat. Herv. Camer. Lamb. Ern. Ell. Probavit vel Aldus Nepos. Abest non a Cdd. (Gu. utroque, D.) Nor. Asc. Ald. Iu. Vict. Man. Ald. Nep. Sch. sane perperam.

[*dum — — voluit*] An *voluit* ortum e praesenti *vult*, quum haec part. *dum* constructio cum praes. fere legitima sit, saepe autem a librariis ei substituantur praeterita?

[*transcurrerant*] Ne quid tentes, (Ell. enim prope cogitabat de emendando *percurrerant*;) adscribo Forcellini explicatio-
 nem: »qui non per gradus, sed quasi saltibus cursum gloriae

82 ventus et dissimillimus. Sed ad Calvum (is enim nobis
 283 erat propositus) revertamur: qui orator fuisset quum literis
 eruditior quam Curio, tum etiam accuratius quoddam
 dicendi et exquisitius afferebat genus: quod quamquam
 scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens
 in se atque ipse sese observans metuensque ne vitiosum
 colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. Itaque
 eius oratio nimia religione attenuata doctis et attente
 audientibus erat illustris: a multitudine autem et a foro,
 cui nata eloquentia est, devorabatur.

284 Tum Brutus, Atticum se, inquit, Calvus noster dici
 oratorem volebat: inde erat ista exilitas, quam ille de

L. 2. (Fort. qui quum orator fuisset literis b.) 7. (Al. depravabat;
 quod minus placet. b.)

confecerant." et Corradi: „qui ultra cursum aetatis progressi
 fuerant." Ego quidem in his interpretationibus acquiesco;
 praevideo tamen fore exstiturum, qui emendet: *transcurrerat*,
 ut referatur ad Crassum: „is, qui cupiditate et gloria ductus
 longius progressus erat, quam aetatis cursus naturalis ferebat,
 inventus est cet.

§. 283. [*qui orator fuisset cet.*] Credit Waardenburg *Opuscc.
 critt.* p. 158. emendari commode posse: *qui orator fluens et
 quum literis erat eruditior, tum cet.* „Ut oratio, ita etiam
 orator fluere dicitur; infra Cap. 91. se ipsum Cicero vocat
redundantem et superfluentem; et *Orat. C. 12.* Herodotum dicit
fluere. Contraria sunt *claudicare, haerescere*. Ceterum inter
voc. literis et eruditior propter literarum similitudinem facil-
 lime excidere potuit *erat*, quod tamen melius fortasse reti-
 cebitur." Sic ille. Sed frustra tumultuantur hic V. V. D. D.
 Ad plusquamperf. conditionaliter positum intellige *futurus*,
 videlicet: „si diutius vixisset." Cfr. Cap. 81, 279. Livius 35, 15.
*Id enim iam specimen sui dederat, ut si vita longior contigisset,
 magni iustique regis in eo indolem fuisse appareret*; ubi item
 dici poterat: „Haud dubie, si vita l. contigisset, magnus
 iustusque rex *fuisset* (scil. *futurus*), ut ex eo, quod iam de-
 derat sui specimen, apparebat." Et h. l. dici poterat: „in
 quo quum literis eruditioris indolem oratoris *fuisse* apparebat,
 quam Curio fuit, tum cet." BEIER. Recte ita Cdd. lectionem
 vindicavit amicus meus, ut similiter fecerat iam Heusing.
 Iam vero Corradus volebat: *qui orator fuit quum cet.*, non,
 ut ait Ellendt, paene ubique errans: *qui orator fuit, sed.*
 Levia sunt ista, inquit; fateor, sed maxima ex talibus oritur
 confusio. Ceterum hic rursus, ut saepe, mirifice nos ludit
 editorum incredibills socordia. Schuetzius enim Aldinae tri-
 buit: *qui orator fuisset quum literis eruditior*; quae sane non
 est Aldinae solius, sed Cdd. et Edd. omnium usque ad Ern.

industria consequeretur. Dicebat, inquam, ita: sed et ipse errabat et alios etiam errare cogeat. Nam si quis eos, qui nec inepte dicunt nec odiose nec putide, Attice putat dicere, is recte nisi Atticum probat neminem. Insultat enim et insolentiam tamquam insaniam quandam orationis odit: sanitatem autem et integritatem quasi religionem et verecundiam oratoris probat. Haec omnium debet oratorum eadem esse sententia. Sin autem ieiuni-285 tatem et siccitatem et inopiam, dummodo sit polita, dum urbana, dum elegans, in Attico genere ponit, hoc recte dumtaxat: sed quia sunt in Atticis alia meliora, videat, ne ignoret et gradus et dissimilitudines et vim et varietatem Atticorum. — Atticos, inquit, volo imitari. — Quos? nec enim est unum genus. Nam quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias? quam iidem¹ et

E. 1) idem

L. 1. *consectabatur* 15. *idem*

lectio. Nihilominus Ell. dicit se edere cum Aldina: *qui orator quum fuisset lit.*; id quod in nulla Aldd. meorum reperitur, sed arbitraria est Schuetzii transpositio in Ed. mai. Miro casu factum est, ut nec Lamb. in m. 1584. (non Gothofredus, ut ait Ellendt:) proponens: *qui quum orator fuisset*, nec Sch. coni. edens *qui quum fuisset*, nec denique Ellendtius animadverterent, omnibus istis coni. tolli necessariam oppositionem inter partt. *quum* et *tum*. Sic mox Rivio tribuunt lect. *dependebat*; quum Rivius haec scripserit: „Sunt qui legant *dependebat*: quomodo reperi in exemplari quodam Veneto. Sed est (nisi fallor) vulgata lectio (*deperdebat*) melior.” Scil. *deperdebat* primum reperi in Asc. sec. tum Crat. — *dependebat* D. Nor. Asc. pr. Ald. Iu.

§. 284. [*consequeretur*] Lamb. *consectabatur*. Sed cfr. §. 287. Et conatus tantum significatur tempore imperfecto.

[*oratoris probat*] *oratoris* suspectum Ellendtio. Potest utique videri *διπρογοραγία* superioris voc. *orationis* alieno loco intrusa, vel etiam hoc ipsum (*orationis*) (scil. *orois* cum lin. scribit D.) a glossatore repetitum. Verum oppositionem quandam h. l. inter *orationem* atque *oratore* vel variandi causa captasse videtur Tullius; aurium quidem iudicio ubi steteris, *oratoris* vocabulo h. l. carere vix poteris.

§. 285. [*dissimilitudines*] — *similitudines* mero casu Gu. 1., quum gemellus eius Cd. Reg. D. veram lectionem servet.

[*quam iidem*] Sic D. et Cuiac. prob. Gulielm. Schuetz. — *idem* Cett., etiam Ellendt. Sed *Idem* scribebatur pro *iidem*; et pro *idem* (num. sing.) ea, quam vult Ell. sententia, requiretur *hic*.

Hyperides? quam omnium horum Aeschines? Quem igitur imitaris? Si aliquem, ceteri ergo Attice non dicebant: si omnes, quî potes, quum sint ipsi dissimillimi inter se? In quo illud etiam¹ quaero, Phalereus ille Demetrius Atticene dixerit. Mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsae Athenae videntur. — At est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides, quam Lysias: —
 83 Natura quaedam aut voluntas ita dicendi fuit. Et quidem
 286 duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamen: quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, quum cupere videretur imitari Lysiam: Demochares autem, qui fuit Demostheni sororis filius, et orationes scripsit aliquot et earum rerum historiam, quae erant Athenis ipsius aetate gestae, non tam historico quam oratorio genere perscripsit. At Charisii vult Hegesias esse similis, isque se ita putat Atticum, ut
 287 veros illos prae se paene agrestes putet. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa (quam tamen consequitur) concinnitate puerile? — Atticorum similes esse volumus. — Optime. — Suntne igitur ii Attici oratores? — Quis negare potest? — Hos imitamur. — Quo modo, qui sunt et inter se dissimiles et aliorum? — Thucydidem, inquit, imitamur. — Optime, si historiam

E. 1) etiam illud

L. 11. *multas orationes scripsit, quas* 12. *Demosthenis*

[*si aliquem*] i. e. *si aliquem unum* potius quam *si aliquem horum*. Sane h. l. non obtinet ea significatio, qua alibi invenitur *aliquis pro alius quis*, frustra id ad h. l. negante Ell. cfr. ad *Caelianam* §. 55. Ed. min.

[*illud etiam*] Sic D. Omnes Edd. meae, etiam Lamb. et Ald. Nep. — *etiam illud* sine auctoritate Repet. Lamb. 1584. in contextu. Grut. Ern. Sch. Ell.

§. 286. [*quorum Charisius multarum orationum*] Graece *πολλῶν ἢν λόγων*, sicque §. 246. *Messala* — *multae operae multarumque causarum*. — *pro Caelio* §. 64. *plurimarum fabularum poëtriae*. Falsam lectionem *multas orationes* ego reperi apud Manutium dumtaxat et Corradum derelictos iam ab Aldo Nepote (qui restituit genitivos casus:) non in Aldina 1521., non in Victoriana; quibus eandem tribuunt aliis atque ego oculis praediti Schuetzius et Ellendtius. Manutianam rursus interpolavit Lamb.: — *multas orationes scripsit, quas*.

scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis etiam fuit: hoc forense, concertatorium, iudiciale non tractavit genus. Orationes autem, quas interposuit, (multae enim sunt) eas ego laudare soleo; imitari neque possim, si velim, nec velim fortasse, si possim. Ut, si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus natum velit, nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anicium consulem quaerat: (— atqui eae notae sunt optimae; credo: sed nimia vetustas nec habet eam, quam quaerimus, suavitatem nec est iam sane tolerabilis: num 288 igitur, qui hoc sentiat, si is potare velit, de doliō sibi hauriendum putet? — minime, sed quandam sequatur aetatem:;) sic ego istis censuerim et novam istam quasi de musto ac lacu fervidam orationem fugiendam nec illam praeclaram Thucydidi¹ nimis veterem tamquam Anicianam notam persequendam. Ipse enim Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior. — Demosthenem igitur imitemur. — O dii boni! quid, 84 quaeso, nos aliud agimus aut quid aliud optamus? — At 289 non assequimur. — Isti enim videlicet Attici nostri,

E. 1) Thucydidis

L. 6. (Al. neque velim b.) 20. quid ergo nos (Ut nos, b.)

§. 288. [quasi de musto ac lacu] Sic Cdd. Regii A. B. D. Edd. ante Schuetz. = quasi de musto et lacu Cd. Reg. C. Videtur proverbium Latinum, nec quidquam mutandum. Utique significat: „orationem ita fervidam, ut fervere solet mustum recens de lacu haustum”, ut sit unum de sexcentis illis, quibus tanto opere gaudebant antiqui, ἐν δὴ δὴ οἶν, quae vocant. Proverbii haud prorsus dissimilis speciem habet illud Propertii ed. Iacob. 3, 17, 2. *Ipsa petita lacu nunc mihi dulcis aqua est.* — quasi musteam de lacu ac ferv. Schneideri susp. — quasi mustum de lacu ferv. Sch. con. — quasi musteam ac de lacu ferv. Ell. con.; ita, ut quarto alicui critico vix quod mutet atque invertat, remaneat. Hoc autem est *variare giros*, ut Taciti verbo utar. Formam *Thucydidi* h. l. habent Cd. D. Nor. Victor. Man. Lamb. Grut. Sch. Ell. Cett., etiam Ern., *Thucydidis*.

§. 289. [quaeso] Sic Margo 1584. de Paulli Manutii suspitione. Ern. Sch. Ell. — quasi D. Nor. Asc. pr. Vict. Man. Ald. Nep. in contextu. — ergo ex interpol. Asc. sec. Crat. Cam. Lamb.

quod volunt, assequuntur. Ne illud quidem intelligunt, non modo ita memoriae proditum esse, sed ita necesse fuisse, quum Demosthenes dicturus esset, ut concursus audiendi causa ex tota Graecia fierent. At quum isti Attici dicunt, non modo a corona, quod est ipsum miserabile; sed etiam ab advocatis relinquuntur. Quare si anguste et exiliter dicere est Atticorum, sint sane Attici; sed in comitium veniant, † ad stantem iudicem dicant: subsellia grandiolem et pleniorlem vocem desiderant. Volo hoc oratori contingat, ut, quum auditum sit eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribae sint in dando et cedendo loco, corona multiplex, iudex erectus; quum surgat¹ is, qui dicturus sit, significetur a corona silentium, deinde crebrae assensiones, multae admirationes: risus, quum velit; quum velit, fletus: ut, qui haec procul videat, etiam si, quid agatur, nesciat, at placere tamen et in scena esse Roscium intelligat. Haec cui contingant,

E. 1) surgit

L. 14. surgit 18. (v. c. scaena b.)

[*Ne illud*] — *Nec illud* D. Asc.; qui error multis iam mirifice placebit: miram enim elegantiam quaerunt nostri temporis grammatici in vitio isto iamdudum exploso ab optimis Criticis Sec. XVI.

[*ad stantem iudicem dicant*] Locus corruptus. Sic Cdd. (etiam Regii quattuor a Blunschlino inspecti) et Edd. omnes. Nullum tamen iudicum genus apud antiquos tam ineptum atque stultum erat, ut staret. Legendum putabam: *stantes ad iudicem dicant*, plane ut §. 269. *qui ausi aliquando sunt stantes loqui*. Cfr. Plinii *Epp.* Lib. 1, 23. *abstinui causis agendis primum, quod deforme arbitrabar, cui assurgere — omnes oporteret, hunc omnibus sedentibus stare*. Nunc autem video hoc requiri: *ad stilitium iudicem*. Nimis agrestem praebet sententiam Kahntii suspicio: *ad oscitantem* cet.

§. 290. [*erectus; quum surgit*] Sic Edd. notae. — *erectus* (sic) *consurgat* D., quod facit ad firmandam Ellendtii coni. *quum surgat* nunc a me receptam maxime propter seqq. *qui dicturus sit*. Priore loco si indicativo usus esset, continuasset, puto, sic: *qui dicturus est*.

[*admirationes*] Vide, ne ortum sit, ut alibi, hoc voc. ex v. *admurmurationes*. Cfr. tamen § 198. *eam admirationem assensionemque commovit*, ubi Cdd. lectionem satis tutatur id quod sequitur: *iudex, qui separatim alterum admiratus esset*.

eum scito Attice dicere, ut de Pericle audivimus, ut de Hyperide, ut de Aeschine, de ipso quidem Demosthene maxime. Sin autem acutum, prudens et idem sincerum²⁹¹ et solidum et exsiccatum genus orationis probant nec illo graviore ornatu oratorio utuntur et hoc proprium esse Atticorum volunt, recte laudant. Est enim in arte tanta tamque varia etiam huic minutae subtilitati locus. Ita fiet, ut non omnes, qui Attice, iidem bene; sed, ut omnes, qui bene, iidem etiam Attice dicant. Sed redeamus rursus ad Hortensium.

Sane quidem, inquit Brutus: quamquam ista mihi tua⁸⁵ fuit periucunda a proposita oratione degressio. Tum²⁹² Atticus, Aliquoties sum, inquit, conatus, sed interpellare nolui. Nunc, quoniam ad perorandum spectare videtur sermo tuus, dicam, opinor, quod sentio. Tu vero, inquam, Tite. Tum ille, Ego, inquit, ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis et Xenophontis et Aeschini¹ libris utitur, facetam et elegantem

E. 1) Aeschinis

L. 16. Attice 18. Aeschinis

Verr. 2, 4, §. 27. inde a Crat. edunt *admurmuratio*, ubi Cd. Reg. optimus *admiratio*.

[*audivimus*] Est ab Aldo; retinuerunt omnes usque ad Sch., tum Ell. — *audimus* Gu. uterque. D. Ven. Nor. Asc. pr. Schuetz. Vide Heusing. Gerhard. et Beier ad Offic. 1, 6, 5. Multi iam in isto usu nescio quam elegantiam reperisse sibi visi sunt. Mihi vero persuasum est, ubique fere eam ortam esse e contractione formae *audivimus* in *audiimus*; meaque sententia inde potissimum confirmatur, quod numero singulari eo significato nunquam reperies *audio*, sed semper *audivi*, ut §. 50. *audivi fuisse neminem*.

§. 291. [*graviore ornatu*] Lego: *grandiore ornatu*. Opponitur hoc *minutae subtilitati*. Similiter de *opt. gen. or.* §. 12.: pro *grave ornatumque* restituendum erat *grande ornatumque*. »Gravis» autem »ornatus» omnino inepte dicitur.

§. 292. [*quoniam ad perorandum*] *quoniam iam ad p. D.* Videtur tamen error e geminatione ortus. Sic ad *Attic.* 3, 13, 2.: *Nunc quoniam est Cyzicum nobis eundum*, item Cd. Ambros. Iens. Asc. Crat. Lamb.: *quoniam iam est cet.* Contra *iam* nolim deleri in *Caelianae* §. 41. *aetas etiam iam corroborata* cfr. nos ad eum locum in Ed. minore. Pro *Tite* (firmato a D.): — *Attice* Nor. Asc. Margo Crat. Lamb.

[*Aeschini*] praebent Gu. uterq. D.

puto. Est enim et minime inepti hominis et eiusdem etiam faceti, quum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogat: ut apud Platonem Socrates in caelum effert laudibus Protagoram, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceteros; se autem omnium rerum inscium fingit et rudem. Decet hoc nescio quomodo illum: nec Epicuro, qui id reprehendit, assentior. Sed in historia, qua tu es usus in omni sermone, quum, qualis quisque orator fuisset, exponeres, vide, quaeso, inquit, ne tam reprehendenda sit ironia quam in testimonio. Quorsum¹, inquam, istuc?
 293 non enim intelligo. Quia primum, inquit, ita laudavisti quosdam oratores, ut imperitos posses in errorem inducere. Equidem in quibusdam risum vix tenebam, quum Attico Lysiae Catonem nostrum comparabas, magnum mehercule hominem vel potius summum et singularem virum; nemo dicet secus: sed oratorem? sed etiam Lysiae similem? quo nihil potest esse pictius. Bella ironia, si iocaremur: sin asseveramus, vide, ne religio nobis tam
 294 adhibenda sit, quam si testimonium diceremus². Ego

E. 1) Quorsus 2) dicamus

L. 19. (Fort. si iocamur b.)

[disceptetur] — disceptatur Gu. uterq. D. Sch. Ell. cfr. §. 265. Pro arrogant Ern. volebat arrogant.

[Quorsum] Sic Gu. uterq. D. Lamb. = Quorsus Cett.

§. 293. [posses] — possis Ell. susp. Sed: posses fortasse; possis contra significaret, id fere egisse Ciceronem, ut lecturos in errorem induceret.

[quam Attico] ∞ ut quum Attico Ell. non mala susp.

[quo nihil potest esse pictius] perfectius Sarpe in Quaestionibus philol. p. 48. cfr. Quintil. X. 1, 78. Adde supra §. 35. Fortasse legi item poterit politius; cfr. §. 194. Orator §. 29. BEIER; qui in suo exemplari recepit perfectius. Elegantiam tamen minutis in rebus, et eam quidem saepe quaesitam significare mihi videtur voc. pictius: cui elegantiae opponitur nuditas atque asperitas Catoniana; Catonis scil. lineamenta duntaxat erant, nondum pigmenta (§. 298.); quod ipsum voc. satis nostro loco vindicat v. pictius. Praeterea haud nimis probabile est voc. obvium perfectius, etsi per compendium scriptum pfectius, transisse in pictius.

[si iocaremur] si iocamur (non iocemur, ut ait Ell.) Margo 1584. — dicamus Ernestii est conii. cfr. Ellendt.

enim Catonem tuum ut civem, ut senatorem, ut imperatorem, ut virum denique quum prudentia et diligentia, tum omni virtute excellentem probo: orationes autem eius, ut illis temporibus, valde laudo: significant enim quandam formam ingenii, sed admodum impolitam et plane rudem. Origines vero quum omnibus oratoriis¹ laudibus refertas diceres et Catonem cum Philisto et Thucydide comparares, Brutone te id censebas, an mihi probaturum? Quos enim ne e Graecis quidem quisquam imitari potest, iis tu comparas hominem Tusculanum, nondum suspicantem, quale esset copiose et ornate dicere? Galbam laudas: si ut illius aetatis principem, assentior: 86 sic enim accepimus: sin ut oratorem, cedo, quaeso,²⁹⁵ orationes (sunt enim) et dic, hunc, quem tu plus quam te amas, Brutum velle te illo modo dicere. Probas Lepidi orationes. Paullum hinc tibi assentior, modo ita laudes, ut antiquas: quod idem² de Africano, de Laelio, cuius tu oratione negas fieri quidquam posse dulcius, addis etiam, nescio quid augustius: nomine nos capis

E. 1) oratoris 2) item

E. 5. *formam quandam* 17. *item* (Al. *idem* b.)

§. 294. [*orationes autem*] Vide, ne hoc quoque loco *autem* depravatum sit e v. *etiam*, ut factum est quum alibi, tum §. 170.

[*quandam formam*] = *formam quandam* habent Car. Steph. et Lamb. soli. cfr. *Orat.* §. 181. *quasi quaedam forma*.

[*oratoriis laudibus*] Sic dedi cum Man. Corr. Lamb. Aldo Nep. cfr. *Orator.* §. 11. Alia ratio est in *oratoris laudibus* §. 279. — *oratoris* Cett.

[*te id*] Sic etiam D. — om. *te omnes meae* ante Lamb., item Ald. Nepos.

§. 295. [*accepimus*] Num hic quoque, §. 77. et 333. emendabunt *accipimus*? cfr. Beier *ad Offic.* 1, 6, 5. Non credo: Falsum id omnino videtur.

[*quod idem*] Sic D. Ed. Rom. Margo 1584. Scil. constructio vulgata distinctione puncti ante v. *addis* et rursus ante v. *nomine* obscurata, rectiore nunc declarata haec est: „quod idem dicis de Africano, de Laelio (cuius — — dulcius, addis etiam augustius quod quale sit haud satis scio:) in ea re nomine nos capis eet.” Ceteri: *quod item*. Sed cfr. supra §. 66. §. 195. §. 242. *ad Attic.* 5, 21, 40. Gernhard *ad Laelium* p. 33.

[*capis*] Sic iam Nor. Asc. pr. Man. L. Aldus Nepos. Seqq. — *capi* err. typogr. Ald. Asc. sec. Crat. Victor. — *capi vo-*

summi viri vitaeque elegantissimae verissimis laudibus. Remove haec: nae ista dulcis oratio ita sit abiecta, ut
 296 eam adspicere nemo velit. Carbonem in summis oratoribus habitum scio: sed quum in ceteris rebus, tum in dicendo, semper, quo nihil est melius, id laudari, quaecunque est, solet. Dico idem de Gracchis: etsi de iis ea sunt a te dicta, quibus ego assentior. Omitto ceteros: venis¹ ad eos, in quibus iam perfectam putas esse eloquentiam, quos ego audiui, sine controversia magnos oratores, Crassum et Antonium. De horum laudibus tibi prorsus assentior: sed tamen non isto modo, ut Polyleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat, sic tu suasionem legis Serviliae tibi magistram fuisse. Haec germana ironia est. Cur ita sentiam, non dicam, ne me tibi assentari putes.
 297 Omitto igitur, quae de his² ipsis, quae de Cotta, quae de Sulpicio, quae modo de Caelio dixeris. Hi³ enim fuerunt certe oratores; quanti autem et quales, tu videris. Nam illud minus curo, quod congressisti operarios omnes: ut mihi videantur mori voluisse nonnulli,
 87 ut a te in oratorum numerum referrentur. Haec quum ille dixisset, Longi sermonis initium pepulisti, inquam, Attice, remque commovisti nova disputatione di-

E. 1) venio 2) iis 3) Ii

L. 2. ne ista („et ita v. c.” b.) 6. de eis 8. venio 11. Absunt v. isto modo 15. de iis 17. Ii 21. detulisti

lens Hervag. Stephanus uterque. Ed. 1584. in contextu, ex mira interpolatione vel Asc. tertiae 1531. vel Hervagii.

§. 296. [*quo nihil*] Sic primum emendatum est in Asc. sec. Tum in Crat. Hervag. Camer. Lamb. Ern. Seqq. — *quoniam* n. Gu. uterq. D. Asc. pr. Aldina 1521. Iu. Victor. — *quum* n. Man. Corr. Ald. Nepos.

[*venis*] Sic D. Nor. Asc. utraq. Ald. Crat. Vict. eadem forma orationis, qua hinc saepius utitur: — *laudas* — — *probas* — — *negas* — — *capis* — — *sunt a te dicta*. — *venio* Hervag. Rob. Steph. Seqq. — Verba *isto modo* Lamb. delevit coni.

§. 297. [*de his*] Sic D. Nor. Asc. Man. — *de iis* Cett. Sic Mox *Ii enim* Asc. Iu. L. Ern.

[*pepulisti*] a remorum pulsu desumptum hoc tralatum recte se habet. Tribuunt Victorio; sed primum sic emendatum est in Asc. sec. Tum Crat. Herv. Gronov. 1692. Seqq. — *depulisti* Cdd. (etiam D.) N. Asc. Ald. Iu. Victor. — *detulisti* Man. Corr. L. Ald. Nepos. (— *intulisti* vel *propulisti* Sch. suspic.)

gnam, quam in aliud tempus differamus. Volvendi enim 298
 sunt libri quum aliorum, tum in primis Catonis. Intelli-
 ges nihil illius lineamentis nisi eorum pigmentorum, quae
 inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. Nam
 de Crassi oratione sic existimo, ipsum fortasse melius
 potuisse scribere: alium, ut arbitror, neminem. Nec in
 hoc ironiam duxeris¹ esse, quod eam orationem mihi
 magistram fuisse dixerim. Nam etsi tu melius existimare
 videris de ea, si quam nunc habemus, facultate; tamen,
 adolescentes quid in Latinis potius imitemur, non ha-
 bebamus. Quod autem plures a nobis nominati sunt, eo 299
 pertinuit, (ut paullo ante dixi), quod intelligi volui, in
 eo, cuius omnes cupidissimi essent, quam pauci digni
 nomine evaderent. Quare εἴρωνα me, ne si Africanus
 quidem fuit, (ut ait in historia sua C. Fannius) existimari
 velim. Ut voles, inquit Atticus. Ego enim non alienum
 a te putabam, quod in Africano fuisset et in Socrate.
 Tum Brutus, De isto postea: sed tu (inquit, me intuens) 300
 orationes nobis veteres explicabis? Vero, inquam, Brute:

E. 1) dixeris

E. 16. (Al. existimari nolim b.) 19. Ego vero

§. 298. [ut arbitror] i. e. nisi equidem fallor. Sine causa
 ut del. Sch. — []. Ell.

[duxeris esse] Sic Gu. 4. Ed. Ald. (quam Venetam h. l. nuncupat Rivius:) prob. Rivio. Iu. Asc. sec. Crat. Hervag. Victor. Man. Lamb. Ald. Nep. Schuetz. Satis notum nunc est *duco esse*, quod Ern., Goerenz, Reisig Latinum esse negabant, innumerabilibus locis apud Cic. reperiri ac saepissime corruptum esse vel deleto verbo substantivo vel v. *ducendi* in *dicere* mutato. Cfr. quae notavi ad *Caelianam* §. 78. Ed. min. ubi corrupte legebatur *rem p. violatam diceret* pro *rem p. violatam esse duceret*: et Moserum in l. *de Rep.* p. 562. nostri loci haud immemorem. Exemplis ab amico allatis adde ad *Attic.* 1, 20, 1. *nihil duco esse commodius*. *Brut.* §. 281, *ut eam laudis viam rectissimam esse duceret*. *Verr.* 2, 4, §. 72. cet. — *eduxeris* Gu. 2. D. Nor.; ex quo faciendum esset *edixeris* (cfr. Ochsneri V. C. *Ecl. Cic.* pag. 225. Ed. tert.) — *dixeris* Ed. Rom. Asc. pr. Ern. Ell.

§. 299. [existimari velim] — *ex. nolim* Stephanus uterque soli inter meos. Sed quum praecedat negatio *ne* — *quidem*, negatur etiam v. *velim*. Inter utramque lect. fluctuabat Lamb., utramque rectam perhibens. Sed *nolim* est dumtaxat e conii.

§. 300. [Vero, inquam] — *Ego vero*, i. Asc. sec. (non

sed in Cumano aut in Tusculano aliquando, si modo
88 licebit: quoniam utroque in loco vicini sumus. Sed iam
ad id, unde degressi¹ sumus, revertamur.

301 Hortensius igitur, quum admodum adolescens orsus
esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi
coeptus est; quamquam inciderat in Cottae et Sulpicii
aetatem, qui annis decem maiores eccellente tum Crasso
et Antonio, deinde Philippo, post Iulio, cum his² ipsis
dicendi gloria comparabantur³. Primum memoria tanta,
quantam in nullo⁴ cognovisse me arbitror, ut, quae se-
cum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem
redderet, quibus cogitavisset. Hoc adiumento ille tanto
302 referente, omnia adversariorum dicta meminisset. Arde-
bat autem cupiditate sic, ut in nullo unquam flagrantius
studium viderim. Nullum enim patiebatur esse diem, quin

E. 1) digressi 2) iis 3) comparabatur 4) in ullo

L. 8. *cum iis* 9. *comparabatur* 12. *excogitavisset* 13. *sua com-
mentata*

Ald.) Crat. Hervag. Lamb. Sed cfr. *de Republ.* 1, 37. *Vero minus.*

§. 301. [*ad maiores*] — *ad omnes* Oxon., ex mero errore: nec coniungendum arbitror *ad omnes maiores*. (cfr. §. 226.)

[*deinde*] = *dein* D. Gu. 1. Nor. Asc.

[*cum his*] Sic D., ut volebam. — *cum iis* Edd.

[*comparabantur*] Sic primus emendavit Crevierius apud Lallemand *Cic. Opp.* Vol. 9. pag. 563. Tum rursus Sch. — *comparabatur* Ceteri omnes, etiam Ell., mero soloecismo. Etsi sic construxisse videntur: »Quamquam Hortensius inciderat in C. et S. aetatem, qui annis decem maiores (erant) — cum his ipsis is (Hortensius) comparabatur.» Quod tamen omnino falsum. Nam vv. *quamquam* ad praecedentia pertinet: »Hortensius nihilominus celeriter ad maiores causas adhiberi coeptus est, quamquam inciderat in Cottae et Sulpicii aetatem et natu maiorum et cum excellentissimis oratoribus Crasso, Antonio cet. iam comparari solitorum.»

[*in nullo*] Sic recte Man. Corr. L. Ald. Nep. Sch. Ell. prob. Wolfio ad *Marcellian. Praef.* pag. XXI. — *in ullo* Asc. sec. Crat. Grut. Ern. prob. Goerenz ad *Finn.* 5, 21, 59. — *in viro* D. Nor. Asc. pr. Ald. Iu. Victor.

[*cogitavisset*] Sic D. Nor. Victor. Man. Ald. Nep. Grut. Ern. Seqq. — *excogitavisset* solito in h. v. errore (*Orator.* §. 9.) Asc. Ald. Iu. Crat. Lamb.

[*et commentata*] om. et D. Lamb.

aut in foro diceret aut meditaretur extra forum: saepissime autem eodem die utrumque faciebat. Attuleratque minime vulgare genus dicendi: duas quidem res, quas nemo alius: partitiones, quibus de rebus dicturus esset, et collectiones, memor et quae essent dicta contra quaeque ipse dixisset. Erat in verborum splendore elegans,³⁰³ compositione aptus, facultate copiosus: eaque erat quum summo ingenio, tum exercitationibus maximis consecutus. Rem complectebatur memoriter, dividebat acute, nec praetermittebat fere quidquam, quod esset in causa aut ad confirmandum aut ad refellendum. Vox canora et suavis: motus et gestus etiam plus artis habebat, quam erat oratori satis. Hoc igitur florescente, Crassus est mortuus, Cotta pulsus, iudicia intermissa bello, nos in forum venimus. Erat Hortensius in bello, primo anno⁸⁹ miles, altero tribunus militum: Sulpicius legatus aberat,³⁰⁴ etiam M. Antonius: exercebatur una lege iudicium Varia, ceteris propter bellum intermissis: cui frequens aderam¹

E. 1) qui frequentes aderant

L. 5. (*memor, quae* Lamb. b.) 18. *qui frequentes aderant, tantum pro se*

§. 302. [*collectiones*] Sic Ald. Asc. sec. Seqq. — *coniectio- nes* D. Pal. Cuiac. Gu. 1. — *coniunctiones* Nor. Asc. pr. Tum nota et quae) (*quaeque*. Cfr. Goerenz. ad *Acad.* p. 67. *de Finn.* p. 518. Plautus *Amphitr.* 1, 1, 111. et *facta moresque*.

§. 303. [*Erat in*] ∞ *in suspectum* Ellendtio. Defendi tamen potest e notatione v. *elegans*. »*Erat in verbis splendidis eligendis industrius et accuratus.*»

§. 304. [*cui frequens aderam*] Sic ex mea collatione Cd. D., Ed. princeps, teste Leclerquo, tum Buttman et Sch. coni. partim etiam Schneider. Eodem alludunt lect. Cdd. Regg. Gu. 1. 2. Nor. Asc. pr., ut vidit iam Schneider: — *qui* (i. e. *quoi*) *frequens aderam*. Quam quomodo emendanda esset haud intelligentes dederunt: *qui frequentes aderant* Ald. Iu. Asc. sec. Crat. Victor. Man. Lamb. Ern. Ell., qui exemplis minime huc facientibus defendere studet insolitum alias usum v. *adesse*; quum tamen in singulis his membris dicatur, Tullius quomodo versatus sit in studio discendi. Sequens *quamquam* Cdd. omnium et Edd. praeter Lamb. (*tantum*) et Sch. (*quum*) retissime se habet. »*Aderam, inquit, huic iudicio, quamquam una lege Varia causis inter se simillimis vel potius iisdem* (§. 321.) *non sine fastidio quodam exercebatur, et aderam, quamquam identidem pro se ipsi dicebant isti, minus utique*

quamquam pro se ipsi dicebant oratores non illi quidem principes, L. Memmius et Q. Pompeius, sed oratores tamen, teste diserto uterque Philippo, cuius in testimonio contentio et vim accusatoris habebat et copiam.

305 Reliqui, qui tum principes numerabantur, in magistratibus erant quotidieque fere a nobis in concionibus audiebantur. Erat enim tribunus pl. tum C. Curio, quamquam is quidem silebat, ut erat semel a concione universa relictus: Q. Metellus Celer, non ille quidem orator, sed tamen non infans: disertum autem Q. Varius, C. Carbo, Cn. Pomponius: et hi¹ quidem habitabant in rostris. C. etiam Iulius, aedilis curulis, quotidie fere accuratas conciones habebat. Sed me cupidissimum audiendi primus dolor percussit, Cotta quum est expulsus. Reliquos

E. 1) ii

L. 7. tunc C, Curio 11. ii

solute ac libere minoreque cum artificio, quam si sine ullo timore pro aliis dixissent. BEIERI annotatio haec est: „*cui frequens aderam*] Sic Ph. Buttmannus in *Nov. Act. Soc. Lat. Ien.* I. p. 49. s. pro volg. *qui frequentes aderant*. Schneiderus Saxo coni. *cui frequenter aderam*. *Quamquam*, interprete Buttmanno, obiectionem occupat, quid per oratores tam mediocres proficere potuerit Cicero. Virgulam ante *non illi quidem* insertam sustulimus. Tum inseruimus *utens*, auctore Buttmanno, qui tamen suaserat: *diserto utentes uterque Philippo*. Nos fugimus versus. *Uterque* cum singulari numero concordat in exemplis ap. Ruddimann. *Institt. Gramm. Latin.* P. II. ed. Stallbaum. p. 366. cum n. 22.” Cfr. Beierum etiam in *Fragmm. Oratt.* p. 134. Ceterum minime necessarium est, ut h. l. inseratur explicatio *utens* vel *utentes*. Ceterum in priore mea annotat. Ed. mai. delenda sunt, quae dixi de Ellendtio. Ipse enim publice testatus est se Schueideri, Buttmanni et Schuetzii interpretationem (suâ utique longe meliorem) haud probare. Ego autem eius Latinitatem haud satis intellexeram. Scil. is totius loci rationem minime perspexit; alioqui non prolapsus esset in pravam istam coniecturam: *teste Philippo, cuius contentionem et vim accusatoris uterque habebat et copiam*: quae vix atque vix Latina est, nedum Tullio digna.

§. 305. [*tum C. Curio*] Sic Man. Corr. Ald. Nepos. Grut. Seqq. (nec quidquam mihi contra notatum est e Cd. D.) — *tunc Curio* Nor. Asc. pr. — *tunc C. Curio* Ald. Asc. sec. Crat. Herv. Steph. Lamb.

[*et ii*] ∞ *et hi*, ut volebam, habent revera Man. Corrad. Ald. Nep., unde restitui.

frequenter audiens acerrimo studio tenebar quotidieque et scribens et legens et commentans oratoriis tamen¹ exercitationibus contentus non eram. Iam consequente anno Q. Varius sua lege damnatus excesserat. Ego autem³⁰⁶ iuris civilis studio multum operae dabam Q. Scaevolae, P. F., qui, quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat. Atque huic anno proximus Sulla consule et Pompeio fuit. Tum P. Sulpicii in tribunatu quotidie concionantis totum genus dicendi penitus cognovimus. Eodemque tempore, quum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset Romamque venisset, totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, in quo hoc etiam commorabar attentius, quod, etsi rerum ipsa-

E. 1) tantum

L. 2. tantum (Al. or. tamen b.) 5. (Lamb. hoc totum iuris civilis studio suspicatur esse aliunde inductum. b.)

[*oratoriis tamen*] Lectio haec Man. Corr. Aldi Nep. Sch. Ell., probata etiam Lambino, clarius significat, se, quod ait §. 315., a *prima adolescentia* operam dedisse etiam philosophiae (contra quam soliti erant ceteri eloquentiae forensis studiosi apud Romanos) quam lectio Cd. D. Oxon. Gu. utriusq. Nor. Asc. Ald. Iu. Crat. (Lamb.) Ern. *tantum*, quae duae partic. ubique confunduntur propter scribendi compendia. Minus perspecta illa aliorum etiam praeter rhetorica iam tum a Cicerone susceptorum studiorum mentione, olim negandi particula mihi suspecta visa erat: nunquam autem hoc, ut nunc video, dixisset de se ipse: *oratoriis tantum exercitationibus contentus eram.*

§. 306. [*P. F.*] ∞ Q. F. i. e. auguri, Laelii genero, volebat Wetz. cfr. Ellendt.

[*concitatus*] — *incitatus* Nor. Asc. Margo Crat.

[*in quo hoc etiam — quod etsi*] In his, quae e vetere exemplari proposuit Rivius, non improbavit Corr. in Commentario, receperunt Lamb. Ern. Seqq., nulla mihi notata est varietas e D., quamquam Schneid. e Gu. 1. saltem refert abesse v. *quod*, ut in Edd. vet. ante Lamb., etiam in Man. Corr. Car. Steph. Ald. Nep.; in Edd. ante Man. Corr. deest etiam *hoc*. Omnes autem cum D. Gu. 1. *sed tamen*: in quibus Riv. (cum suo exemplari) Lamb. Ern. Seqq. deleverunt *sed*. („Recte Buttmanus l. l. p. 51. oppositionem declarat supplendo in hunc modum: „tamen illis non opus erat, quoniam cet.“ „*doch ohne das.*“ Similiter cogitationes confunduntur *Lib. IV. in Ferr. 3, 7.* BEIER.)

rum varietas et magnitudo summa me delectatione retinebat, tamen sublata iam esse in perpetuum ratio iudiciorum
 307 videbatur. Occiderat Sulpicius illo anno tresque proximo
 trium aetatum oratores erant crudelissime interfecti,
 Q. Catulus, M. Antonius, C. Iulius. Eodem anno etiam
 90 Moloni Rhodio Romae dedimus operam et actori summo
 causarum et magistro. Haec etsi videntur esse a pro-
 posita ratione diversa, tamen idcirco a me proferuntur,
 ut nostrum cursum perspicere, quoniam voluisti, Brute,
 possis (nam Attico haec nota sunt) et videre, quemadmo-
 dum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis per-
 308 secuti. Triennium fere fuit urbs sine armis, sed oratorum
 aut interitu aut discessu aut fuga (nam aberant etiam
 adolescentes M. Crassus et Lentuli duo) primas¹ in causis
 agebat Hortensius: magis magisque quotidie probabatur
 Antistius; Piso saepe dicebat; minus saepe Pomponius,
 raro Carbo, semel aut iterum Philippus. At vero ego
 hoc tempori omni noctes et dies in omnium doctrinarum
 309 meditatione versabar. Eram cum Stoico Diodoto; qui

E. 1) fuga; nam - - duo; primas

E. 8. oratione 11. (Fort. *ipsis* b.) 15. *magisque magisque* Ib. probabatur. Antistius, Piso saepe dicebant

§. 307. [*Eodem anno etiam*] — *Eodem etiam alio* (sic vitiose) D.

[*ratione*] — *oratione* Asc. pr., ut Lamb. Cd. D. et Nor. firmant ceterarum mearum Edd. lectionem.

[*ipsius vestigiis*] Optime significat haec lectio Cdd. et Edd. omnium Ciceroni id propositum fuisse, ut Hortensium iisdem artibus, quibus is eloquentiae principatum antea esset adeptus, primum assequeretur, deinde superaret. Non erat igitur, cur Lambinus proponeret *ipsis vestigiis*; quod vix atque vix transisset in *ipsius v.*, quum casuum accommodationes tanto opere librariis soleant placere. Ego potius haereo aliquantum in vv. *in spatio* sic nude et sine ullo attributo positis pro *in curriculo eloquentiae*. Optimum hoc quoque loco esset tralatum; *in stadio*.

§. 308, [*sed oratorum*] Ernestius falsa loci distinctione deceptus, proposuit *et*. Verum sententia haec est: „Triennium fere fuit urbs sine armis; nec tamen ideo plures vigeabant oratores, quos aemulos metuendos habuisset Hortensius; sed quia ii aut interierant aut discesserant aut fugerant, eo facilius primas in causis agebat Hortensius.”

quum habitavisset apud me mecumque vixisset, nuper est domi meae mortuus. A quo quum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercebar; quae quasi contracta et adstricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu, Brute, iudicavisti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam esse dilatatam¹ putant, consequi non posse. Huic ego doctori et eius artibus variis atque multis ita eram tamen deditus, ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset. Commentabar declamitans (sic enim ³¹⁰ nunc loquuntur) saepe cum M. Pisone et cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie; idque faciebam multum etiam Latine, sed Graece saepius: vel quod Graeca oratio plura ornamenta suppeditans consuetudinem similiter Latine dicendi afferebat: vel quod a Graecis summis doctoribus, nisi Graece dicerem, neque corrigi possem neque doceri. Tumultus interim pro recuperanda re publica et ³¹¹ crudelis interitus oratorum trium, Scaevolae, Carbonis, Antistii: reditus Cottae, Curionis, Crassi, Lentulorum, Pompeii: leges et iudicia constituta: recuperata res publica: ex numero autem oratorum Pomponius, Censorinus, Murena sublati. Tum primum nos ad causas et privatas et publicas adire coepimus, non ut in foro disceremus, quod plerique fecerunt, sed ut, quantum nos efficere potuissemus, docti in forum veniremus. Eodem ³¹² tempore Moloni dedimus operam: dictatore enim Sulla, legatus ad senatum de Rhodiorum praemiis venerat. Itaque prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum

E. 1) dilatatam esse

L. 1. (Al. *apud me cum Quinto* et ita Cod. R. (i. e. Ed. Romana.) b.)
3. (Fort. *tum in dial. stud. b.*) 16. (v. c. *reciperanda b.*) 19. (v. c. *reciperata b.*)

§. 309. [*apud me mecumque*] Sic primus Hervagius, ut ipse ait Rivius, cui hanc emendat. tribuunt; tum Seqq. — *apud me cunque v.* cum D. Edd. ante Hervag. praeter Rom.: — *apud me, cum Quinto v.*

[*cum aliquo*] — *cum alio* Hervag. solus.

[*esse dilatatam*] Sic D. Lamb. = *dil. esse* Cett.

[*tamen deditus*] — *tum d.* Asc.

§. 310. [*loquuntur*] ∞ *loquimur* Gu. 1. D. Eadem difficultas, quae nos male habuit in *Oratoris* §. 161.

commendationis habuit, ut non ulla esset, quae non digna nostro patrocínio videretur. Deinceps inde multae, quas nos diligenter¹ elaboratas et tamquam elucubratas afferebamus.

91 Nunc, quoniam totum me non naevo aliquo aut cre-
 313 pundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere, complectar nonnulla etiam, quae fortasse videantur minus necessaria. Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis: procerum et tenue collum: qui habitus et quae figura non procul abesse putatur a vitae periculo, si accedit labor et laterum magna contentio. Eoque magis hoc eos, quibus eram carus, commovebat, quod omnia sine remissione, sine varietate, vi summa
 314 vocis et totius corporis contentione dicebam. Itaque quum me et amici et medici hortarentur, ut causas agere desisterem: quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a sperata dicendi gloria discedendum putavi. Sed quum censerem remissione et moderatione vocis et commutato genere dicendi me et periculum vitare posse et

E. 1) quas non minus dil.

L. 2. (Lamb. *patrocínio nostro b.*) 3. *quas non minus dil.* 11. (Al. *si accedat b.*)

§. 312. [*habuit*] Sic Ald. Seqq. Nec quicquam contra mihi notatum est e D. — *habui* Gu. uterq. Edd. vett. Asc. pr., non improb. Ern. Sed altera lectio longe urbanior.

[*digna nostro*] Sic D. Victor. Lamb. Ern. Seqq. = *nostro digna* Nor. Asc. utraq. Ald. Herv. Man. Ald. Nep. — *patrocínio nostro*, quod tribuitur Lambino in marg. 1584., nusquam alibi reperi.

[*non minus diligenter*] Sic reperio primum in Asc. pr., probabiliter e Mediol. Tum asciverunt Man. Corr. Lamb. Seqq. Videndum, utrum e Cd. deprompta sit lectio, an e con. dumtaxat; quod mihi quidem probabilius est. Sic enim emendasse videntur errorem Ven. Nor. *non diligenter*. Omnino certa lectio Gu. 1. D. Ald. Asc. sec. Crat. Herv. Vict. Camer. *nos diligenter* praeferenda videbatur. Nam et per se minus aptam censeo ceterarum actionum comparisonem cum Rósciana; et modestior etiam nostra est lectio.

[*et tamquam*] e veteri exempl. commendavit Rivius. Receperunt Man. Corr. L. — *etiam quam* Priores cum D.

§. 313. [*accedit*] ∞ *accedat* Margo 1584. et Ern. susp.

§. 314. [*discedendum*] — *discendum* Gu. 1. D. — *desciscendum* Ern. susp. Cfr. Ell.

temperatius dicere: ut consuetudinem dicendi mutarem, ea causa mihi in Asiam proficiscendi fuit. Itaque quum essem biennium versatus in causis et iam in foro celebratum meum nomen esset, Roma sum profectus. Quum³⁴⁵ venissem Athenas, sex menses cum Antiocho, veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho, fui studiumque philosophiae nunquam intermissum a primaque adolescentia cultum et semper auctum hoc rursus summo auctore et doctore renovavi. Eodem tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum, veterem et non ignobilem dicendi magistrum, studiose exerceri solebam. Post a me Asia tota peragrata est cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus; quorum erat princeps Menippus Stratonicensis meo iudicio tota Asia illis temporibus disertissimus: et, si nihil habere molestiarum nec ineptiarum Atticorum est, hic orator in illis numerari recte potest. Assiduissime autem mecum fuit³⁴⁶ Dionysius Magnes: erat etiam Aeschylus Cnidius, Adramyddenus Xenocles. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus Rhodum veni meque ad eundem, quem Romae audiveram, Molonem applicavi quum actorem in veris causis scriptoremque praestantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis et instituendo

L. 10. (Al. Syrium b.)

[*ut consuetudinem dicendi mutarem*] „Hoc totum deleri vult Lambinus, ut alienum. Immo ut ineptum quoque delendum; nisi *consuetudinem dicendi* Latine dici volumus pro *dicendi genere*, quod ille literator putabat, qui haec praecipiebat. Nam esse hanc aliunde illuviem non est quod dubitemus. SYLBURGIUS. Verba ista possunt utique videri supervacanea, etsi minus equidem haereo in v. *consuetudine dicendi*, „quam scil. paullatim contraxeram;” et iis deletis nimis hiat oratio.

§. 345. [*a primaque*] — *a prima* Asc.

[*Syrum*] ∞ *Syrium* „*Alii*” apud Corradum. Margo 1584. Probabiliter, ut *Pherecydes Syrius*. Etenim *Syrus* rhetor isto tempore admodum mirus.

[*cum summis* cet.] Sane significat, eos in comitatu suo per iter illud Asiaticum fuisse, modo hunc, modo illum, ut mox: *assiduissime mecum fuit Dionysius*; nec quidquam de lect. veritate dubitandum.

[*nec inept.*] — *et inept.* Nor. Asc.

docendoque prudentissimum. Is dedit operam, (si modo id consequi potuit) ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentem¹ coërceret. Ita recepi me biennio post non modo exercitior, sed prope mutatus. Nam et contentio nimia vocis residerat² et quasi deferverat³ oratio lateribusque vires et corpori mediocris habitus accesserat.

92 Duo tum excellabant oratores, qui me imitandi cupi-
317 ditate incitarent, Cotta et Hortensius: quorum alter remissus et lenis et propriis verbis comprehendens solute et facile sententiam, alter ornatus, acer, et non talis, qualem tu eum, Brute, iam deflorescentem cognovisti, sed verborum et actionis genere commotior. Itaque cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse, quod et dicendi ardore eram propior et aetate coniunctior. Etenim videram in iisdem causis, ut pro M. Canuleio, pro Cn. Dolabella consulari, quum Cotta princeps adhibitus esset,

E. 1) diffluentes 2) reciderat 3) referverat

L. 4. diffluentis 6. resederat 7. deferverat (Ut nos, b.) Ib. corporis

§. 316. [*et superfluentes*] recte defendit Frotscher ad *Quintil. X.* p. 245. contra Sch., qui haec del., et Ell., qui [. — *et supra fluentes* Gu. uterque. D. Nor.

[*et licentia*] Beierus volebat: *ac l.* Mox *diffluentem* dedi cum Gu. utroque. D. Nor. Asc. utraq. Ald. Crat. Victor. Sic minus etiam offendimus in iis, quae alioqui nimis homonyma videntur *superfluentes* et *diffluentes*, et vitatur ambiguitas *vv. ripas diffluentes*; nec insolita ista numeri subita mutatio apud Cic., ubi de se ipso loquitur. cfr. §. 323. — *diffluentes* Hervag. Man. Corr. Lamb. Seqq.

[*resederat*] Ausus sum nunc recipere cum Sch. et Ellendt Lambini coni. *resederat*, scribens tamen *residerat*, ut volebat Pareus *Lex. crit.* p. 1088. prob. Garatonio ad *Pison.* p. 452. Neap.

[*deferverat*] Sic Man. Ald. Nep. Sch. Ell. (nec quidquam contra notatur e D.) = *deferverat* Corrad. Lamb., qui tamen *deferverat* Codicis unius lectionem probat. cfr. Struve *Lat. Decl. u. Coniug.* pag. 240. et Garaton. ad *Caelianam* §. 45. — *referverat* Nor. Asc. Ald. Crat. Victor. Cam. Grut. Ern. — *referbuerat* Hervag. Rob. Steph.

[*corpori*] Sic Gu. 1. D. Ald. Nepos. Lall. Ern. Seqq. pro Cett.: *corporis*. Ceterum Corr. notat: — „aliter: *mediocres accesserant* om. v. *habitus*; „quod ego nusquam reperi.

priores tamen agere partes Hortensium. Acrem enim oratorem, incensum et agentem et canorum concursus hominum forique strepitus desiderat. Unum igitur annum, 318 quum redissemus ex Asia, causas nobiles egimus, quum quaesturam nos, consulatum Cotta, aedilitatem peteret Hortensius. Interim me quaestorem Siciliensis excepit annus: Cotta ex consulatu est profectus in Galliam: princeps et erat et habebatur Hortensius. Quum autem anno post e Sicilia me recepissem, iam videbatur illud in me, quidquid esset, esse perfectum et habere maturitatem quandam suam. Nimis multa videor de me, ipse praesertim: sed omni huic sermoni propositum est, non ut ingenium et eloquentiam meam perspicias, unde longe absun, sed ut laborem et industriam. Quum igitur essem 319 in plurimis causis et in principibus patronis quinquennium fere versatus, tum in patrocínio Siciliensi maxime in certamen veni designatus aedilis cum designato consule Hortensio. Sed, quoniam omnis hic sermo noster non solum 93 enumerationem oratoriam, verum etiam praecepta quaedam desiderat: quid tamquam notandum et animadvertendum sit in Hortensio, breviter licet dicere. Nam is post 320 consulatum (credo quod videret ex consularibus neminem esse secum comparandum, negligeret autem eos, qui consules non fuissent,) summum illud suum studium remisit, quo a puero fuerat incensus, atque in omnium rerum abundantia voluit beatius, ut ipse putabat, remissius certe vivere. Primus et secundus annus et tertius tantum quasi de picturae veteris colore detraxerat, quantum non quis unus ex populo, sed existimator doctus et intelligens posset cognoscere. Longius autem procedens et in cete-

L. 19. oratorum 21. (Al. dicere licet b.) 30. procedens et quum in cet.

§. 319. [enumerationem oratoriam] Recte sic Cdd. Edd. vett. ante Lamb. Ald. Nep. Ern. et Ell. Est scilicet: *enumerationem oratorum - - et praecepta quaedam oratoria s. rhetorica.* — oratorum de Corradi suspic. Lamb. Sch.

§. 320. [posset cognoscere] Videtur e coni. profectum; repositum est primum ab Aldo. — *posset magnum scelus* Gu. uterq. D. Nor. Asc.; in quo potius latet: *agnoscere.* (Quod

ris eloquentiae partibus, tum maxime in celeritate et continuatione verborum adhaerescens, sui dissimilior videbatur fieri quotidie. Nos autem non desistebamus quum omni genere exercitationis, tum maxime stilo nostrum illud, quod erat, augere, quantumcunque erat. Atque ut multa omittam in hoc spatio et in his¹ post aedilita-

E. 1) Atque (ut multa omittam) in hoc spatio et in iis

L. 6. Atque (ut multa omittam) in hoc

autem Schneiderus Gu. primo tribuit contra Schuetzii testimonium: *posset cognoscere magnū scelus*, Schneideri puto errorem.)

[*et in*] Sic Ald. Seqq. ante Lamb. Rursus Ern. Ell. Cfr. Goerenz *ad Acad.* 1, 27. et 2, 1. — *ut in* Gu. uterq. D. Nor. Asc. — *et quum in* Lamb. — *quum in* Sch. coni.

§. 321. [*quod erat*] om. haec Nor. Asc. Habet D. Et recte Cfr. §. 268.

[*ut multa omittam* (scil. quae praestiti) *in hoc spatio et in his post aedilitatem annis*] Sic rectius Ell. constituit constructionem vocc. quam ceteri, qui satis inepte: *Atque (ut multa omittam) in hoc spatio et in his post aedilitatem annis et praetor primus — — sum factus*. Quasi vero aliter atque aliquot post aedil. annis aliquis fieri potuisset praetor, et recte diceretur: „*in hoc spatio praetor sum factus*,” id quod non satis definitum est. Iam difficilis quaestio est, utrum interpres verbis *in hoc spatio* superscripserit *in his* (sic Riv. Man. L. Sch. Ell. — *et in iis* Nor. Asc. Ald. Iu. Ern. — *et iis* Crat.) *post aedilitatem annis*; cui glossemati alius addiderit *et* (quae Ell. acute quum in hanc suspicionem incidisset, []), an a Tullio ipso profecta sint. Quod si sana et sincera sunt verba, *spatium* ad studia eloquentiae, reliqua ad tempus dumtaxat referas necesse est. Ubi deleveris, numeri conciduntur; ubi intacta siveris, ἀκυρολογίας crimen nunquam prorsus effugient. Accedit, quod non sine causa haesit Lamb. in insolito ordine *et praetor primus et incredibili*, unde suo arbitratu transposuit: *praetor et primus et incr.* Quid? si fuit: *Atque ut multa omittam in hoc spatio, et meis post aedilitatem annis, et praetor primus, et incred. cet.* Sic tria erunt membra: „*et legitimis post aedilitatem annis duobus exactis praetor sum factus, et praetor primus, (non secundus cet.) et incredibili populi voluntate, non ambitu.*” Facile *et in eis, et in iis* oriri poterat *ex et meis*. Sane usitator esset numerus singularis *et meo — — anno*; sed hîc, ubi ipsi duo anni erant significandi, nescio an non haberet aliquantum ambiguitatis. Aliquoties porro e nota numerali *II.* ortum videmus simile pronomen *ii*; unde hic quoque potuit esse: *et II.* (duobus) *post aedil. annis*; sed hoc potius e more Romano sic dixisset: „*et tertio post aedil. anno.*”

tem annis, et praetor primus et incredibili populi¹ voluntate sum factus. Nam quum propter assiduitatem in causis et industriam, tum propter exquisitius et minime vulgare orationis genus animos hominum ad me dicendi novitate converteram. Nihil de me dicam: dicam de ceteris, quorum nemo erat, qui videretur exquisitius quam vulgus hominum studuisse literis, quibus fons perfectae eloquentiae continetur: nemo, qui philosophiam complexus esset, matrem omnium bene factorum beneque dictorum: nemo, qui ius civile didicisset, rem ad privatas causas et ad oratoris prudentiam maxime necessariam: nemo, qui memoriam rerum Romanarum teneret, ex qua, si quando opus esset, ab inferis locupletissimos testes excitaret: nemo, qui, breviter arguteque incluso adversario, laxaret iudicum animos atque a severitate paullisper ad hilaritatem risumque traduceret: nemo, qui dilatare posset atque a propria ac definita disputatione hominis ac temporis ad communem quaestionem universi generis orationem traducere: nemo, qui delectandi gratia degredi² parumper a causa, nemo, qui ad iracundiam magno opere³ indicem, nemo, qui ad fletum posset adducere: nemo, qui animum eius (quod unum est oratoris maxime proprium) quocumque res postularet, impelleret⁴. Itaque, 94 323

E. 1) populari 2) digredi 3) magnopere 4) impellere

L. 1. annis, praetor et primus 2. assiduitatem et in causis 13. (locupletiss. testes ab inferis Lamb. b.) 19. traduceret 20. magnopere

[populi] Sic iam Lamb. coni. Rursus de Ern. susp. Sch. Utrumque Lamb. et Sch. secutus est Ell. — populari Cett., etiam D. Vide tamen, ne ortum sit e vv. *populi Romani* per notam POPULIRO. scriptis. Sic saepe, ubi minus etiam expectabas: v. c. ad *Attic.* 1, 16, 6. *triginta homines populi Romani levissimos;* ubi Ern. del. censebat *populi Romani*. Lambini *assiduitatem et in causis* videtur error typographicus.

§. 322. [ab inferis] — quasi ab i. Ern. suspic. probb. Sch. et Ell. Niniam scilicet Ciceronis audaciam castigant. Quintil. 12, 10, 62. in his: *Hic orator et defunctos excitabit* aequae abstinuit ab inserenda mitigandi particula.

[or. traducere] Sic Man. Corrad. Rursus Ern. coni., quae minime displicet, quum sic mitigetur molesta eiusdem prorsus verbi ac temporis repetitio. (Cfr. tamen Frotscher ad *Quintil.* X. p. 104.) Ceteri *traduceret*. Minus necessaria erat Ern. coni. *impellere*.

quum iam paene evanisset Hortensius et ego anno meo, sexto autem post illum consulem, consul factus essem, revocare se ad industriam coepit, ne, quum pares honore essemus, aliqua re superiores videremur. Sic duodecim post meum consulatum annos in maximis causis, quum ego mihi illum, sibi me ille anteferebat, coniunctissime versati sumus: consulatusque meus, qui illum primo leviter perstrinxerat, idem nos rerum mearum gestarum, quas ille admirabatur, 324 laude coniunxerat. Maxime vero perspecta est utriusque nostrum exercitatio paullo ante, quam perterritum armis hoc studium, Brute, nostrum conticuit subito et obmutuit: quum lege Pompeia ternis horis ad dicendum datis, ad causas simillimas inter se vel potius easdem novi veniebamus quotidie. Quibus quidem causis tu etiam, Brute, praesto fuisti compluresque et nobiscum et solus egisti: ut, qui non satis diu vixerit Hortensius, tamen hunc cursum confecerit. Annis ante decem causas agere coepit, quam tu es natus: idem quarto et sexagesimo anno, perpauca ante mortem diebus, una tecum socerum tuum defendit Appium. Dicendi autem genus quod fuerit in utroque, orationes utriusque etiam posteris nostris indicabunt.

95 Sed, si quaerimus, cur adolescens magis floruerit di-
325 cendo quam senior Hortensius, causas reperiemus verissimas duas. Primum, quod genus erat orationis Asiaticum, adolescentiae magis concessum quam senectuti. Genera autem Asiaticae dictionis duo sunt: unum sententiosum et argutum, sententiis non tam gravibus et seve-

L. 4. (Fort. *superior viderer* b.) 9. *Maxime* 20. (A quibusdant lib. abest vox *Appium*. b.)

§. 323. [*Sic duodecim*] — *Sic et duodecim* D.

§. 324. [*quarto et sexagesimo*] = om. et D. Ald. Victor. Habent Asc. Corr. Lamb. Seqq. In praeced. vv. *qui non satis* cett. mire se torsit Lambinus. Sententia est clarissima: Hortensius, quem merito dolemus nobis nimium cito ereptum esse, tamdiu tamen vixit, ut tanto maior natu quam tu, nihilominus una tecum causas egerit et eloquentiae artem tamdiu exercuerit, quamdiu per hunc rerum statum licuit.

ris, quam concinnis et venustis; qualis in historia Timaeus, in dicendo autem, pueris nobis, Hierocles Alabandeus, magis etiam Meneclis, frater eius, fuit: quorum utriusque orationes sunt in primis, ut Asiatico in genere, laudabiles. Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum; quali est nunc Asia tota, nec flumine solum orationis, sed etiam exornato et faceto genere verborum: in quo fuit Aeschylus Cnidius et meus aequalis Milesius Aeschines. In his¹ erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarum concinnitas non erat. Haec autem (ut dixi) genera di-³²⁶ cendi aptiora sunt adolescentibus: in senibus gravitatem non habent. Itaque Hortensius utroque genere florens clamores faciebat adolescens. Habebat enim et Meneclium illud studium crebrarum venustarumque sententiarum: in quibus, ut in illo Graeco, sic in hoc, erant quaedam magis venustae dulcesque sententiae, quam aut necessariae aut interdum utiles: et erat oratio quum incitata et vibrans, tum etiam accurata et polita. Non probabantur haec senibus: — saepe videbam quum iridentem, tum etiam irascentem et stomachantem Philippum: — sed mirabantur adolescentes, multitudo movebatur: erat excel-³²⁷ lens iudicio vulgi et facile primas tenebat adolescens. Etsi

E. 1) in iis

L. 9. in iis 19. probantur

§. 325. [qualis in historia] — *quall* Sch. conii. in Ed. mai. Ell. Necessariam non puto.

[quali] Non est a Lambino, ut ait Ell., sed sic habent D. Ald. Iu. Crat. Vict. Man. Ald. Nepos. L. — *quale* Nor. Asc. — *qualis* Sch. conii.

[*nec flumine solum orationis*] Facit hic locus ad defendendam lect. Nonianam, ab Ernest. receptam in *Oratoris* §. 24. *flumine utens superiorum*; cuius patrocinium ego quoque suscepi adversus alteram *fulmine*.

[*in his*] in iis Asc., ut omnes mei praeter Man. et Corr., quos secutus sum: nec quidquam contra notatur e D.

§. 326. [probabantur] Sic Ern. conii. Sch. Ell. — Cett., etiam D., *probantur*, quasi generalis esset sententia.

§. 327. [*erat - - adolescens*] Haec []. Sch. et Ell. Habent sane redundantiam quandam iuvenilem; sed nimis elegantia sunt, quam ut interpolatori tribui queant.

enim genus illud dicendi auctoritatis habebat parum, tamen aptum esse aetati videbatur: et certe, quod et ingenii quaedam forma lucebat et exercitatione perfecta erat verborumque adstricta comprehensio, summam hominum admirationem excitabat. Sed, quum iam honores et illa senior auctoritas gravius quiddam requireret, remanebat idem nec decebat idem: quodque exercitationem studiumque dimiserat, quod in eo fuerat acerrimum, concinnitas illa crebritasque sententiarum pristina manebat, sed ea vestitu illo orationis, quo consueverat, ornata non erat. Hoc tibi ille, Brute, minus fortasse placuit, quam placuisset, si illum flagrantem studio et florentem facultate
 96 audire potuisses. Tum Brutus, Ego vero, inquit, et
 328 ista, quae dicis, video qualia sint et Hortensium magnum oratorem semper putavi maximeque probavi pro Messala dicentem, quum tu afuisti. Sic ferunt, inquam, idque declarat totidem, quot dixit, ut aiunt, scripta verbis oratio. Ergo ille a Crasso consule et Scaevola usque ad Paullum et Marcellum consules floruit; nos in eodem cursu fuimus a Sulla dictatore ad eosdem fere consules. Sic Q. Hortensii vox extincta fato suo est, nostra pu-
 329 blico. Melius, quaeso, ominare, inquit Brutus. Sit sane ut vis, inquam, et id non tam mea causa quam tua: sed fortunatus illius exitus, qui ea non vidit quum fierent, quae providit futura! Saepe enim inter nos impendentes casus deflevimus, quum belli civilis causas in privatorum cupiditatibus inclusas, pacis spem a publico consilio esse exclusam videremus. Sed illum videtur felicitas ipsius,

L. 3. (Fort. elucebat b.) 25. praevidit

[*verborumque adstricta*] — *verborum eratque adstricta* Gu. 1. D. Nor. Praeterea Gu. 1. 2. omittunt et ante v. *ingenii*. Hinc Sch. coni.: *quod ingenii quaedam forma lucebat exercitatione perfecta eratque verborum adstricta comprehensio*: quae lectio per se quidem minime reprehendenda tamen non prorsus est necessaria, ut scite demonstravit Ell.

[*facultate*] — *aetate* de Ern. susp. Sch. in Ed. mai.

§. 328. [*qualia sint*] — *q. sunt* Gu. 1. D. cfr. §. 265.

§. 329. [*providit*] Lambinus solus: *praevidit*.

qua semper est usus, ab eis miseris, quae consecutae sunt, morte vindicasse.

Nos autem, Brute, quoniam post Hortensii, clarissimi 350 oratoris, mortem orbae eloquentiae quasi tutores relictis sumus, domi teneamus eam saeptam liberali custodia; et hos ignotos atque impudentes procos repudiemus tueamurque ut adultam virginem caste et ab amatorum impetu, quantum possumus, prohibeamus. Equidem, etsi doleo me in vitam paullo serius tamquam in viam ingressum, prius quam confectum iter sit, in hanc rei publicae noctem incidisse: tamen ea consolatione sustentor, quam tu mihi, Brute, adhibuisti tuis suavissimis literis, quibus me forti animo esse oportere censebas, quod ea gessissem, quae de me, etiam me tacente, ipsa loquerentur mortuoque viverent: quae, si recte esset, salute rei publicae; sin secus, interitu ipso testimonium meorum de re publica consiliorum darent. Sed in te in- 97 tuens, Brute, doleo; cuius in adolescentiam per me- 351 dias laudes quasi quadrigis vehementem transversa incurrit misera fortuna rei publicae. Hic me dolor tangit, haec

L. 2. *vindicavisse* 14. *etiam tacente* 19. *volantem* 20. *angit*

[*vindicasse*] Sic Nor. Asc. Ald. Crat. Hervag. Man. Grut. Seqq. = *vindicavisse* Gu. 1. 2. D. Victor. Lamb. Dichorem tamen in fine huius oratorum enumerationis exturbare nolui. cfr. *Orator*. §. 214. et Corradum ad h. l.

§. 330. [*amatorum*] Sic primum reperi apud Man. et Corr. Tum Lamb. (cum Cd. in marg. 1584. laudato) Ern. Seq. — *armatorum* Gu. 1. 2. D. Edd. ante Man., etiam Victor. Tum Grut. Defendit Wetzel.

[*tuis suavissimis*] — *tuis quam suav.* Hervag. solus.

[*quae de me cet.*] Varie hic turbatur. — *mortuo viverentque* haud insolita transpositione part. *que* D. Nor. Asc.; cetera, ut nos. — *quae de me etiam tac. ipsa loq. mortuoque viv.* cum Lamb. Ell. Memorat hanc pron. *me* ante v. *tacente* omissionem iam Corradus. Mihi sincerum videtur, quum maiorem vim habeat pronomen ita expressum. De seqq. quae inspiciatur digna est Lambini annotatio.

§. 331. [*vehentem*] — *volantem* e C2d. scriptura *volantem* Lamb. Cfr. Oudendorp *ad Appul.* T. 1. pag. 12. „Ego vellem omnia, quae ad h. l. dixit Lambinus, tacuisset.” SYLBURG.

[*tangit*] — *angit* de Corradi susp. Lamb. Sch. Non male. *ad Attic.* 4, 16, 10. *Nullus dolor me angit. Vv. angunt et*

me cura sollicitat et hunc mecum, socium eiusdem et amoris et iudicii. Tibi favemus, te tua frui virtute cupimus: tibi optamus eam rem publicam, in qua duorum generum amplissimorum renovare memoriam atque augere possis. Tuum enim forum, tuum erat illud curriculum: tu illuc veneras unus, qui non linguam modo acuisseris exercitatione dicendi, sed et ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento et iisdem artibus decus omne virtutis cum summa eloquentiae laude iunxisses. Ex te duplex nos afficit sollicitudo, quod et ipse re publica careas et illa te. Tu tamen, etsi cursum ingenii tui, Brute, premit haec importuna clades civitatis, contine te in tuis perennibus studiis et effice id, quod iam propemodum vel plane potius effeceris, ut te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum. Nec enim decet te ornatum uberrimis artibus, quas quum domo haurire non posses, arcessivisti ex urbe ea, quae domus est semper habita doctrinae, numerari in vulgo patronorum. Nam quid te exercuit Pammenes, vir longe eloquentissimus Graeciae? quid illa vetus Academia atque eius heres Aristus, hospes et familiaris meus, si quidem similes maioris partis oratorum futuri sumus? Nonne cernimus vix singulis aetatibus binos oratores laudabiles † constitisse? Galba fuit inter tot aequales unus

L. 24. *exstitisse*

pungunt confusa videsis ad Attic. 5, 21, 4. Sequens me om. Gu. uterq. D.

§. 332. [*Nec enim decet te*] ∞ *Nec te enim decet D.*

§. 333. [*vix singulis aetatibus binos oratores laudabiles constitisse*] Elegantiam Ern. in his corruptis quaesivit; quasi ista forma loquendi, certe inaudita, e rationibus esset ducta; in qua interpretatione acquieverunt novissimi editores. Sed ex iis, quae affert in Clavi: *ad Famil. 7, 1. constitit mihi fructus otii mei*, et ex illo v. c. *ratio constat cet. nihil sane lucratur ad hunc locum defendendum; quum nihil addatur, ex quo elucescat translati aliqua significatio in v. constitisse*. Rivius, quem secutus est Lambinus, volebat *exstitisse*, recte quidem ad sententiam, sed parum probabiliter e critica ratione. Mihi Cicero scripsisse videtur *contigisse*.

[*inter tot aequales*] — *inter coaequales Asc.*; ex posteriore Latinitate: *Inscr. mear. Lat. N. 4107. COAEQV ALIB. CVNCTIS.*

excellens, cui, quemadmodum accepimus, et Cato cedebat senior et qui temporibus illis aetate inferiores fuerunt: Lepidus¹ postea, deinde Carbo: nam Gracchi in concionibus multo faciliore et liberiore genere dicendi; quorum tamen ipsorum ad aetatem laus eloquentiae perfecta nondum fuit: Antonius, Crassus, post Cotta, Sulpicius, Hortensius, nihil dico amplius: tantum dico, si mihi accidisset, ut numerarer in multis; ** si operosa est concursatio magis opportunorum, ***

E. 1) fuerunt, Lepidus

[*fuerunt: Lepidus*] Sic recte distinguunt Nor. Asc. Lamb. Ell. — *fuerunt, Lepidus* Gett.

[*tantum dico*] — *tamen d. D.*

[*operosa est*] — *operosa sit D.* Ut nos, A. B. C.

[*conkursatio*] Sic Cdd. B. D. *aconkursatio C. akonkursio* (sic) A. In Cd. B. subscripta sunt haec: „Deest residuum nec reperitur plus. Mediolani. 9. Kal. Iulias 1461.” In nostro Cd. C. a novo versu, sed sine indice, incipit atque ad finem usque continuatur totus libellus *de optimo genere oratorum*. Ut autem in mira opinione desinamus, haec subiungemus e SYLBURGHII *Annotatt.*: Victor Pisanus nihil desiderari putat vultque Ciceronem hac dialogi conclusione se Hortensio annumerandum aliis, ne quid arroganter de se dicere videretur, reliquisse, eoque consilio aposiopesi usum cet.

VARIETAS LECTIONIS

mecum ab amico Blunschlino communicata et ad novam hanc recensionem accommodata.

Ubi nulla nota addita est, intelligitur Codex regius D. sive N. 7704. — A. = N. 7705. — B. = N. 7703. — C. = N. 7708. Omnia ea, de quibus nihil notatur, ita legi in Cd. D., ex amici certe collatione, pro certo habeto; de ceteris tribus Cdd. tunc nihil praestatur.

§. 1. deminutam] *diminutam* — cooptatum] *cohoptatum* || §. 2. Augebat] *Augebam* B. C. D. — reip. tempore] om. *tempore*. || §. 5. frui nobis] *nobis frui* || §. 6. aut praeter ceteros] *autem et praeter cet.* A. B. C. D. || §. 7. aut errore] *aut terrore* A. B. C. D. || §. 8. rebus amplissimis] *rebus amplissimis honoribus* || §. 9. sermone quodam] *sermone quotidiano* || §. 10. angebat] *augebant* (sic) — tandem novi] om. *novi* || §. 11. afficeremus] *affecerimus* || §. 12. perturbatione] *dubitatione perturbatione* — populus se] *se populus* — mihi accidit] *accidit mihi* || §. 16. ignoseas] *agnoscas* — siti] *sati* — nec ex conditis] om. *nec* — idem noster] *idem vester* — qui quum] om. *quum* || §. 17. exspectanda] *et exsp.* || §. 18. eo nomine] *ego eo n.* — tibi repromittere] om. *tibi* || §. 19. Iampridem enim] *I. cum* — a te sane] *sane a te* — rerum nostrarum] *rerum naturalium* || §. 20. mihi nuper] *nuper mihi* — inchoasti] *inchoavisti* — coepissent] *coeperint* — nostrum potius] *potius nostrum* || §. 21. paullum] *paululum* — audisse] *andivisse* — tractum] *tractatum* — Bruti] *Brute* || §. 22. equodnam] *quoddam* (sic) || §. 23. studioso] *studiosum* — etenim dicere] *et dicere enim* — bene nemo] *nemo bene* || §. 24. Eloquentem neminem video factum esse] *Eloquentiam* (sic) *video esse factum neminem* || §. 25. Hic] *Sic* — iis, qui sint] *his, qui sunt* — hoc loco] om. *loco* — hoc vero] *hoc ego* — sive illa] *sive ulla* — habeat] *habeant* || §. 26. mihi occurrunt] *occurrunt mihi* || §. 27. sed iam adultis] om. *iam* || §. 28. clarissimus] *dignissimus* || §. 29. crebri] *crebris* || §. 30. Thrasymachus] *transimachus*. Mox D.: *Pitagoras abderitas prodigus cecius* || §. 31. Iis opposuit] *His opp.* || §. 32. Isocrates] *Socrates* — meo quidem iudicio] *quidem meo iudicio* — tum primus] *cum primis* || §. 33. verumtamen casu cet.] *Nostram lectionem, quae primum comparet in Ald., habet Cd. A. Contra B. et C. Asc. omittunt quam. In Cd. D. misere omnia turbata sic; casuque non fiebat nunquam aut ratione ipsa enim natura circumscriptione nunquam aut ratione aliqua aut observatione fiebat,*

Ipsa enim natura circumscriptione quadam verborum concludit cet. male iteratis aliquot vv. || §. 34. constricta] *constructa* C. *conscripta* A. *circumscripta* B. D. — iudicant] *indicant* — et spiritu] om. et || §. 35. et cui nihil] *et cui in quo nihil* — Demosthenem facile] *valde Den.* — acute inveniri] *acute incurrenti* || §. 38. tantum] *et tantum* || §. 39. in ea] *ut in ea* — Servio] *Sexto* || §. 42. concede] *contende* — assentiar] *assentias* — At ille ridens] *At ille vero r.* || §. 43. pote] *porro* — praebebat] *parebat* || §. 44. posthac] *post hanc* — sunt Athenae] *Athenae sunt* || §. 45. et iam bene] *etiam bene* || §. 46. controversa] *controversia* || §. 48. quum ex eo] *quum eo* || §. 50. fuisse neminem] *esse neminem* || §. 51. oblineret] *obteneret* A. B. C. D. — loqui paene] om. *paene* — illi] om. — pressi et nimis] *presse et minus* || §. 53. suavianda] *osculanda* || §. 54. Videmus] *Vidimus* — Anienis] *aneonis* || §. 55. Ti. Cornucanium] *Titum C.* — quod fuit] *quod fuerit* || §. 57. dividendo] *dimittendo* — ad populum] *apud p.* || §. 58. orator cet.] *ortator* (sic) *Cornelius suavi et eloquenti.* Tum: studio collega filius — et suaviloquentiam] *et suam eloquentiam* — agitabant] *agebant* || §. 59. Suadaeque medulla] *suade at medula* (sic) — Pericli labris] *Pericli libris* || §. 60. iis consulibus] *his c.* — dixi, consulibus] *dixi consules* || §. 61. annis IX.] *annis quinque* — fuit consul] *consul fuit* — annis LXXXVI.] *annis LXXXIII.* — nisi si quem] *nisi quem* || §. 62. eae] *hae* — falsi triumph] om. *triumphi* — in alienum] *in alicuius* — Servio Sulpicio] *Sexto Sulp.* || §. 63. multae fere] om. *fere* — quodammodo est] om. *est* — in iis] *in his* || §. 64. opimos] *optimos* — sic ut fieri] *sic ut et f.* || §. 67. ne noverunt] *non n.* — nolunt Catones] *n. Catonis* || §. 69. in hac una] *in hac una arte* || §. 70. pulchriora etiam] om. *etiam* — Echione] *aeutione* || §. 71. Quum neque cet.] *Quum neque M. scopulos nec dicti* (*dictis* A.) *studiosus quisquam erat* (*erant* B.) A. B. C. D. — Nam et Odyssea cet.] *Nam et odiosa latina est sic in tamquam* || §. 72. Atque] *Sic* A. B. C. — *Atqui* D. — conditam autem] *autem conditam* — Accius autem] *Atius a.* || §. 73. Inventatis] *lutantis* — error Accii] *e. Atii* — XL. annos] *XXX. annos.* || §. 74. inflammavit] *inflavit* || §. 75. cantitata] *concitata* — annumerat] *anumerat* (sic) — bellum Punicum] *bello Punico* || §. 76. luculente] *dilucidissime* || §. 78. Sex. Aelius] *Sic* A. B. C. *Sextus Atilius* D. || §. 79. eloquentem M. alium cet.] *Ut nos, Cd. B. — eloquentem m. aliunt* (sic) *illius q. s. a. dicunt etiam* A. C. — *eloquentem inde aiunt illius q. s. a. dicunt etiam* D. Mox D. om. verba: *qui etiam -- civitate.* || §. 80. ei vero etiam tum] *at etiam cum* || §. 82. ut augeter rem] *aut augeter* om. *rem* || §. 83. collegiis] *colegis* (sic) — quo de rel.] *quo e r.* || §. 84. pluribus rebus] *pluribus verbis* — egregium cet.] *egregium virum adhibet CO. reperimus* D. — *egr.* (*viri athibeco rep. C. — egr. viri abet to rep. A. — egr. viriati bello reperiemus* B. (Omnia sic.) — utrique] *utique* — Nec mihi] *neque mihi* || §. 85. Rutilio] *Ruptilio* — audisse] *audivisse* — quum in silva Sila facta] *quum istius facta* D. — *quum istivas ita*

facta A. — *quum inistivias ita facta* C. — *quum aestivis ita facta* B. || §. 86. pronuntiavissent] pronunCIassent — ne defatigaretur, oravissent] ut defatig. ornavissent (sic) — atrocior] *adhortior* B. — *adhortor* A. C. — *adhortator* D. || §. 87. quorum alii aliud] *quorum aliud* || §. 88. tantaque grav.] *tanta gr.* — illa die] *illa etiam diis* || §. 89. Rutiliana] *Rutilia* — cognita est] *cognita sit* — L. Libone] *T. Libone* || §. 90. nihil recusans] om. *nihil* || §. 91. interquievissem] *quievissem* — appareat] *apparet* || §. 92. ad dicendum proficit] *ad d. valet* || §. 93. dein] *deinde* || §. 95. Ti. Gracchum] *Titus Gracchus* — orator est habitus et fuit, ut appareat] *habitus orator est ut app.* om. *vv. et fuit* || §. 96. et iam artifex] *etiam art.* || §. 97. L. Cassius] *L. Crassus* — Briso] *Bisso* — clientes] *dicentes* || §. 98. quasdam etiam] *etiam quasdam* — summo illo] om. *illo* || §. 100. quum ei] *quum et* || §. 101. cui tamen] *cui tum* || §. 103. atque hoc] *atque haec* || §. 104. Sed ei] *Sed et* || §. 105. quoad vita] *quo vita* — perfacetum fuisse] *perf. esse* || §. 106. L. enim Piso] *L. etiam Piso* — et annales sane] *aut annales satis* || §. 107. quum literis] *tum literis* — quae tribuebat] *quae tribuerat* — Scipionem] *Scipionem Nasicam* || §. 108. erat oratio] *oratio erat* || §. 109. fregit vir et oratione] *fecit iure et or.* — frater fuit] om. *frater* — Tuus etiam] *Tuus et* — C. Gracchum, paullum] *paullum C. Gracchum* — M. Lepido] *L. Lepido* || §. 110. iis quidem] *his quidem* — ne id quidem] *ne id q.* || §. 112. acta] *apta* — rebus nostris] *nostris rebus* || §. 114. eruditus] *eruditi* — disciplina cet.] *disciplinae de ipsorum opinio* || §. 115. Qui quum] *Qui quam* || §. 117. iudicaverit] *indicaverat* || §. 118. a disputando] *in d.* || §. 121. Iovem sic aiunt] *Iovem sicut aiunt* || §. 122. ut pro] *et pro* — novorum voluminum] *vol. nov.* || §. 123. effecerit] *effecerat* — Numeram] *Enumera* || §. 126. perfecta] *praeterea* || §. 127. C. Galba] *P. Galba* — Mamilia] *Manilia* || §. 128. exitus habuit] *habuit exitus* — Mamilia quaestione] *Manilia quaestio* || §. 129. truculentus asper] *luculentus patronus, asper* || §. 130. dedecus generi vestro] *decus generi vestro* A. superser. *de ut sit: dedecus.* — *genus generi vestro* C. — *genus generi nostro* A. D. || §. 131. audivi iam] *iam audivi* — Aquilia damni iniuria] *Aquila de iustitia* D. — loquor] *loquar* || §. 132. Iam Q. Catulus] *Itaque Catullus* (sic) A. B. — *Iamque Q. Catulus* C. — summa] *summae* || §. 134. quum quosdam] *quum is quosdam* || §. 137. ascensio] *assensio* || §. 140. loqui est, illud quidem, ut] *loqui est. Illud quidem est, ut* — comprehensione] *compressione* — ad rationem] *ad orationem* — conformationibus] *confirmationibus* — partienda] *percipiendum* — sententiisque] *sententiisque consentiens* || §. 143. mira explicatio] *explicatio mira* || §. 145. et iam] *etiam* || §. 146. admirandus] *admirabilis* || §. 147. habere] *haberi*. In Cd. A. casu omittuntur *vv. Scaevolae nostri* — *— tam ornatum*. Cdd. B. C. D. corruptam habent lectionem. || §. 149. vestra, Brute] *nostra, Br.* || §. 151. et doctior] om. *haec* D. || §. 152. ambigua] *ambiguam* || et loquendi] *eloquendi* om. *et* || §. 154. discendi] *ediscendi* — Balbo et C. Aquilio]

Balbo, C. Aq. || §. 155. nolebat] *solebat* — et ad obtinendam] *et obtin.* || §. 156. invidiaque, quae] *invidia quae* — ut ea] *ut in ea* || §. 157. translata sint] *translata sunt* || §. 159. invenit parem neminem] *parem invenit nem.* — coenavisset cet.] *cenavisset Lucilius trib. pl. apud praeconem graium idque nobis bis* || §. 161. Nam censuram] *Nam et cens.* — certo] *certe* — totidemque] *totque idem* — Iis enim] *His enim* || §. 162. Erit, inquit Brutus] *Erat inquit M. Brutus* (aut iam est iste] *Codex D. videtur habere: an iam est iste.*) — *περίοδον*] *periodum* — placet] *licet* ¶ §. 163. disciplinam] *discipulum* || ex iis] *omittit D.* || §. 164. iudicium] *iudicium* || §. 165. C. Caelio] *C. Laelio* — summam nobilitatem] *Sic A. B. C. summam auctoritatem nobilitatem D.* || §. 167. Eiusdem fere temporis] *Eisdem fere temporibus* || §. 168. factus ad] *factus ad* (*factus servant A. B. C.*) — pater] *patrem* || §. 169. Q. Vettius Vettianus] *Q. Vectius Vectianus* — Q. et D. Valerii Sorani] *Q. Decii Sorani* — Rusticelius] *Rusticellus* || §. 170. coloniisque] *colonisque* — nisi idem] *nisi id idem* || §. 171. iste tandem] *tandem iste* — quod in vocibus nostrorum oratorum retinuit] *retinuit C.* — *quod voc. n. o. retinuit om. in A.* — *quod in v. oratorum urbanorum retinuit B.* — *quod in voc. nostrorum maiorum or. retinuit D.* || §. 172. quum aetatem] *quo modo aetatem* — illic] *illis* || §. 173. proximus] *maximus* — reperiendis] *Sic A. B. C.* — *recipiendis D.* || §. 175. Sex. frater] *om. Sex.* || Item in iure] *sitam in iure A. B. D. itaminiure C.* — Bellienus] *Billienus* — summus] *om. D.* || §. 178. cognorat] *cognoverat* — in privatis] *privatus om. in* — Vespillo] *Vispillo* — Ofella] *filia* — T. Annius] *om. praenomen D.* || §. 179. civili] *om. D.* || §. 180. aut plane indocti et inurbani] *Sic C.* — *et plane ind. et inurbani D.* — *et pl. ind. aut inurb. B.* Item A., sed: *urbani.* — Gargonium] *Gorgonium (?)* || §. 181. fuerint] *fuerunt* — Quid est enim] *quid enim est* — ipsi vidimus] *ipsi videmus* || §. 182. sciri] *scire* — P. Antistius] *Patistius* || §. 183. quum tuo] *tum tuo* || §. 184. inquit, id laboras, si huic] *inquit id laborasse huic* — aut pravum] *aut parum* || §. 185. quae sint] *quae sunt* — ut delectetur cet.] *ut moveatur ut delectetur vehementius* — labatur] *elabatur* || §. 186. hunc alius] *hunc aliquis* || §. 191. approbationem cet.] *approbationem oratio popularis assensum vulgi debet moveri* || §. 192. possesne, si te ut] *posses te ut om. ne si* — Ita se] *Ita sese* || §. 193. a malo] *om. a* || §. 194. posse fieri] *fieri posse* || §. 195. quid? quemadmodum] *om. quid* — pervertere] *perverteres* || §. 197. et satis] *ut s.* || §. 198. Haec quum] *Hoc quum.* — tum ab] *cum ab* — facete] *facile* — iudicio vulgi] *i. populi* || §. 199. ne intelligenti] *nec i.* || §. 200. ut dimittat] *et d.* — opus est] *om. est* — audierit] *audiverit* || §. 201. disseruissem] *deseruissem* — dixissem probatos] *duxissem paratos* || §. 202. contentionem omnem] *om. omnem* || §. 203. maxime omnium] *om. omnium* — nec ea] *nec ita* || §. 204. calcaria] *calcar* || §. 205. consuesse] *consuevisse* — literis] *om. D.* || §. 207. scribendis] *scriptis* — Aelianas] *alienas* — aut ad Caesarem cet.] *aut ad*

Caesarem Cotta Sulpicius (sic, omissio *et*.) *expetebantur* A. B. C. Item D., sed: *expectabantur* || §. 208. *maximi*] *maxime* || §. 209. ante te dixerit] *ante dixeris* (sic) || §. 215. *excellebat*] *excedebat* — *praeparari*] *praeparare* — *erantque*] *erant* — *enitebat*] *nitebat* || §. 216. *tardus in cogitando*] *in cog. tardus* || pro *Titinia*] *pro Caecina* — *peroravisse*] *procuravissim* || §. 219. *in senatum*] *in senatu* — *mirum est*] om. *est* || §. 221. *naturalem quandam*] *quandam naturalem* — *acerbus*] om. D. || §. 222. *Fufius*] *Fusius* — *et publici*] om. *et* || §. 223. *discedisset*] *discedisset* — *concionibus*] *cognitionibus* — *Quinctius*] *Quintus* (sic) || §. 224. *Appuleius*] *Apulegius* — sed *peracutus*] om. *sed* — *Atticorum*] *antiquorum* B. D. || §. 225. *locuti sumus*] *sumus locuti* || §. 226. *eandem causam*] om. *causam* || §. 227. *quum vitio*] *cum convicio* || §. 228. *doctus* — *deditus*] om. *haec D.* — *narus*] *gnarus* — *non sine*] om. *non D.* — *nec maiorem*] *nec maioris* — *Nam Q. Hortensii*] *Namque Hortensii* || §. 229. *quattuor et quadraginta*] *quadraginta unum* — *voluimus cet.*] *Ut nos, Cd. B.* — *voluimus aetatem in disparem oratorum incl. A. C., item D.* Sed: *volumus*; omnes om. *eius.* — *Accius*] *Actius* — *quum ille cet.*] *qua ille triginta D. mance.* || §. 230. *iam etiam*] *etiam iam* — *stadio*] *studio* || §. 231. *viverent*] *viveret* — *eliceretis*] *eligeretis* A. B. C. D. || §. 232. *inquam, tibi*] *tibi inquam* — *audire de te*] om. *de te* || §. 233. *adhibebat*] *adhibeat* — *mirarere tam*] *mir. etiam* || §. 234. *nec peracutus*] om. *nec* — *calebat*] *calebatque* Cd. C. || §. 235. *Neque multo*] *Nec m.* — *sic in hoc*] *si in hoc* || §. 236. *devorandae*] *denotandae.* — *iracundiusque*] *iracundusque* — *ingenuo*] *ingenio* || §. 237. *L. Turius*] *Sic A. B. C.* — *L. Curius D.* — *ei paucae*] *et p.* || §. 238. *C. Macer*] *Cancer* — *in inveniendis*] om. *in* || §. 239. *toto genere*] *in t. g.* || §. 240. *in hac enim*] *in eo e.* || §. 241. *P. Autronius*] *P. Antonius* — *C. Staienus*] *Gaius Straquineus* || §. 242. *C. et L. Caepasii*] *C. et Lelii Cepasii* || *Autronios*] *Antronios* — *hoc perspici*] *haec p.* — *habuerint*] *habuerunt* || §. 246. *mirabile esset*] *Sic B. C.* — *om. esset* A. D. — *cuius delentor*] *cuius delentor* C. *superscr. i.*, ut sit: *delenitor*; sicque A. B. — *cui deditior* D. || §. 247. *Cn. autem*] *C. autem* || §. 248. *satis est notus*] *est satis notus* || §. 249. *audisti*] *audivisti* — *velim tibi eum pl.*] *vellem tibi pl.* om. *eum* — *Atqui*] *Atque* || §. 250. *quod dicitur*] om. *haec D.* || *Mytilenis*] *mitelinum* || §. 251. *Autronios*] *Antronios* || §. 252. *tamen ut*] *tum ut* || §. 253. *nunc pro relicto est habendum*] *Sic A. C. D.* — *esse habendum* B. || §. 254. *cum illis*] *cum Graecis* || §. 255. *non*] *non solum* — *recte quidem*] om. *quidem* — *sit hoc*] *si est hoc* || §. 256. *multo magnus*] *multo magnos* || §. 258. *locutionem*] *elocutionem* || *Sic Latine cet.*] *sed Latine nec omnium nam* || aliqua *barbaries domestica*] *aliquae barbari in dom.* — *tamquam obrussa*] *quantum obrusa* — *consuetudinis*] *consuetudinis causa* || §. 259. *Flamininum*] *Flaminium* || §. 260. *C. Rutilium*] *Chirtilium* — *dicat*] *dicas* || §. 261. *emendat*] *emendabat* — *tum vid.*] *cum v.* || §. 262. *detracto*] *detracta* — *volent*] *volunt* || §. 266. *ne augea-*

mus] *nec a.* || §. 267. ille quidem] *quidem ille* || §. 272. aut a f. d. aut a c.] *om. a - a.* — delectus] *dilectus* — fuerint] *fuerunt* || §. 273. eius in] *in eius* — perditorum] *proditorum* — perurbana] *perturbata* || §. 274. prope] *om. D.* — pellucens] *pollucens* — longius] *in longius* || §. 275. qua de re agitur autem] *qua de re autem agitur* — id ubi] *et ubi* || §. 276. ulla vis] *illa vis* || §. 277. manifestam rem] *om. rem D.* || §. 278. somnum] *quod somnum* || §. 279. sanitas fuerit an] *sanitas an f.* || §. 280. alter] *alter quod veri simile dixisset* || a magistris parum] *parum a mag.* || §. 281. invitis suis] *om. suis* — gradibus] *gradus* || §. 282. non insolitae] *om. non.* || §. 283. deperdebat] *dependebat* || §. 284. quam ille] *om. ille* — oratoris probat] *orois cum lineola probat* || §. 285. quid est tam] *quid est quod tam* || §. 286. Demostheni] *Demosthenis* || §. 287. Thucydides enim] *Th. cum* — eas ego] *eas enim* || §. 288. de musto ac lacu] *Sic A. B. D.* — de musto et lacu C. — Anicianam] *Ticianam* || §. 289. quaeso] *quasi* — At non] *aut non* — Ne illud] *Nec illud* — est ipsum] *om. est* — sint sane] *sunt s.* || §. 290. erectus; quum surgat] *ereptus (sic) consurgat* — audivimus] *audimus* || §. 292. degressio] *digressio* — quoniam ad] *quoniam iam ad* — disceptetur] *disceptatur* — sibi ipsum] *om. sibi D.* || §. 293. iocaremur] *vocaremur* — vide ne] *vide ut* || §. 294. tum omni] *cum omni* — probo] *Sic A. B. C.* — *puto probo D.* || oratoriis] *oratoris* || §. 295. abiecta ut eam adspicere] *abiecta aut adsp.* *om. eam* || §. 297. fuerunt certe] *certe fuerunt* — initium pepulisti] *vitium depulisti* || §. 298. duxeris] *eduxeris* — quod eam] *quam eam* || §. 299. intelligi] *intelligere* — quod et in] *om. et D.* || §. 301. deinde] *dein* — comparabantur] *comparabatur* — in nullo] *in viro* — et commentata] *om. et D.* || §. 302. collectiones] *coniectiones* || §. 305. quum est] *tum est* — oratoriis tantum] *oratoris tantum* || §. 306. nemini se ad] *neminem ad* — tamen] *sed tamen* || §. 307. Eodem anno etiam] *Eodem etiam alio (sic)* || §. 308. nam aberant] *non aberant* — primas] *primis* — At vero ego] *om. ego D.* || §. 309. apud me mecumque] *apud me: cumque* || §. 310. loquuntur] *loquimur* || §. 311. crudelis] *crudis* — recuperata res publica] *recuperata re p.* || §. 312. et tamquam] *etiam quam* || §. 313. accedit] *accidit* || §. 314. discedendum] *discendum* || §. 316. superfluentes] *supra fluentes* — residerat] *reciderat* || §. 320. videret] *viderit* — posset cognoscere] *posset magnum scelus* — procedens et] *pr. ut* || §. 321. populi] *populari* || §. 322. iudicum animos] *animos iudicum* — orationem traducere] *or. traduceret* — degredi] *digredi* || §. 323. post illum] *post istum* — sic duodecim] *sic et duodecim* || §. 324. perterritum] *praeteritum* — quarto et sexto] *om. et D.* || §. 325. et severis] *etsi veris* || §. 326. probabantur] *probantur* || §. 327. verborumque adstricta] *verborum eratque adstricta* — quodque ex.] *quod ex.* || §. 328. qualia sint] *q. sunt* — afuisti] *affuisses* || §. 329. quaeso ominare] *quaeso mire* — vindicasse] *vindicavisse* || §. 330. et hos ignotos] *eos ignotos* — amatorum] *armatorum* — possumus] *possimus* —

mortuoque viverent] *mortuo viverentque* — salute] *saluti* || §. 331: haec me cura] *om. me* D. — eloquentiae laude iunxisses] *eloquentia devinxisses* — Nec enim decet te] *Nec te enim decet* — Nam quid] *Nam qui* || §. 333. tantum dico] *tamen d.* — operosa est] *operosa sit* D. Ut nos, A. B. C. — concursatio] Sic B. D. — *aconcursatio* C. — *aconcursio* (sic) A. — In Cd. B. subscripta sunt haec: „Deest residuum nec reperitur plus. Mediolani. 9. Kal. Iulias 1461.” In nostro Cd. D. a novo versu, sed sine indice, incipit atque ad finem usque continuatur totus libellus *de optimo genere oratorum*, qui collatus non est.

M. TULLII CICERONIS
 AD
 C. TREBATIUM
 TOPICA.

PRAEFATIO.

Subsidia mea haec fuerunt:

I. Codex Monasterii Einsiedlensis, cum commentario Boëthii. membr. Sec. X. 4. N. 324. optimus. (*a.*)

II. Codex Sangallensis. membr. Sec. X. 4. N. 830. optimus. (*b.*)

III. Codex Sangallensis cum commentario Boëthii. membr. Sec. X. N. 854. perbonus hic quoque; negligentius tamen scriptus quam *a*, *b*, *d*, et mancus inde a §. 70. Desinit in vv. *atque ut haec in comparatione.* (*c.*)

IV. Codex Sangallensis pulcherrimus et perbonus membr. Sec. XI. N. 818. (*d.*) Hos quattuor ipse contuli. Einsiedlensem diutius ut domi haberem, concessit Kaelinii, Viri Reverendissimi, benignitas.

V. Codex Gryphianus perbonus, cuius excerpta dedit Io. Michaël Brutus; (*Gryph.* vel *Gr.*)

VI. Codex Oxoniensis *B.* vetustus, membr., perbonus.

VII. Codex Oxoniensis *ρ.* Sec. XII. membr., bonus.

VIII. Codex Erfurtensis, Sec., ut equidem censeo, XV. collatus a Wundero in *Variis Lectionibus* cct. p. 30. (*e.*)

IX. Codex Vitebergensis anni mccccxxxii. accurate collatus a Beiero meo. (*f.*)

X. Codex Oxoniensis *U.* item Sec. XV.

XI. Codex Oxoniensis *ψ.* Sec. XV.

In his igitur undecim Cdd. praestantissimi sunt et in plerisque consentiunt, etiam in ordine verborum, *a, b, c, d, Gr., B, ρ*. Proximus bonitate est *e*, qui tamen in verborum collocatione propius accedit ad Ernestianam recensionem. Id quoque memorabile Cd. quartum Sangall. *d*. saepius conspirare cum Erf. Vulgares libri, nec tamen prorsus spernendi, sunt in primis *f*, tum *U, ψ*. Lectionem integram Cdd. *abcd.* et omnia *Gr.* excerpta dedi; paene omnia Cdd. *ef.*, manifestis dumtaxat erroribus praetermissis. Praeter hos undecim Codices accuratius collatos memorantur a Goveano uno in loco Cd. Ranconeti, a Lambino C2d. Memnii et Brissonii; a Grutero autem perpaucae afferuntur lectiones Cdd. Hit-torpiani, Palatini, Bellaquensis, Pecciani et Pithoecani. In Oxoniensium collationibus id praesertim vitiosum est, quod nullam fere unquam rationem habuerunt ordinis verborum, tamquam ea res nullius esset momenti. Eorum autem quattuor Cdd. lectiones omnes, etiam vitiosissimas quasque, hic repetere nihil attinebat, quoniam quidem prostant in duabus iam editionibus et Oxoniensi et Halensi; quamquam mala et praepostera hac repetitione cautissime utendum esse didici experientia.

XII. Ed. Georgii Vallae. Venetiis MCCCCXCII. fol., quam ipse habeo. Lectionis est praestantissimae et plerumque conspirantis cum meliore familia *abcd. Gr. B. ρ*. (*Valla.*)

XIII. Norimbergensis MCCCCXCVII. fol.; lectionis longe peioris, quae originem trahere videtur ex Veneta MCCCCCLXXXV. (*Hain Repert. N. 5107.*), quae eadem prorsus scripta Tullii complectitur. (*Nor. vel N.*)

XIV. Boëthii opera. Venetiis MDIII. fol. Praestans rursus lectio. (*BV.*)

XV. Ascensiana prima. (*Asc.*) satis bonae lectionis.

XVI. Aldina MDXXI., repetitio prioris Aldinae MDXIV. In hac incipit lectionis ante meam vulgatae constitutio. Tum e Cdd. vulgaribus, quales fere sunt mei deteriores, tum ex ingenio videtur emendasse lectionem aliquam similem Venetae MCCCCCLXXXV.

XVII. Iuntina, repetitio Aldinae. (*Iu.*)

XVIII. Ascensiana altera; (*Ab.*) In perpaucis ab it ab Aldina.

XIX. Cratandrina (*C.*) in hoc libro duobus tribusve locis exceptis mera est repetitio Ascensianae secundae. Cratandrinam rursus sequitur Hervagiana prima, cuius propterea mentio nulla facta est.

XX. Victoriana Veneta. (*V.*) Lectio Aldina s. vulgata; in nonnullis tamen e Cdd. emendata.

XXI. Manutiana. (*Man.* vel *M.*)

XXII. Ed. Goveani (MDXLV.) In eius *Operibus* ed. I. van Vaassen Roterodami 1766. Nullum fere praebet usum criticum; interpretationis adiumenta nonnulla.

XXIII. Ed. Caroli Stephani, qui Manutianam aliquam videtur secutus esse. (*S.*)

XXIV. Lambiniana MDLXVI. Egregiae insunt emendationes, a sequentibus Edd. neglectae.

XXV. Margo Lambiniana MDLXXXIV. cum novis coniecturis.

XXVI. Boëthii Opera. Basilea MDLXX. fol. Ex Veneta et hac olim excerpseram Eclogas Boëthianas in hac Ed. auctiores. (*BC.*)

XXVII. Ed. Io. Mich Bruti. Lugduni MDLXX. maximi momenti propter excerpta Cd. Gryphiani.

XXVIII. Gruteriana Gronovii MDCXCII.

XXIX. Ernestiana (*Ern.* 4. sive 4. simpliciter.)

XXX. Wetzliana.

XXXI. Schuetziana maior.

XXXII. Schuetziana minor. (*Sch.* 2. sive 2. simpliciter.) Praeterea, ubi opus erat, inspexi Edd. Rob. Stephani MDXXXIX. fol. et MDXLIV. 8., quae habet aliquot varias lectiones in calce, Ed. cum Boëthii, Visorii, Latomi, Hegendorphini, Goveani commentariis. Parisiis Th. Richard. MDLIV. 4. Edd. Aldi Nepotis, Sylburgii, Gothofredi, Verburgii, Oliveti, Lallemandi et Nobbii. In his autem Edd. lectionibus enotandis hoc temperamentum secutus sum, ut Vallae, Ed. Norimbergensis, Boëthii Veneti, Asc. Ald. Ab. C. S. lectiones tantum

non omnes darem, omissis dumtaxat iis, quae nimis manifesto vitiosa sunt nulliusque omnino usus critici. Integram vero dedi lectionem Victorianae, Lambinianae MDLXVI., Marginis Lambinianae MDLXXXIV. omissis tantummodo erroribus typographicis et orthographicis quibusdam, veluti *parteis* pro *partes*: Ernestianae, Schuetzianae minoris: selectam Norimbergensis, Iuntinae, Manutianae, Goveani, contextus in Boëthio Basileensi, contextus Brutini, Ed. Gruterianae et Wetzelianae. Signa critica haec sunt:

= Varietas ad scripturam spectans veluti: *bipertito* = *bipartito*: diversa verborum collocatio, ubi externa tantum ex auctoritate iudicari poterat, utra in contextu esset sequenda. — Lectio receptae postponenda. ∞ Lectio memorabilis, de qua in utramque partem disputari potest; eius generis lectio, quae pertinet ad quaestiones Grammaticorum, nostro etiam tempore agitatae, nec adeo iam explicatae, ut nullum omnino de veritate dubium remaneat; lectio a magnis Criticis probata; eius omnino generis, ut novum aliorum examen mereatur; non tamen mihi adeo probata, ut recipienda videretur, nisi ubi additum est: „Placet.” Qua ratione ibi praesertim usus sum, ubi coniectura aliqua vel varietas per se spectata admodum veri similis videretur, audacius tamen acturum me fuisse putarem, si recepissem. Singulis autem lectionibus sua additur auctoritas, nisi ubi varietas est unius duorumve Codicum vel Editorum a ceteris omnibus reiecta veluti statim primae duae: [*ingressos*] — *aggressos* O1x. (U.) — [*libris explicata*] = *explicata libris* f. BV., ubi nihil attinebat dicere ceteros meos omnes libros et manu scriptos et typis excusos tueri lectionem a me retentam. Rursus ubi testimonia dividuntur veluti in tertia lectione: [*librorum eorum*] = *eorum librorum* utriusque auctores enumerati sunt. In margine autem interiore enotavi lectionem Ernestii, uno conspectu ut perspiceretur, quid novatum esset post illum. (Lambini lectio integra, ut praedixi, est in Annotationibus.) Id autem mihi propositum erat, ut sequeretur vel consensum

sex Cdd. optimorum, vel veritatem ex uno pluribusve eorum prodeuntem; quo factum est, ut recensio mea longe similior evaderet Vallae, Venetae cum Boëthio et Ascensianae primae, quam recentiorum omnium post Aldum avum. Eclogas autem Boëthii sedulo nunc emendavi tum e Cd. Einsiedlensi N. 324. Sec. X., (*A.*) tum e Sangallensibus N. 854. (*B.*) Sex. X. et N. 831. sine Topicis Tullii, membr. Sec. IX. (*C.*); quibus omnibus desunt ea, quae Hase, V. Cl., e Codice Regio primus publici iuris fecit. Mirum est, quod in fine Lib. IV. legitur in Cdd. A. B. **CONDITOR OPERIS EMENDA VI.** Non habet hoc Cd. C.

M. TULLII CICERONIS

T O P I C A.

1 **M**aiores nos res scribere ingressos, C. Trebati, et iis
 1 libris, quos brevi tempore satis multos edidimus, digniores e cursu ipso revocavit voluntas tua. Quum enim mecum in Tusculano esses et in bibliotheca separatim uterque nostrum ad suum studium libellos, quos vellet, evolveret, incidisti in Aristotelis Topica quaedam, quae sunt ab illo pluribus libris explicata. Qua inscriptione commotus continuo a me librorum eorum¹ sententiam
 2 requisisti; quumque tibi² exposuissem disciplinam inve-

ERN. 1) eorum librorum 2) quam tibi cum

§. 1. [*ingressos*] — *aggressos* O1x. (U.); quod per se spectatum rectum est (cfr. *Orator* §. 2.) Sed *ingressos* significat inchoatas iamiam a se scriptiones, *aggressos* consilium dumtaxat denotat. (om. *scribere* c.) — [C.] — *Censor* e. Prorsus ut in Cd. Medic. *Epp. ad Famil.* saepe stultum in modum explicatae sunt notae praenominum et similium. „Per c. scribitur *gaius* praenomen, sed per *g* pronuntiatur.” Glossa Einsiedl. — [*et iis*] Firmant hoc ade. — *et his* bcf. Valla. ex perpetuo librariorum errore. Multos locos Sallustii pron. *hic* alteri *is* substituto nuper rursus corruptit Kritzius (cfr. eius *Adnott. ad Catil.* p. 44.) — [*brevi tempore*] — *brevi iam temp.* bc. — [*multos*] — *multo* ae. — [*libellos*] — *libros* e. [*Aristotelis Topica quaedam*] — *quedam topica aristotelis* e. — [*quae sunt ab illo*] = *quae ab illo sunt* a. — om. *ab illo* f. In marg. addit manus secunda post *quae*. — [*libris explicata*] — *expl. libris* f. BV. — om. *libris* C2d. Lambini. — [*librorum eorum*] Sic abcde. Valla. BV. Asc. = *eorum librorum* N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — *librorum illorum* f. — [*sententiam*] — *summam* f.

§. 2. [*quumque tibi*] Sic dedi ex de. Nam in vulgata (N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2.) *quam tibi quum*, vel, ut habent abf. v. BV. Asc. *quam quum tibi*, hiat constructio et manifesto *quumque* a librariis sic immutatum est propter proximum voc. *disciplinam*, quod regi putabant a verbo *exposuissem* ideo-

niendorum argumentorum, ut sine ullo errore ad eam ratione et via¹ perveniremus ab Aristotele inventa, illis libris² contineri, verecunde tu quidem ut omnia, sed tamen facile ut³ cernerem te ardere studio, mecum, ut tibi [illa]⁴ traderem, egisti. Quum autem ego te non tam vitandi laboris mei causa, quam quia tua id⁵ interesse arbitrarer, vel ut eos per te ipse legeres vel ut totam

1) rationem via 2) libris illis 3) ut facile 4) illam 5) quam quod id tua

que requiri *quam*. — [*ratione et via*] Sic ex constanti usu Cic. L. coni. et Ursinus: firmatur a BC.: „Ut sine ullo errore ad argumentorum inventionem via quadam et recto filo atque artificio veniretur.” et paullo post: „ut — ad ea mens non casu, sed quadam *via et ratione* perveniat.” (Sic Ed. Bas. 1570. = *via ac ratione* Eins. — *viae ductione* corrupte Veneta.) — *rationem via* Cett. cum Cdd. etiam meis omnibus. Defendit hoc Ern. affirmans Lambinum *ratione et via* „sine necessitate” correxisse. Scilicet haud raro, melioribus inventis, in peioribus nimis facile acquiescimus. Quod autem v. *rationem* omittunt C2d. Lambini, ex eadem sententia, quam secutus est Lamb., profectum est, sed minus recte explicatâ: nimirum videbant illi quoque post v. *disciplinam* male inculcari accusativum voc. homonymi. — *rationem* vero in Cdd. plerisque ad v. *adeam* (scil. disciplinam) male accommodatum est, ut statim peius etiam *inventam* in abc. (Memorabilis praeterea, nec tamen vera est lectio Marg. Gothofredi: — *ad ea* [scil. argumenta] *ratione et via*.) — [*illis libris*] Sic abcdef. v. BV. Asc. = *libris illis* N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [*facile ut*] Elegantiorem hunc ordinem restitui ex a. (a sec. manu) bcdef. v. BV. Asc. L. Solet sic Cicero: *vix ut, nihil ut ac similia*. — *ut facile a.* (a prima m.) N. Ald. Ab. C. V. S. Grut. 1. 2. — [*illa traderem*] Sic def. v. Asc. Ald. Ab. S. L. Grut. = *traderem illa* bc. ∞ om. *illa c.* Propter quam omissionem et transpositionem in Cdd. bc. repertam, ego [.]. („*ut ei Topica traderet*” BC. — *illam traderem* Veneta Ernestii. N. 1. 2.) — [*laboris mei causa*] ∞ om. *causa c.* Cd. Hittorpianus. Item f. a pr. manu. Inepte transponunt bc.: *laboris mei quam causa tua id int.* Non improbat omissionem v. *causa* Krarup *Spec. 2.* pag. 30. Certa tamen exempla huius usus apud Cic. haud reperiuntur et excidit fere in Cdd., quia in archetypis per compendium CA scriptum erat. (— *mei laboris e.*) — [*quam quia tua id*] Optimum factu videbatur ita reponere ex a. v. BV. Asc. L., quam praesertim etiam Cdd. de. (*quam quia ut tua*) habeant *quia*, non *quod*. Corrupti, ut dixi, sunt bc. — *quam quid int. tua* N. — *quam quod int. tua* Ald. Ab. C. V. S. — *quam quod id tua int.* e suis Cdd. Grut. 1. 2. — [*vel ut eos*] — om. *vel f.* — om. *eos e.* — [*ipse*] — *ipsum e.* — [*vel ut totam*] — om. *ut f.*

rationem a doctissimo quodam rhetore acciperes, hortatus essem: utrumque, ut ex te audiebam, es expertus.

3 Sed a libris te obscuritas reiecit. Rhetor autem ille magnus haec, ut opinor, Aristotelia¹ se ignorare respondit. Quod quidem minime sum admiratus eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis praeter admodum paucos ignoraretur. Quibus eo minus ignoscendum est, quod non modo rebus iis, quae ab illo dictae et inventae sunt, alluci debuerunt, sed dicendi quoque incredibili quadam quum copia, tum etiam

4 suavitate. Non potui igitur tibi saepius hoc roganti et

1) Aristotelica

— [ex te] — a te Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. — [es expertus] — exp. es e.

§. 3. [a libris te] Sic cum Edd. praeter L. omnes mei, excepto c., qui a prima manu: a libris obs. te. = te a libris L. (— eiecit f.) — [magnus haec, ut opinor] Sic constanter mei et Gruteri. v. BV. Asc. Grut. 1. — om. haec Ven. N. Ald. Iu. Ab. C. V. M. Gov. S. L., non improb. Ern. — magnus, ut opinor, haec Arist. tamquam e Victorio Sch. 2. Sed neutra Victoriana, nec Veneta nec Rob. Stephani repetitio sic habet. Quamquam per se spectata placere potest Sch. lectio, tenendum est tamen verbis ut opinor affici totam sententiam, non v. haec Aristotelia dumtaxat; prorsus ut §. 36. in quo Servius noster, ut opinor, nihil putat esse novandum; ubi ex grammatica ratione recte, ex logica perquam absurde v. ut opinor referrentur ad v. noster tantummodo. — [Aristotelia] Sic, ut fere in similibus optimi quique Cdd. praebent, v. c. Democritii, Isocratio vel Isocrateo more (cfr. Meyerum ad Oratorem §. 235.) dedi ex antiquiss. b. et Gryph. Aequè recte: = Aristotelica Margo 1584. — Aristotelica Cett., etiam a c d. — [admiratus] — demiratus vel miratus L. susp., ut solebat in hac v. admirari significatione. (sich verwundern, maravigliarsi: cfr. ad Famil. 10, 31, 6.) — [ignoraretur] Bonam haec Ern. coni. firmant abc. (a. tamen a sec. m.) O1x. (B.) — ignoratur e. — ignoretur df. et Edd. omnium ante Ern. 1. Sch. 2. lectionem defendit Wetzel. Sane utrumque locum habet; sed magis videtur ex usu Ciceronis, ut esse cognitum habeatur pro verbi perfecto, quam pro participio adiectivo cognitum, quemadmodum volebat Wetzel. — [ignosc. est] — est ignosc. e. — [rebus iis] — r. his bcf. — r. illis e. — [debuerunt] — debuerint ab. (a sec. manu uterque.) c. — [quum copia] „Al. tum c.” superscr. in c. — [tum etiam suav.] — om. etiam BV. contra Cdd. meos; et requiritur ab aurium iudicio.

§. 4. [saepius hoc] — hoc saepius bc. — [et tamen] L.

tamen verenti, ne mihi gravis esses, (facile enim id cernebam,) debere diutius, ne ipsi iuris interpreti fieri videretur iniuria. Etenim quum tu mihi meisque multa saepe scripsisses, veritus sum, ne, si ego gravarer, aut ingratum id aut superbum videretur. Sed, dum fuimus una, tu optimus es testis, quam fuerim occupatus: ut autem a te discessi, in Graeciam proficiscens, quum opera mea nec res publica nec amici uterentur nec honeste inter arma versari possem, ne si tuto quidem id¹ mihi liceret: ut veni Veliam tuaque et tuos vidi, admonitus huius aeris alieni nolui deesse ne tacitae quidem flagitationi tuae. Itaque haec, quum mecum libros non haberem, memoria repetita in ipsa navigatione conscripsi tibi que ex itinere misi, ut mea diligentia mandatorum tuorum te quoque, etsi admonitore non eges, ad memoriam nostrarum rerum

1) id quidem

nescio cur delevit et h. l. prorsus necessarium; nisi forte merus est error typogr. — [enim id cernebam] — om. id b. (a pr. m.) c. — [debere diutius] = diutius debere L. Unde autem fluxerit in BV. gloss. negare pro debere videmus nunc ex a.; debere diutius, in margine additur: denegare. — debere diutius denegare h.c. Cfr. Tuscul. 2. §. 67. — [fieri videretur iniuria] = ini. fieri videretur Margo 1584. — fieri videremur iniurii f. correctum: iniuria. — [scripsisses] Sic a b c d. B. q. Cd. Brissonii. Cd. Victorii (ad Div. 7, 1/4. quod si scribere oblitus es, minus multi iam te (Trebatio) advocato causa cadent.) L. 1. 2. — cavisses ef. U. ψ., recentiores igitur ac peiores. Porro Edd. meae omnes ante Lamb. sicque omnino legit BC.: „quod vel ipsi vel iis, quos ipse defenderit, plura cavisset.” Est igitur antiquiss. gloss., quo tamen omnis huius loci perit venustas, ut scite annotavit Ern. — [veritus sum ne si] — v. s. nisi a. a pr. m. — v. s. si f. a pr. m. — [ego gravarer] — eo gr. de Goveani susp. L. — [aut ingratum id] — aut id ingr. c. — aut id ingratum fuisse b.; sed fuisse punctis notatum. — [fuimus una] — f. uni f. a pr. m. — [occupatus] — saepe occupatus contextus Ed. 1584.

§. 5. [possem] — possemus d. — [ne si tuto quidem id] Sic a b c f. Valla. Nor. BV. Asc. Recte, puto. Etenim vv. ne — — — quidem afficitur v. tuto dumtaxat, non v. id. — ne si tuto id quidem d. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Tum notanda omissio v. mihi in de. (— nisi pro ne si ad.) — [vidi] — vidi amicos e gloss. f. — [tacitae] — tacite f. (nec tacitae e.) — [haec] — hoc f. — [mecum libros] = lib. mec. Valla. — [memoria repetita] — rep. mem. c. — [admonitore] (Sic a b c f.

excitarem. Sed iam tempus est ad id, quod instituimus, accedere.

2 Quum omnis ratio diligens disserendi duas habeat
6 partes, unam inveniendi, alteram iudicandi, utriusque princeps, ut mihi quidem videtur, Aristoteles fuit. Stoici autem in altera elaboraverunt: iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt ea scientia, quam *διαλεκτικήν*¹ appellant; inveniendi² artem, quae *τοπική* dicitur, quae et³ ad usum potior erat et ordine naturae certe
7 prior, totam reliquerunt. Nos autem, quoniam in utraque summa utilitas est et utramque, si erit otium, persequi cogitamus, ab ea, quae prior est, ordiemur. Ut igitur earum rerum, quae absconditae sunt, demonstrato et notato loco, facilis inventio est: sic, quum pervesti-

1) dialecticam - - topicam 2) inveniendi vero 3) quaeque

Edd. meae omnes.) — *monitore* de. — [*excitarem*] — *excitarem* de.

§. 6. [*ratio diligens*] — *oratio diligens* h. — *diligens ratio* d. — om. *diligens* U. Valla. — [*partes*] — *artes* a. — [*princeps ut mihi*] — *particeps mihi* a. a pr. m. — [*mihi quidem*] — om. *quidem* ce. — [*elaboraverunt*] (Sic quattuor mei.) = *elaboraverunt* L. in m. 1584., non 1566. — [*iudicandi enim*] — *i. autem* c. [*ea scientia, quam*] Sic bd. U. V. 1. — *eam scientiam, quam* a e. O3x. Ven. Valla. N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. S.; quae lectio orta est ex falsa accommodatione ad v. *persecuti sunt*. Praeterea quum in ea v. *scientiam* per compendium *SCIA* cum lin. scriptum esset, excidit in d. Utramque autem lect. ae. et d. confundens, *eam quam* probavit Ern. Vidit Sch. eam tolerari omnino non posse, nisi si *vias* mutaretur in *viam*, itaque fecit: — *iud. e. viam dil. p. sunt, eam, quam d.* Alio modo, eoque meliore lectionem ae. correxit L.: — *eamque scientiam dial.* Optima tamen est vulgata satis nunc firmata a Cdd. hd. Ceterum e Cdd. vestigiis Graece scripsi disciplinarum nomina. = *dialecticam* - - *topicam* Cett. — [*inveniendi artem*] Sic ad fe. B. o. — *inveniendi autem artem* c. — *inveniendi vero artem* h. In d. suppletum a sec. m. Edd. meae. Saepissime vero particulae et adversativae et causales in hoc praesertim libello intrusae sunt ab interpolatoribus. (Mox: — *topicam dicunt* f. a pr. m. — *topicam dicunt* f. a sec. m.) — [*quae et ad*] Sic optime abcde. B. Respondet *et ordine*. — *quae ad* Ald. Ab. C. — *quaeque ad* f. Cett. meae Edd. Sed *que - - et pro et - - et* Livii et Taciti potius est quam Ciceronis. — [*reliquerunt*] — *reliquerint* f. a pr. m.

§. 7. [*ordiemur*] — *ordiamur* e. — [*earum rerum*] = *rerum earum* e. — [*sic, quum*] — *si cum* f. — [*appellatae ab Ar.*

gare argumentum aliquod volumus, locos nosse debemus: sic enim appellatae ab Aristotele sunt eae¹ quasi sedes, e quibus argumenta promuntur. Itaque licet definire, 8 locum esse argumenti sedem: argumentum autem, orationem², quae rei dubiae faciat fidem. Sed ex iis³ locis, in quibus argumenta inclusa sunt, alii in eo ipso, de quo agitur, haerent: alii assumuntur extrinsecus. In ipso tum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tum ex iis⁴ rebus, quae quodam modo affectae sunt ad id, de quo quaeritur. Extrinsecus autem ea ducuntur⁵, quae absunt longeque disiuncta sunt. Sed ad id totum, de 9 quo disseritur, tum definitio adhibetur, quae quasi in-

1) hae 2) rationem 3) his 4) his 5) dicuntur

sunt] = ab Ar. app. sunt f. BV. — [eae quasi] af. (d.) L. (— sunt eae res quasi d.) — hae quasi Cett. Saepius observavi in Inscript. et in Cdd. antiquioribus praestantioribusque accurate utramque pronomen distingui, quod nunc recentiorum nonnulli depravata posteriorum seculorum seculorum scriptura decepti denuo confundere coeperunt.

§. 8. [definire] — diffinire af. (Semel noto malam scripturam saepe in Cdd. obviam.) — [locum esse] ∞ om. esse a. a pr. manu. — [orationem] Codex Einsiedlensis Boëthii. h. c. cfr. Oratorem §. 116. et Topic. §. 36. Definitio est oratio. — rationem Cett. („Definit Tullius argumentum hoc modo: Argumentum est oratio quae rei dubiae faciat fidem. Sumpsit igitur orationem ut genus. Omnes enim iniuriosi sunt, qui orationis virtutem a sapientiae ratione seiungunt, aliamque esse dicendi artem volunt, aliam intelligendi.” BC. e Cd. Einsiedl. — [ex iis locis] Quod suspicatus eram in priore Ed., exhibent nunc ad. (his.) — his Cett. — [de quo agitur] Sic omnes, etiam BC. Sed §. 58. et 72. est de quo ambigitur vel ambigetur. — [ex partibus eius] — om. eius Valla solus. — [ex nota] — ex notatione L., ut §. 10. BC. tamen h. l. constanter habet nota. — [ex iis] Sic d. Ald. Ab. C. V. M. S. L. — ex his Cett. — [ducuntur] Sic Asc. Rob. Steph. Richard. S. L., ut paullo ante assumuntur; §. 11. ducuntur etiam argumenta. §. 13. a genere sic ducitur; maximeque §. 21. quae autem assumuntur extrinsecus, ea maxime ex auctoritate ducuntur. — dicuntur Cett. meae Edd. cum Cdd. notis. Verum haud puto Cic. dicturum fuisse extrinsecus ea dicuntur pro extrinsecus petita vel assumpta dicuntur.

§. 9. [quae quasi involutum evolvit id] Sic Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Item N., sed om. quasi. ∞ qua quasi involutum evolvitur id abde. (c. f.) Gr. ρ. ψ. (sicque c., sed mance:

volutum evolvit id, de quo quæritur; eius argumenti talis est formula: Ius civile est aequitas constituta iis, qui eiusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas: eius autem aequitatis utilis cognitio est¹: utilis ergo est² iuris
 10 civilis scientia: tum partium enumeratio, quae tractatur hoc modo: Si neque censu nec³ vindicta nec testamento liber factus est, non est liber: neque ulla est⁴ earum rerum: non est igitur liber: tum notatio, quum ex verbi vi⁵ argumentum aliquod elicitur, hoc modo: Quum lex⁶

- 1) est cognitio 2) est ergo 3) neque 4) est ulla 5) vi verbi
 6) lex [Aelia Sentia]

quasi i. evolvitur id, om. scil. *qua*, ut paullo ante omittit vv. *tum definitio*. — *quum definitio adhibetur, quasi involutum evolvitur id* Valla. BV, Asc.) BC. tamen tribus locis nobiscum facit. — [*talis est formula*] — *t. e. forma f.* — *formula talis est e.* — [*iis*] — *his* c f. — [*ad res suas*] = *ad suas res* h. — [*cognitio est*] Sic a b c d. (f. a sec. m.) Valla. BV. Asc. V. = *est cognitio* N. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. — om. *est* f. a pr. manu, probb. Ern. et Sch. Scimus nunc istas omissiones et transpositiones v. *est* ortas esse ex antiqua scriptura *cognitio est*. — [*ergo est*] Sic a b c e f. BV. Valla. Asc. V. = *est ergo* d. N. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2.

§. 10. [*nec vindicta*] Sic a c d. Valla. Asc. — *neque v. b e f.* Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Mox: = *neque testamento* BV, Margo 1584. »Faciendi liberi tres partes sunt: una quidem, ut censu liber fiat; censebantur enim antiquitus soli cives Romani. Si quis ergo consentiente vel iubente domino nomen detulisset in censum, civis Romanus fiebat et servitutis vinculo solvebatur, atque hoc erat censu fieri liberum, per consensum domini nomen in censum deferre et effici civem Romanum. Erat etiam pars altera adipiscendae libertatis, quae vindicta vocabatur. Vindicta vero est virgula quaedam, quam licetor manumittendi servi capiti imponens, eundem servum in libertatem vindicabat, (*servum libertati* v. A. a sec. m. B.) dicens quaedam verba sollemnia, atque ideo illa virgula vindicta vocabatur. Illa etiam pars faciendi liberi est, si quis suprema voluntate in testamenti serie servum suum liberum scripserit." BC. — [*neque ulla est*] Sic a b c d f. Valla. N. BV, Asc. = *neque est ulla* e. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. (— *non est autem ulla* Margo 1584. — *Atqui nulla est earum r.*, quasi e BC. Sch. in Ed. mai.) — [*verbi vi*] Sic a b c d f. Valla. BV, Asc. V. = *vi verbi* e. N. Ald. Ab. C. L. 1. 2. — [*quum lex*] Sic a. B. U. Varietas Rob. Steph. Cd. Ranco-neti apud Goveanum, qui ipse quoque probabat. L. Sch. 2. prob. Dirksen. — *lex Aelia Sentia* a. in margine. b d e f. (scil. d.: *elia sentia lex*. — fe: *lex elia saencia* [f.] *sancia* e.) Cdd. Gruteri. N. V. M. S. Grut. — *lex Aelia Sanctia* BC, Valla.

assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti: locuples enim est *assiduus*, ut ait Aelius, appellatus ab *aere*¹ dando. Ducuntur etiam argumenta ³ ex iis rebus, quae quodam modo affectae sunt ad id, de ¹¹ quo quaeritur. Sed hoc genus in plures partes distributum est. Nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex forma², alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adiunctis³, alia ex anteceden-

1) asse 2) formula 3) *Exciderunt err. typogr. vv.*: alia ex diff. - - adiunctis

BV. Ald. Iu. Ab. C. — *lex Aelia Norisius*. — *lex Aelia Sextia* Iac. Gothofred. — *lex apud Aelium Sextium* Cannegieter. — *quum ex Aelii sententia* Funccius. Vide Dirksen XII. *Tafeln* p. 160. E Boëthio apparet antiquissimum esse gloss. — [*assiduo vindicem*] — *iudicem assiduo* f. — [*iubeat*] — *iubet* U. L. — [*locupletem iubet locupleti: locuples enim est assiduus*] Sic L. 1. 2. Item Valla. BV. Asc. Ald. Ab. C. V. S.; sed hi: *locuples enim assiduus om. est.* — *locupletem iubet locuples. is est ass. a.* Sed a sec. manu superscr. *locupleti. (is est assiduus etiam e Gr. affert Brutus.)* — *locupletem (rasura) iubet locuples is est ass. b.* — *locupletem iubet locuples esse ass. c.* — *locupletem iubet locuples est ass. de.* (— *iubeat locupleti esse ass. f.*) (— *locuples assiduus* Varietas Rob. Stephani.) Vides a Cdd. potius enim omitti quam est. — [*ut ait Aelius*] — *ut ait Laelius* ad.; unde facili opera scribi posset: — *L. Aelius* (Stilo); sed intelligitur potius Sex. Aelius Gatus (*Legg.* 2, 25, 59.) et *Laelius* solita illius nominis est corruptela. — om. haec f. a pr. m. Habet in marg. — [*ab aere dando*] ab. (hic Cd. b. a pr. m.) c d e. Gr. Valla. N. BV. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. idque retinendum videbatur propter l. de *Rep.* 2, 22. *quum locupletes assiduos appellasset ab aere dando.* ∞ ab asse ψ. bf. uterque a sec. m. (f. a pr. m.: — *ab asce.*) Asc. Lamb. 1. 2. prob. Lalle. et Dirksen l. l. „Vindex est, qui alterius causam suscipit vindicandam, quos nunc procuratores (*praedictatores* A. *praedictores* B.) vocamus. — Quid est *assiduus* aliud, nisi *assem dans*? *Assem* vero dare nisi *locuples* non poterat (*sic* A. C. *poterit* B. — *potest* Bas.) *assiduus* igitur *locuples* est. Quum igitur *lex Aelia Sentia* *assiduo vindicem assiduum esse* constituat, *locupletem iubet locupleti*; *assiduus* quippe est *locuples*, a dando *aere nominatus*.” BC.

§. 11. [*ex iis*] — *ex his* cf. — [*quae quodam modo affectae sunt*] = *quae sunt qu. m. aff.* Victorius solus. — [*in plures partes*] — *plures in partes* f. — [*ex forma*] Sic a b c d e f. Gr. C1d. Lamb. O4x. BC. Valla. N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. L. 2. — *ex formula* V. M. S. 1. In Cd. a. exciderunt vv. *nam alia coni.* - - - *similitudine alia*; in marg. sunt reposita, ubi itidem *forma*. Verba *alia ex diff.* - - *adiunctis*, quae exciderunt ex Ern., habent omnes. — [*ex adiunctis*] Sic e. U.

- tibus, alia ex consequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione
 12 maiorum aut parium aut minorum. Coniugata dicuntur, quae sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quae orta ab uno varie commutantur, ut *sapiens, sapienter, sapientia*. Haec verborum coniugatio *συζυγία* dicitur, ex qua huiusmodi est argumen-
 13 tum: Si compascuus ager est, ius est compascere. A genere sic ducitur: Quoniam argentum¹ omne mulieri legatum est, non potest ea pecunia, quae numerata domi relicta est, non esse legata; forma enim a genere, quoad suum nomen retinet, nunquam seiungitur: numerata autem pecunia nomen argenti retinet: legata igitur videtur.
 14 A forma generis, quam interdum, quo planius accipiatur, partem licet nominare, hoc modo: Si ita Fabiae pecunia legata est a viro, si ei viro materfamilias² esset: si ea

1) argumentum *err. typogr.* 2) si ea uxor materfamilias

Valla. Cett. meae Edd. praeter Nor. et BV. ∞ *ex coniunctis* a b c d f. N. BC. BV., ut §. 54. et 87. Difficillima profecto quaestio est, utrum in hoc v. variarit Cic. ipse, an alterum utrum librariis debeatur. Certum tamen videtur *ab adiunctis* §. 18. et §. 50. Item *de Invent.* 2, §. 41.

§. 12. [*verba sunt*] = *sunt verba a.* — [*commutantur*] — *mutantur c.* — *permutantur e.* — [*coniugatio*] — *iugatio* Gr. a. a pr. manu. — [*συζυγία*] ΣΥΝΖΥΓΙΑ c. CΙΝΖΥΓΙΑ a. συζυγία f. — om. d. — *συστοιχία* volebat vir doctus apud Victor. *Var. Lectt.* 24, 10. — [*huiusmodi*] — *huiuscemodi* Ald. Ab. C. V. S. L. — [*est argumentum*] ∞ *fit arg. a.* — [*ager est*] = *est ager* b c.

§. 13. [*ducitur*] — *dicitur a.* a pr. m. — *ducuntur c.* — *ducitur argumentum* f. Valla. BV. Asc. e gloss. — [*argentum omne*] = *omne arg.* b c. Valla. Asc. — [*ea pecunia*] — *ei pec. q.* Nor. Ald. Iu. Ab. C. — *et pecunia* Asc. contra Cdd. meos, Vallam, BV. V. S. L. 1. 2. — [*quoad*] Iu a. superscr. *donec.* — [*retinet*] — *habet e.* Verba *numerata* — — — *videtur d.* *habet in marg. dumtaxat a manu rec.*

§. 14. [*quo planius accipiatur*] Omittunt haec Goveanus, Richard. L. cum Cd. in marg. 1584. Habent Cdd. mei, Gr. et Edd. cett. — [*si ei viro materfamilias*] Sic a b c d e. O3x. Valla. BV. Asc. V. M. S. L. Grut.; et firmare videtur Quintilianus 5, 10, 62. *si quis, quum legatum sit ei, quae viro materfamilias esset, neget deberi ei, quae in manum non conuenerit; atque omnino formularum sermonem magis refert: etsi*

in manum non convenerat, nihil debetur. Genus [enim]¹ est, uxor: eius duae formae; una matrumfamilias, eae sunt, quae² in manum convenerunt; altera earum, quae tantummodo uxores habentur. Qua in parte quum fuerit

1. enim sine [] 2) earum, quae

erunt fortasse, qui leg. censeant: *si ei materfamilias deleto v. viro*, me non probante. — *si ei uxor materf.* f. a pr. m. — *si ea uxor materf.* f. a sec. m. Ven. N. Ald. Iu. Ab. C. Ern. 1. — [*in manum*] Sic omnes mei. *q.* Quintil. l. l. Valla. BV. Asc. V. M. 1. 2. — *in manum viri* O3x. (?) N. Ald. Iu. Ab. C. S. L. Oliv. e Gloss. — [*genus [enim] est*] ∞ *genus est enim* Asc. Ald. Ab. C. Gov. Margo 1584. ∞ *om. enim* Victor. S. Recte, puto; cfr. §. 39.; quocirca ego []. — [*formae*] — *formae sunt* Asc. — [*eae sunt, quae*] Sic a. a pr. m. et d. Gr. L. Brutus. Dicitur, *ut id est, id erat*; sed in num. plur. saepius corrumpitur. — *hae sunt quae* b. a sec. m. et e. *q. ψ.* Mss. Voss. apud Oudend. *Appul.* T. 1. p. 508. (qui tamen utrumque et *hae* (s. potius *eae*) *sunt* et *earum* pro gloss. immerito habebat:) item Valla. N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. — *haec sunt quae* U. C. — *ut sunt quae* ch. a pr. m. c. a sec. m. — *earum, quae* d. B. V. M. S. 1. 2. — [*convenerunt*] — *convenere* BV. quae forma apud Cic. repudianda, frequentius, quantum equidem observavi, reperitur in Cdd. Sec. XV. et in Edd. eiusdem Sec., interdum etiam Victoriana, quam in antiquioribus Cdd. „Uxoris species sunt duae, una matrumfamilias, altera usu; sed communi generis nomine uxores vocantur. — Materfamilias vero esse non poterat, nisi quae convenisset in manum. Haec autem certa erat species nuptiarum. Tribus enim modis uxor habebatur: usu, farreo (*sic* C3d. mei. — *farre* Ven. — *ferreatione* (sic) Bas. 1570.) coëmptione: sed confarreatio (*sic* C. — *farreatio* AB.) solis pontificibus conveniebat. Quae autem in manum per coëmptionem convenerant, eae matresfamilias vocabantur. Quae vero usu vel farreo (*sic* C3d. mei. — *farre* Ven. *farreatione* Bas.) minime. Coëmptio vero certis sollemnitatibus peragebatur; et sese in coëmendo invicem interrogabant, vir ita: an mulier sibi materfamilias esse vellet? Illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet? Ille respondebat, velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, et vocabantur haec nuptiae per coëmptionem; et erat mulier materfamilias viro loco filiae. Quam sollemnitatem in suis institutis Ulpianus exponit. Quidam igitur extremo iudicio omne Fabiae uxori legavit argentum: si quidem Fabia ei non uxor tantum, verum etiam certa species uxoris, id est, materfamilias esset; quaeritur, an uxori Fabiae legatum sit argentum.” BC. Cfr. Hotomanum *Obs.* 4. 24. ap. Sch. in Ed. mai., qui tamen lectionem a nobis

- 15 Fabia, legatum ei non videtur. A similitudine, hoc modo: Si aedes eae corruerunt vitiumve fecerunt, quarum ususfructus legatus est, heres restituere non debet nec reficere, non magis quam servum restituere, si is, cuius ususfructus legatus esset¹, deperisset. A differentia: Non, si uxori vir legavit argentum omne², quod suum esset, idcirco, quae in nominibus fuerunt, legata sunt. Multum enim differt, in arcane positum sit argentum, an in tabulis debeatur. Ex contrario autem, sic: Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum usumfructum legavit, cellis vinariis et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. Usus enim, non abusus, legatus est. Ea sunt inter se contraria. Ab adiunctis: Si ea mulier testamentum fecit, quae se capite nunquam deminuit³, non videtur ex edicto praetoris secundum eas

1) est 2) omne argentum 3) diminuit et sic semper.

denuo reiectam secutus est: *si ea uxor materfamilias esset*: — [leg. ei] — l. illi e.

§. 15. [aedes eae] — aedes hae ce. — aedes ese f. Hinc: — aedes exesae Valla. BV. Ald. Iu. Ab. C. — aedes ex se N. Asc. Rectam lect. habent abd. V. Seqq. — [fecerunt] ∞ faciunt acdf. Gr. B. q. Valla. BV. (BC. tamen habuit potius fecerunt.) In formulis saepe iungitur utrumque tempus; unde et hic fortasse fuit: *fecerunt faciunt*. — [cuius usus fructus] — om. usus acf. a pr. m. propter ductuum similitudinem cum v. cuius. — [legatus esset] Sic abcdef. Gr. B. Valla. BV. Asc. — leg. est O3x. (?) Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2.; sed hoc requireret potius deperit.

§. 16. [differentia] — differentia sic de. — [argentum omne] Sic abcdf. Valla. BV. Asc. Et videtur veluti ex formulae usu; ut §. 13., etsi ibi quoque b: = omne arg.; ut h. l. e. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [fuerunt] — fuere Valla. — [in arcane] — in archa f. — [debeatur] Gloss. videbatur Hotomano *Obs.* 1, 25. p. 31. Satis firmatur a Boëthio. — *debeat* Nor. — *pateat* L. coni.

§. 17. [Ex contrario] Sic Cdd. mei. Nor. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. ∞ A contrario q. Valla. BV. Asc.; efr. tamen §. 11. — [non abusus] „Utumur iis, quae nobis utentibus permanent; iis vero abutimur, quae nobis utentibus pereunt.” BC. — [inter se contraria] = *contr. inter se c.* — *ea autem inter se sunt c. e.*

§. 18. [testam. fecit] — t. facit f. — [se capite nunquam] — *se nunq. cap. d.* — [deminuit] Sic in hac formula ubique scripsi cum optt. Cdd. (h. l. scil. cbd.) item Lamb. et Sch. pro ceterorum, etiam Ern.: — *diminuit*. — [ex edicto praetoris] —

tabulas posséssio dari. Adiungitur enim, ut secundum servorum, secundum exulum, secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari. Ab antecedentibus 19 autem et consequentibus et repugnantibus hoc modo: Ab antecedentibus: Si viri culpa factum est divortium, etsi mulier nuntium remisit, tamen pro liberis manere nihil oportet. A consequentibus: Si mulier, quum fuisset nupta 20 cum eo, quicum connubium non esset, nuntium remisit; quoniam, qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro libe-

ex ed. populi Romani a c d e. — ex dito p. r. f. Error ortus ex nota *PR.* confusa cum *P. R.* — [*servorum*] — *servulorum* a. a sec. m. bc. Ortum videtur e seq. *puerulorum*, pro quo: — *puerorum* f. Cdd. Lambini. Item Victorius. — [*ex edicto dari*] »Capitis deminutio est prioris status permutatio. Id multis fieri modis solet, vel maxima vel media vel minima. Maxima est, quum et libertas et civitas amittitur, retinetur libertas, ut in Latinis colonias transmigratio. Minima, quum nec civitas nec libertas amittitur, sed status prioris qualitatis immutatur (*imminuitur* ABC. Bas.) velut adoptione, aut quibuslibet aliis modis prior status retenta civitate potuerit immutari. Mulieres vero antiquo iure tutela perpetua continebat. Recedebant vero a tutoris potestate, quae in manum viri convenissent, itaque fiebat eis prioris status permutatio, et erat capite deminuta, quae viri convenisset in manum. Quaedam igitur, quae se nunquam capite deminuisset, id est, quae in manum viri minime convenisset, sine tutoris auctoritate testamentum fecit cet.” BC. v. Savigny *Zeitschrift* T. 3. p. 309. seqq.

§. 19. [*factum est*] Sic N. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — *factum sit* abcdef. O2x. (B. ρ.) Valla. BV. Asc. Videtur tamen ortum e scriptura *factumst.* — [*divortium*] — *devortium* L. in m. 1584. non 1566. — [*etsi*] ∞ *etiam si* superscr: in a. Idem: = *secuntur.* — [*manere nihil*] = *nihil manere* b. — *nihil remanere* O1x. (ρ.) Post *nihil* v. *dotis* excidisse suspicatur Sch. »Civitatis Romanae iure liberi retinentur in patris (sic AB. *patrum* C. Bas.) arbitrio, usquedum tertia mancipatione solvantur: ergo si quando divortium intercessisset mulieris culpa, parte quadam dotis pro liberorum numero multabatur. De qua re Paulus Institutorum libri secundi (sic C. Bas. *libro V.* AB.), titulo de dotibus, ita disseruit: Si divortium est matrimonii et hoc sine culpa mulieris factum est, dos integra repetetur. Quod si culpa mulieris factum est divortium, in singulos liberos sexta pars dotis a marito retinetur, usque ad dimidiam partem dumtaxat dotis. Quare, quoniam quod ex dote conquiratur, liberorum est, qui liberi in patris sunt potestate, id apud virum necesse est permanere.” BC.

§. 20. [*connubium*] Sic mei O1x. (ρ.) BV. V. 1. 2. — *connu-*

- 21 ris manere nihil oportet. A repugnantibus: Si paterfamilias uxori ancillarum usumfructum legavit a filio neque a secundo herede legavit, mortuo filio mulier usumfructum non amittit. Quod enim semel testamento alicui datum est, id ab eo invito, cui datum est, auferri non potest. Repugnat enim recte accipere, et invitum red-
- 22 dere. Ab efficientibus [causis]¹, hoc modo. Omnibus est ius parietem directum ad parietem communem adiungere vel solidum vel fornicatum. Sed qui² in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non debet praestare, quod fornix vitii fecerit. Non enim eius parietis³ vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis vitio, quod ita aedificatum est, ut sus-
- 23 pendii non posset. Ab effectis rebus, hoc modo: Quum

1) *causis sine* []. 2) *At si quis* 3) *Abest parietis*

bis O1x. (B.) — *connubii ius* O2x. (U. ψ .) Valla. N. Asc. Ald. Ab. C. S. L. Oliv. (— *qui connubium* f. Omittit hanc §. c.)

§. 21. [*herede legavit*] — om. *legavit* BV. — [*alicui*] ∞ *cui* a. Gr. In a. superscr. *ali*. Hinc: — *alii* f. — [*repugnat*] Sic b. O2x. (U. ψ .) N. Ald. Ab. C. M. S. 1. 2. — *repugnant* L. ∞ *pugnat* a c d e f. B. ρ . Valla. BV. Asc. V. Noli tamen recipere, propterea quod refertur ad v. *A repugnantibus*.

§. 22. [*Ab efficientibus causis*] Sic f. Ven. BV. Edd. inde ab Aldo. ∞ om. *causis* b. a pr. m. A sec. habet *rebus* sicque (*rebus*) a c d e. Gr. B. Transponunt BC. Valla. Asc.: *A causis eff.* Ego []. — [*omnibus est cet.*] (= *ius est* b.) Lectio absurda, quam Lambino tribuit Verburg.: *parietem solidum ad p. communem adiungere vel directum vel fornicatum non est nec in Ed. 1566. nec in marg. 1584., sed in marg. Gothofrediana.* — [*Sed qui*] Sic a b d e. O2x. (B. ρ .) ∞ *At si quis* d. Edd. meae omnes: id quod videtur ab iis profectum, qui oppositionem magis perspicuam desiderarent. Quae tamen ideo minus placet, quod haud dubie in omnibus parietibus communibus demoliendis locum habebat damni infecti promissio. Ideo minime scribendum erat *At si quis*, id est, „ut interdum, sed raro, fit;” sed: *si qui*, id est: „ut fieri solet, ut inter omnes receptum est.” Et sic: ∞ *si qui* habet re vera c. — [*demoliendo*] — om. h. v. de. — [*debet*] — *debet* e. — [*vitii fecerit*] — v. *fuerit* f. — [*eius parietis vitio*] Sic a b c d. O1x. (B.) prorsus ex legum ac formularum sermone, ita ut pro gloss. haberi nequeat. — om. *parietis* Cett. cum f. — [*quod ita aedif.*] — *quam quod ita ae.* f. — [*posset*] cum a b c d e f. BC. L. 1. 2. — *possit* f. Valla. N. Asc. Ald. Ab. C. V. S. „Ius autem est parieti communi parietem alium

mulier viro in manum convenit, omnia, quae mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine. Ex comparatione autem omnia valent, quae sunt huiusmodi¹: Quod in re maiore valet, valeat in minore: ut, Si in urbe fines non regun-

1) eiusmodi

vel fornicatum, id est, arcum habentem, vel directum continuuque coniungere. Quidam igitur ad parietem communem alium extrinsecus parietem iunxit deditque satis damni infecti. Communis autem paries fornicatus fuit, id est, arcum habens vel signinam fabricam sustinens: adiungente igitur eo, qui satis dederat, et ut adiungeret demoliente partem parietis, quo iunctura cohaeresceret, vitium communis paries fecit. Quaeritur, an damni infecti promissio cogat eum, qui promiserat, damnum restituere. Subiectus terminus, damni infecti promissio; praedicatus, vitii restitutio. Sumimus igitur argumentum a causis hoc modo: Si enim is, qui damni infecti promisit [restitutionem], eius vitii causa fuit, restituere debet vitium, quod eius accidit culpa, quod, si ea natura parietis fuit, ut suspendi sustinerique non posset (fornicati enim parietis non ea natura est, ut suspendi queat) parietis potius forma, quam demolientis culpa vitium fecisse videbitur: atque ita non cogitur praestare (*restaurare* Bas.) vitium, qui se damni infecti promissione obstrinxerit. Fiet igitur argumentatio hoc modo: Si penes parietis formam constitit, ut eo adiungente parietem, qui damni infecti promiserat, vitium fieret, id vitium, qui promisit, praestare non cogitur. Fuit autem causa paries, ut vitium fieret, qui ea fuit natura, ut suspendi sustinerique non posset. Non igitur quod fornix vitium fecerit, praestare debet, qui damni promisit infecti. Argumentum ab eo, quod in ipso est, de quo agitur, id est, in vitii restitutione, ex affecto, id est, [ex] causa. Causa enim vitii forma est parietis, non culpa iungentis parietem. Itaque factum est, ut fornix vitium faceret, quae causa vitii, quum absit ab eo, qui parietem iunxit, abest etiam eiusdem vitii restitutio. Maxima propositio: Unam quamque rem ex causis spectari oportere." BC.

§. 23. [*mulier viro*] — *mulier vitio* a., sed correctum *viro*. — [*fuerunt*] — *fuerint* BV. — [*huiusmodi*] Sic h. c. BV. — *eiusmodi* Cett. Attamen tutius videbatur et Cdd. illos per antiquos et rationem ipsam sequi; semper est enim in praeced. hoc modo. — *quod in re maiore non valet* (— *valeat* d.), *valeat in minore*] Sic etiam BC. cum omnibus meis et Cdd. et Edd. praeter Asc. — *quod in re maiore non valet, non valeat in minore* O1x. (ψ.) correctus h. l. ex eorum sententia, quibus accedebat etiam Holomannus *Obs.* 2, 2. p. 33. Notandum Asc. habere prorsus falso: — *quod in re maiore valet, non valeat in minore.* (— *maiori* et *minori* h. l. et infra d.) — [*ut si in*] — om. *si* f. a pr. m. — [*reguntur*] — *regantur* a b c d f.

tur, nec aqua in urbe arceatur. Item contra: Quod in minore valet, valeat in maiore. Licet idem exemplum convertere. Item: Quod in re pari valet, valeat in hac, quae par est: ut, Quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam aedium. At in lege aedes non appellantur, et sunt ceterarum rerum omnium, quarum

B. *q.* (N.) BV. — [*nec*] Sic Cdd. mei. Valla. N. BV. Asc. 1. 2. — *neque* Ald. Iu. Ab. C. V. S. L. — [*Item contra*] — *etiam* a sec. m. interpositum in f. — [*quod in minore*] — *quod in re minore* Valla. — [*ut quoniam*] — *ut quoniam ut quando f.*; sed *ut quando* punctis notata. — [*usus auctoritas*] — *usu-auctoritas* L. (sicque revera habet in BC. Cd. Einsiedl.) — *auctoritas usus* f. BV. (Ernestio suspectum erat v. *auctoritas*. Pro Caecina Cap. 19. *usum et auctoritatem* Cdd. Graevii. Hic vero nullus novem Cdd. accuratius nunc exploratorum nec ulla Ed. vet. habet *et.*) — [*biennium*] — *biennis* Hotomani susp. — [*ceterarum rerum omnium, quarum*] Sic b. Item f. a sec. m. Ern. 1. — *ceterarum omnium, quarum* a c d e. Item f. a pr. m. O4x. Valla. N. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. Grut. — *ceterarum rerum, quarum* (del. *omnium*) L. Sch. 2. (Hic de Ern. suspic.) — *ceterorum omnium, quorum* BV.; qua in lect. facile agnoscimus scitum interpolatorem: etsi haec fortasse fuit Boëthii lectio vel saltem interpretatio; (v. infra lectionem Boëthii Venetam.) Firmatur nunc a Cd. Sangallensi antiquiss. b. v. *rerum*. Hic autem e plerisque Cdd. excidit propter syllabas praecedd. *rarum*. Aequè certum est a Cdd. v. *omnium*, sive id ex Ciceronis consuetudine adiectum est (si quidem nihil apud eum frequentius, quam *ceteri omnes*;) sive legis ipsius id verbum fuit. Hoc autem ipsum longe probabilius mihi videtur, comparanti verba Plinii *Epp.*, Lib. 8, 14. „*QUI ALIA OMNIA: animadvertis, ut non contenta lex dicere ALIA, addiderit OMNIA.*” Ut hic *alia omnia*, sic in lege XII. *ceterae res omnes*. Cicero autem ex usu et suo (cfr. ad Brut. §. 23.) et aequalium verbis legitimis substituit, ut opinor, *ceterarum rerum omnium*. Cur autem non in lege ipsa, ut erat in lege s. formula a Plinio allata *Qui haec sentitis, in hanc partem; qui alia omnia cet.*, sic hic quoque apud Cic., ut est in BV. genus neutrum *et ceterorum omnium*? Idcirco opinor, quod in formula Pliniana de sententiis sermo est, de rebus igitur quae non sunt, sed intelliguntur, in lege duodecim, de rebus, „*quae sunt.*” *Topica* §. 26. et 27. De his autem, *quae sunt*, i. e. corporeis, consentaneum est in lege expressum fuisse verbum *rerum*. Aliam rationem sequitur eruditissimus Dirksen *XII. Tafeln* p. 415., qui legendum censet *et sunt ceterarum rerum, id est omnium, quarum vel et sunt ceterarum rerum, quarum omnium: neutrum probabiliter.* — *nec sunt ceterarum rerum, quarum* Sch. suspicio, ut ipse ait, e Gothofredo ad XII. *dusta*. Sed haec omnia *At*

annuus est usus. Valeat aequitas, quae paribus in causis paria iura desiderat. Quae autem assumuntur extrinsecus¹, 24 ea maxime ex auctoritate ducuntur. Itaque Graeci tales argumentationes ἀτέχνους vocant, id est, artis expertes: ut si ita respondeas: Quoniam P. Scaevola id solum esse

1) extrinsecus assumuntur

in lege — — *annuus est usus* tribuuntur veluti adversario; et nostrum aliquis fortasse sic scripsisset: „At, quoniam in lege aedes non appellantur, ideo sunt ceterarum rerum omnium” cet. Iam suo nomine respondet Cicero: *Valeat aequitas* cet., consulto, ut solet, ommissa particula adversativa. — [*annuus*] — *annus* a. a pr. manu. Lambinus, quem secuti sunt Marcilius et Rittershusius apud Dirksenium. Alii apud Lamb.: — *quorum annuus est om. v. usus.*” Usucapio est adeptio domini per continuationem iustae possessionis biennii aut alicuius temporis. (Habet haec Cd. B. non AC.) Plurimarum igitur rerum usucapio annua est, ut, si quis eis anno continuo fuerit usus, eas firma iuris auctoritate possideat, velut rem mobilem. Fundi vero usucapio biennii temporis spatio continetur; de aedibus in lege nihil adscriptum est. Quaeritur ergo, usus aedium unone anno, an biennio capiatur? Faciemus a paribus argumentationem, et quoniam immobilium aequa possessio est, aedes vero immobiles sunt, ut biennio fundus usucapitur, ita etiam oportet aedes usucapere biennio possidentem. — Ita namque, ait, ut, quoniam usus auctoritas (*usuauctoritas* A.) fundi biennium est, sit etiam aedium. Hic igitur aedium usus auctoritatem (sic C3d. mei. Bas. *auctoritate* BV. Dirksen p. 415.) biennio fieri sentit, sed adiungit: At in lege aedes non appellantur, et sunt (*et sic sunt* BV.) ceterorum omnium, quorum (*ceterarum omnium*, *quarum* Bas. — *ceterarum omnium quorum* soloece AC. — *ceterum omnium*, *quorum* B.) annuus est usus. Illic rursus aedes in iis videtur ponere, quae annuo usu capiuntur, et concludit nihil definiens nisi, valeat aequitas, quae paribus in causis paria iura desiderat. Sed videtur ita dictum, quoniam immobiles sunt aedes, ut fundus, biennio vero fundus usucapitur, aedes quoque biennio usucapientur; et sibi ipsi rursus opponit: sed in lege XII. Tabularum de aedibus nihil adscriptum est, et inter eas relictas sunt res taciturnitate legis, quarum est usus annuus. Nam quum de fundo praescriberet lex biennii usucapionem, tacuit aedes, et iis potius hac taciturnitate eas iunxit, quarum annuus est usus.” BC. — [*paribus in*] = *in par.* h. c.

§. 24. [*assumuntur extrinsecus*] Sic ab c d. Valla. BV. Asc. V. (Item f. sed: — *sumuntur extrinsecus*). = *extr. assumuntur* N. Ab. C. S. L. 1. 2. cum e. — [*Scaevola*] (— *Scaevolam* a.) = *Scaevula* L. sicque scribebat etiam Beier. — [*ambitus*

ambitus aedium dixerit, quo¹ parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur, ex quo tecto in eius² aedes, qui protexisset, aqua deflueret, id tibi ius videri.

1) quod 2) in tectum eius

- - quo parietis] Sic h. Dictum est, ut quo progredi possent Orator. §. 5. ac similia. Quod si non placeat, legendum erit cum Valla, Hotomano, Lamb.: ∞ quoad, id quod, ut sexcenties corruptum est in: — quod ab. O3x. V. M. S. Grut. 1. 2. Defendit hoc Ern., sed, quomodo hoc coëat h. l. cum v. tectum, equidem haud intelligo. Immo nulla inest in hac lect. recta constructio. — quia f. (Sic scil. legit Beier. Sed Ern. refert Cd. Vit. habere compendium q cum lin. et accentu.) — quantum bene ad sententiam, sed parum probabiliter, e Boëthii Comment. e. O1x. (ψ.) N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. — [tectum proiiceretur] — om. h. l. tectum f., ut Ern. falso refert voluisse Hotomanum. Pro proiiceretur f. a pr. m.: — porrigeretur e gloss. — [ex quo tecto in eius aedes qui] Sic BV. et Boëthius ipse in Commentario ex lectione scil. Cd. Einsiedl. Antiqua igitur nititur auctoritate haec lectio. Et ita volebat Caelius Secundus Curio, rursusque in idem incidit Lamb., qui sic edendum curavit, nisi uterque sumpsit e Boëthii aliquo Codice simili Einsiedlensis. (— ex quo tecto in eius qui om. aedes habet Camerar. in Adnott.) Nostra autem lectio et sententiae satisfacit, et formularum sermonem egregie refert. — ex quo in tectum eius aedes (s. aedis acf. Valla. V.) qui Cdd. noti. BC. (Edit. scil. vulgatae.) Valla. Iu. Ab. C. V. M. Gov. S. 1. 2.; quod equidem non magis intelligo, quam Lamb., etsi explicare studuit Turnebus Adv. 22, 5. — ex quo in tectum eius aedis quam Nor. Asc. — tectum h. l. delendum censebat Hotomanus Obs. 2, 3. p. 36. — ex quo in eius aedes qui proiecisset Ern. susp. — quoad p. c. t. p., ex quo ante eius aedes, qui Sch. susp. — [„Huius exemplum est, ut si ita respondeas: quoniam P. Scaevola id solum ambitus aedium dixit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur, ex quo tecto in eius aedes, qui protexisset, aqua deflueret, id tibi ius videri. Haec desumpta e Cd. Einsiedl. absunt ab Edd.] Solum ambitus aedium est, quantum soli (solum B.) aedium ambitus claudit. Scaevola igitur dixit id esse ambitus aedium solum, quod tecti diffusionem tegetur. Manifestum est enim tecta latius fundi nec parietibus adaequari, ut stillicidium longius cadat. Quae quum ita sint, quidam parietem communem tegere nitentur. Quaeritur, an sit aliquod ius tegendi? Respondeas tu, inquit, Trebati, id ius esse tegendi parietis communis, ut in eius, qui tegit (sic C3d. mei. tegat Bas. — tegit non in aliud q. Cd. C. non aliud Bas.) aliud quodlibet tectum, stillicidii aqua fundatur; alias non esse iuris, ut tegat quis parietem stillicidio in vicini tecta defluente. Haec enim stillicidii servitus nova, nisi consentiente vicino, nihil iuris

His igitur locis, qui sunt expositi ad omne argumen- 25
tum, tamquam elementis quibusdam significatio et demon-
stratio ad reperiendum datur¹. Utrum igitur hactenus
satis est? Tibi quidem tam acuto et tam occupato,
puto. Sed, quoniam avidum hominem ad has discendi 5
epulas recepi, sic accipiam, ut reliquiarum sit potius ali-
quid, quam te hinc patiar non satiatum discedere. Quando 26
ergo unusquisque eorum locorum, quos exposui, sua

1) expositi, ad omne argumentum reperiendum t. e. q. significatio et demonstratio datur

habet. Sed si huic responso opponatur, ne sic quidem ut
tegit esse iuris, quoniam quidem aedium solum tantum est,
quantum cuiusque parietes claudunt, qui vero tegit tectum
(*tectis* A.) longius mittit, tu, inquit, responsum tuum Scaevolae
auctoritate firmabis, dicens Scaevolam respondi hoc
(*huius* AB. et B. om. *solum*.) esse solum ambitus aedium,
quantum tectum proiiceretur, non quantum parietes ambirent.
Ius est igitur proiicere tectum, qui (sic C. — *quia* AB.) amb-
itum adhuc suarum aedium tegit, sed ita, ut in suum tectum
aqua defluat, ne (sic ABC. — *nec* Bas.) vicino nova noceat
servitute." BC.

§. 25. [*expositi ad o. argumentum, tamquam — — demonstra-
tio ad reperiendum datur*] Sic abcd. (f. O2x. B. o.) Valla.
BV. Asc. Est: »qui docendi causa sunt propositi apte ad
omne argumentum" cet.; eadem constructione, qua *Topic*.
§. 41. *omnes loci sunt omnium disputationum ad argumenta sup-
peditanda*. Philipp. 2. §. 114. *factum expositum — — ad imitan-
dum*. Item *Offic.* 2, §. 38. *quae proposita sunt ad gloriam. —
expositi ad omne argumentum reperiendum — — — demonstratio
datur*. e. Ab. C. V. S. L. 1. 2. (— *exp. ad omne arg. repe-
riendum — — demonstratio ad reperiendum datur* Nor.) — [*puto*]
om. de. — [*discendi epulas*] = *ep. disc. b.* (Etiam Boëthius
hoc ordine: *doctrinarum epulas*.)

§. 26. [*Quando ergo*] = *Quando igitur* BV. ∞ *Quoniam
ergo* f. O1x. (U.) Nor. Hoc illico etiam contra antiquiss.
Cdd. abcd. recepissem, nisi obstitisset dubium, annon con-
sulto in hac quoque levicula re Tullius imitatus sit ICtorum
sermonem, ut saepe fecit in hoc libello. Simile *Quando* est
etiamnunc *de Nat. Deor.* 3, §. 43. *Quando enim me in hunc
locum deduxit oratio*, ubi C1d. Moseri *Quoniam*. — *Offic.* 2,
§. 58. *nec turpi iactura, quando erat aedilis, ubi quando non
tam temporis est particula, quam rationem indicat, ea iactura
cur turpis non fuerit aedili, quippe quae licita esset aedili.*
Praeterea in utroque loco, et *de Nat. Deor.* l. l. et h. l. in
Topicis paucis ante suspectum hoc *quando* versibus praecedit
quoniam; unde suspicio mihi subnata est, utrobique consulto
variandi causa ab ipso Cicerone positum esse *quando*, alias

quaedam habet membra¹, ea quam subtilissime persequamur: et primum de ipsa definitione dicatur. Definitio est oratio, quae id, quod definitur, explicat, quid sit. Definitionum autem duo² genera prima: unum earum rerum, quae sunt: alterum earum, quae intelliguntur. Esse ea dico, quae cerni tangive possunt, ut fundum aedes, parietem stillicidium, mancipium pecudem, suppellectilem penus, cetera; quo ex genere quaedam interdum vobis³ definienda sunt. Non esse rursus ea dico, quae tangi

1) membra habet 2) duo sunt 3) nobis

ab eodem devitatum. Minime tamen obloquar, si alius h. l. ediderit *quoniam*. — [*habet membra*] Sic abcf. (— *habeat membra* Nor.) = *membra habet* Cett. (— om. *membra d.*) — [*duo sunt*] ∞ om. *sunt* ac. Gryph. O1x. (B.) Brutus; quos secutus sum. Transponunt d. et Valla; ut infra aliquoties in hoc docendi genere videbimus omitti ab optt. Cdd. verbum substantivum. — [*genera prima*] — *prima* superscr. s cum lin. i. e. *sunt*. a. cfr. *de Oratore* 3, §. 116. *consecutionis* — *duo prima quaestionum genera ponuntur*. Et sic aliquoties *primus homo pro primarius* Cicero. Minus laudandum, quod v. *prima del.* censuit Sch.; etsi eius suspicio firmatur ab O1x. (ρ.) — *genera primum* f. Habet *prima* etiam Boëthii Commentarius in tribus meis codicibus, non in Edd. Scil. AC.: *duo genera prima*. B.: *duo sunt genera prima*. Nimirum opponuntur *haec genera prima s. primaria* illis *aliis generibus definitionum* §. 28. — [*quae intelliguntur*] Propter seqq. *non esse rursus ea dico* facile expectabas: *quae non sunt, sed intelliguntur*. Nullum tamen eius lectionis vestigium in Cdd. et BC. nisi in gloss. mox commemorando *Earum autem rerum, quae non sunt*.

§. 27. [*esse ea dico*] — *Earum rerum quae sunt ea dico* Mediol. Ald. 1. referente Ern. Idem reperi in Asc.; sicque habere dicit Ern. etiam Cd. Viteb. (nobis f.), e quo tamen h. l. nihil notavit Beier. — [*tangive*] Retinendum hoc videbatur cum O3x. et Edd. meis praeter BV. propter seqq. *tangi demonstrarive*. ∞ *tangique* abcde. (f.) O1x. (B.) Nor. BV. et Codd. mei tres Boëthii. — [*aedes*] = *aedis* a. — *aedem* e. Tum: *parietes* a. — [*penus, cetera*] ∞ *penus et cetera* bcde. In a. et superscr.; sicque sine varietate est §. 48., aliter §. 52. Valla. BV. Asc. Ab. C. Hoc l. omittunt et f. V. S. L. 1. 2. — [*vobis*] Scil. iure consultis. Sic egregie Cd. a. et L. in marg. 1584. ex perpetuo usu Cic. in hoc libro. — *nobis* Ceteri. — [*definienda sunt. Non esse*] — *definienda sunt. Earum autem rerum quae non sunt non esse* abcdef. Valla. N. BV. Asc. Sic miro casu in meos omnes et O2x. (B. ρ.) irrepsit h. l. altera adnotatio in marg. olim posita, altera

demonstrarive non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt: ut si usucapionem, si tutelam, si gentem, si agnationem definias: quarum rerum nullum subest quasi corpus, est tamen quaedam conformatio insignita et impressa in¹ intelligentia, quam notionem voco. Ea saepe in argumentando definitione explicanda est². Atque etiam 28 definitiones aliae sunt partitionum, aliae divisionum: partitionum, quum res ea, quae proposita est, quasi in membra discerpitur; ut si quis ius civile dicat id esse, quod in legibus, senatus consultis, rebus iudicatis, iurisperito-

1) Abest in 2) sunt

non. — [cerni tamen] — c. autem h.c. — c. enim f. — [usucapionem] = usus capionem ac de. — [agnationem] — agnitionem e. — om. vv. si gentem, si agn. f. — [nullum subest] — nullum substet Valla. Asc. Gesner in *Thesauro* v. *substo*. Est tamen apertus error. — [conformatio] — confirmatio af. — [insignita] ∞ *insita* Sch. 2. C., ut §. 31. Eadem tamen notio *insignita* quoque, id est, „signata (*de Fato* §. 43.) in animo” dici poterat. — [impressa in intelligentia] Sic Vict. M. S. Oliv., ut plurimis locis est apud Cic. *imprimere in aliqua re*. Rectum erat etiam: ∞ *impressa intelligentiae* O1x. (ψ.) BV. L., ut *Acadd.* 2, §. 21. *nobis notitiae rerum imprimuntur*. Illud nunc praetuli (etiam cum Turnebo *Advers.* 22, 5. „Conformatio insignita in intelligentia est species et forma in animo impressa et quoddam simulacrum.”) quia Cdd. mei et O3x. constanter: *impressa intelligentia* (in absorpto a litt. seqq.) sicque Valla. N. Ald. Iu. Ab. C. Grut. 1. 2. Schuetzius quidem v. *intelligentia* (quasi h. l. esset nominativus) — „ut alibi, inquit — de ipsa *notione* accepit. Sed apud Cic. ubique fere *intelligentia* est „vis intelligendi, s. intellectus.” Vide *Lexica*. — „Idem Cicero in *Timaeo* Platonis ait: Quid est, quod semper sit nec ullum habeat ortum, et quod gignatur, nec unquam sit? Quorum alterum *intelligentia* et ratione (*intelligentiae ratione* ABC.) comprehenditur, alterum offert opinioni sensus (sic scil. Cdd. mei tres et BV. — *opinionem sensui* Basil., perverse: cfr. *Timaei* C. 2.) rationis experts.” BC. — [in argumentando] — in argumentandi O1x. (ψ.) Valla. Ascens. Steph. L. 1566. (Nobiscum facit margo 1584.) Simili errore f.: — in argumentationum. Recta lectio est in ceteris nostris et Cdd. et Edd., etiam Norimb. — [explicanda est] Sic abcdef. O2x. (B. ρ.) N. BV. et Bas. Asc. Ald. Ab. C. ut infra §. 31. *notio enodationis indigens* et §. 85. *notio explicanda est*. — *explicanda sunt* Cd. a. in marg. Valla. V. S. L. 1. 2.

§. 28. [atque etiam] — om. etiam h.c. — [partitionum quum] — *partitio est quum* e. — [legibus] — *leg. est* e. — [iurispe-

rum auctoritate, edictis magistratuum, more, aequitate consistat: divisionum autem definitio formas omnes complectitur, quae sub eo genere sunt, quod definitur, hoc modo: Abalienatio est eius rei, quae Mancipi est, aut traditio alteri nexu aut in iure cessio, inter quos ea
 6 iure civili fieri possunt. Sunt etiam¹ alia genera definitionum; sed ad huius libri institutum illa nihil pertinent:
 29 tantum est dicendum, qui sit definitionis modus. Sic igitur veteres praecipunt: quum sumpseris ea, quae sint ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, usque eo persequi, dum proprium efficiatur, quod nullum in aliam rem transferri possit. Ut hoc, Hereditas est pecunia. Commune adhuc: multa enim genera [sunt]² pecuniae. Adde quod sequitur: quae morte alicuius ad quempiam pervenit. Nondum est definitio: multis enim modis sine hereditate teneri mortuorum pecuniae possunt. Unum adde verbum: iure; iam a communitate res disiun-

1) et 2) sunt sine []

ritorum] — peritorum a. a pr. m. def. — [more] morum a. „Res iudicatae sunt, quae inter eos, qui super aliqua re ambigunt, sententia iudicum fuerint constitutae; quarum exemplo ceterae quoque iudicantur. Iuris peritorum auctoritas est eorum, qui ex XII. tabulis vel edictis magistratuum ius civile interpretati sunt, probatae civium iudiciis creditaque sententiae. Edicta magistratuum sunt, quae praetores urbani vel peregrini vel aediles curules iura dixerunt.” BC. — [omnes] — omnis af. — [Abalienatio] — Alienatio f. — [est eius rei] — om. eius de. — [Mancipi] — Mancipii f. — [sub eo genere] — sub eodem g. a. — [nexu] — nexo Marg. 1584. — [fieri possunt] „Iure civili fieri aliquid non inter alios, nisi inter cives Romanos potest, quorum est etiam ius civile, quod duodecim tabulis continetur. Omnes vero res, quae abalienari possunt, id est, quae a nostro ad alterius transire dominium possunt, Mancipi dictae sunt.” BC. — [Sunt etiam] Sic abcde. O2x. (B. U.) Valla. N. BV. — Sunt et f. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [illa nihil] — alia nihil b. a pr. m. A sec.: — ea nihil. — [qui sit] quid sit ef.

§. 29. [quae sint] Sic omnes mei. O1x. (B.) Valla. BV. BC. Asc. 1. — quae sunt O3x. N. Iu. Ald. Ab. C. V. S. L. Grut. 2. — [ut hoc] — ut haec a. — [Commune] — In commune f. — [genera sunt] ∞ om. sunt abcdf. O1x. (B.), quocirca []. — [teneri mortuorum pecuniae] Notabiles sunt transpositiones h. vv. ∞ pecuniae teneri mort. bc. ∞ teneri pec. mort. adf. Valla. — [communitate] — communione f. Nor.

eta videbitur, ut sit explicata definitio sic: Hereditas est pecunia, quae morte alicuius ad quempiam pervenit iure. Nondum est satis: adde, nec ea aut legata testamento aut possessione retenta; confectum est. Itemque, ut illud: Gentiles sunt, inter se qui¹ eodem nomine sunt. Non est satis. Qui ab ingenuis oriundi sunt. Ne id quidem satis est. Quorum maiorum nemo servitutem servivit. Abest etiam nunc. Qui capite non sunt deminuti. Hoc fortasse satis est. Nihil enim video Scaevolam pontificem ad hanc definitionem addidisse. Atque haec ratio valet in utroque genere definitionum, sive id, quod est, sive id, quod intelligitur, definiendum est. Partitionum ³⁰ [autem]² et divisionum genus quale esset, ostendimus, sed quid inter se differant, planius dicendum est. In

1) qui inter se 2) autem sine uncis

BV. In comm. Boëthius habet *communitate*. — [disiuncta] = diiuncta ad. — distincta e. — [confectum] — confecta Valla. Asc. — [Itemque, ut illud] ∞ om. ut BV. Richard. Turbant etiam Cdd. = uti illud a. — itemque aliud cb. Hic a sec. m. — item quod ut illud f. — [inter se qui] Sic abcd f. = qui inter se Edd. meae cum e. nisi quod Nor.: — qui eodem nomine sunt inter se. — [ne id quidem] — nec id quidem f., ut fere semper deteriores Cdd.; in quo nunc mire arguantur Grammatici. — [eodem nomine sunt] = sunt eodem nomine Vict. „Gentiles sunt, qui eodem nomine inter se sunt, ut Scipiones, Bruti et ceteri. Quid? si servi sint? num ulla gentilitas servorum esse potest? Minime. Adiciendum igitur: qui ab ingenuis oriundi sunt. Quid? si libertinorum nepotes civium Romanorum eodem nomine nuncupentur? num gentilitas ulla est? Ne id quidem; quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas ducitur. Addatur igitur: quorum maiorum nemo servitutem servivit. Quid? si per adoptionem in alterius familiam transeat? Tum etiam si eius gentis, ad quam migravit, nomine nuncupetur, licet ab ingenuis et ab iis ortus parentibus sit, qui nunquam servitutem servierint, tamen quoniam in familia gentis suae non manet, ne in gentilitate quidem manere potest; addendum igitur est: neque capite sunt deminuti.” BC. — [servitutem] — servitute f. Pro deminuti — diminuti ef., quam scripturam praefert Hugo Diar. Gottingens. 1829. p. 698. Alteram deminutio cet. Schilling Bemerkungen p. 43. Et recte, puto. — [quod intelligitur] — quod non est, sed intelligitur e.

§. 30. [Partitionum autem] ∞ Recte L. del. autem. Ego saltem [.]. — [quid inter se differant] — quid interest differant f.

partitione quasi membra sunt: ut corporis, caput hu-
 7 meri, manus latera, crura pedes, cetera¹: in divisione
 formae [sunt]², quas Graeci εἶδη³ vocant: nostri, si qui
 haec forte tractant, *species* appellant; non pessime id
 quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo.
 Nolim enim, ne si Latine possit quidem dici⁴, *specierum*
 et *speciebus* dicere; et saepe iis⁵ casibus utendum est: at
formis et *formarum* velim. Quum autem utroque verbo
 31 idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitrator
 genus est notio ad plures differentias pertinens: forma
 est notio, cuius differentia ad caput generis et quasi fon-
 tem referri potest. Notionem appello, quam Graeci tum
 ἐννοίαν, tum πρόληψιν⁶. Ea est insita et praecepta⁷
 cuiusque cognitio⁸ enodationis indigens. Formae sunt

- 1) et cetera 2) sunt sine uncis 3) ἰδέας 4) quidem dici possit
 5) his 6) πρόληψιν dicunt 7) et ante percepta 8) cuiusque
 formas cognitio

— [cetera] Sic O3x. Oliv. — et cetera Cett. cum omnibus
 meis. — [formae sunt] ∞ om. sunt ace. — sunt formae f. —
 [εἶδη] Sic Asc., ut volebat Sch. Errorem autem manifestum
 cur h. l. tribuamus Ciceroni? Et proxime ad verum accedere
 vides seqq. tres lectiones: — ΕΙΔΗΑC a. — εἶδαλας Ald.
 Iu. V. — εἰδέας Ab. C. — ideas vel ἰδέας Cett. — [in di-
 cendo] — in docendo h. l. et rursus infra Cd. in m. 1584. —
 [possit quidem dici] Rectior hic videbatur ordo, quem praebet
 antiquiss. b. vulgato: — quidem dici possit Cett. Cdd. et Edd.
 (— nisi Latine possit mance c. nisi etiam afe.) — [iis] Sic
 ad. — his Cett. — [velim. Quum autem utroque] — velim tum
 utroque f. — [verbo] ∞ om. Cd. a. Et est fortasse e gloss.
 §. 31. [ad caput] — quasi ad caput de. — [fontem] — ad
 fontem de. — [referri] — inferri a. — [quam] Sic b. firmans
 Ern. C. 1. 2. — quod Cett. — [πρόληψιν] Sic a b c d f. Gryph.
 O1x. (B.) Valla. BV. — πρόληψιν dicunt Cett. — [et prae-
 cepta] Sic b. firmans Sch. lectionem ex f. derivatam. — et
 ante percepta a c d. Gryph. N. Valla. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V.
 M. S. L. 1. — ex ante percepta e. O1x. (ρ.) BV. in contextu
 et in Comment. — et ex ante praecepta f. — [cuiusque cog-
 nitio] Sic bf. O1x. (B.) Item a c d. Gryph.; sed in his ex v.
 cognitio enodationis factum est cognitionis. Idem voluit Sch.
 C. 2.: — cuiusque rei cognitio; sed nostra lectio certam habet
 auctoritatem. — cuiusque formae cognitio e falso gloss. e. O2x.
 Valla. N. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. 1. — cuiusque forma
 cognitio O1x. (ρ.) BV. — cuiusque formae cognitione L. —

[igitur]¹ eae², in quas genus sine ullius praetermissione dividitur: ut si quis in legem, morem, aequitatem dividat. Formas qui putat idem esse, quod partes, confundit artem et similitudine quadam conturbatus non satis acute, quae sunt discernenda, distinguit. Saepe etiam definiunt et oratores et poëtae per translationem verbi ex simili- 32 tudine cum aliqua³ suavitate. Sed ego a vestris exemplis nisi necessario non recedam. Solebat igitur Aquilius, collega et familiaris meus, quum de litoribus ageretur, quae omnia publica esse vultis, quaerentibus iis, ad quos id pertinebat, quid esset litus, ita definire, qua fluctus eluderet: hoc est, quasi qui adolescentiam florem

1) igitur sunt, et igitur sine [] 2) hae 3) quadam

[formae sunt igitur] Sic ad. Valla. BV. Asc. = *f. igitur sunt* Cett. Edd. cum b c e. ∞ om. *igitur* f. prob. Ern. Defendit Sch. Verum in hoc scripto, ubi artium rhetoricarum genus dicendi mere διδασκαλικον consulto secutus est Cic., ubique ab interpolatoribus inculcatas videmus particulas *igitur, enim autem*. Sic h. quoque l. *igitur* glossatori deberi videtur. — [eae] Sic a. (f.) — hae Cett., nisi quod Cd. d. omittit hoc v. — [genus] om. f. — [dividitur] — *dividetur* c. — [partes, confundit artem et] — *partes artes confundit et f.*

§. 32. [et oratores] om. et f. — [per translationem] Sic de. Boëthii. BV. V. S. L. 1. 2. — *per translationes* N. Ald. Ab. C. — *translationem* cum lin. super e omisso *per* h. id est, *translationem*, ut habent O1x. B. Valla. Asc. ∞ *translationem* om. *per* a b c. Gryph. Quod minime displiceret, nisi obstaret Boëthii auctoritas. — [cum aliqua] Sic a c d f e. Gryph. O2x. (B. ρ.) Valla. BV. Asc. Significat fere „cum magna quadam suavitate.” Quem significatum quum non agnoscerent, mutarunt in vulgarius: ∞ *cum quadam* h. N. Ab. V. S. L. 1. 2. — [Aquilius] = *Aquilius* L. 1. 2., quam scripturam a Cdd. tamen reiectam probat Heinrich *de Rep.* p. 158. — [quaerentibus] — *quaerentibusque* a. (a pr. m.) c. — *quaerentibusque* a. (a sec. m.) d. — [id] — om. id f. — *quos ad id* a b c d e. Reponendum videtur *quos ad pertinebat*; nam hoc sibi vult Cdd. lectio. — [quid esset] — *quod esset* e. — [qua fl.] — *quia fl.* c. — *quo fl.* O1x. (ψ.) Valla. — *quod fl.* N. — [eluderet] Sic omnes mei. N. Ald. Ab. C. V. S. 1. 2. (Item tres mei Cdd. Boëthii.) „Hoc *cludere* ab iis translatus est, qui agitatione aliqua lusus causa moventur.” BC. Et cfr. Lucani *Phars.* 1, 420. e. lectione Cortiana *qua litore curvo Molliter admissum eludit Tarbellius aequor*; inversione metaphorae poeticâ; sed quae tamen satis demonstrat *eludere* hac in re verum esse vocabulum. — *cli-*

aetatis, senectutem occasum vitae velit definire: translatione enim¹ utens discedebat a verbis propriis rerum ac suis. Quod ad definitiones attinet, hactenus: reliqua videamus.

33 Partitione² sic utendum est, nullam ut partem relinquas: ut, si partiri velis tutelas, inscienter facias, si ullam praetermittas. At si stipulationum aut iudiciorum formulas partiare, non est vitiosum in re infinita praetermittere aliquid. Quod idem in divisione vitiosum est. Formarum enim certus est numerus, quae cuique generi subiiciantur: partium distributio saepe est infinitior, tamquam rivorum a fonte deductio. Itaque in oratoriis artibus, quaestionis genere proposito, quot eius formae sint, subiungitur absolute. At quum de ornamentis ver-

1) *Abest enim* 2) *Partitione autem*

deret O1x. (ψ .) Valla. Asc. (Hic: *id quod fl. elideret.*) Verbo *elideret* favebat Gesnerus ad *Columellam* 4, 20, 2. et in *The-sauro*. — *alluderet* Passerat. (non Turnebus, qui *eluderet* recte explicat *Advv.* 22, 5.) Lamb. Urs., qui in Mss. sic esse affirmat. probb. Colero in *Parergis* p. 358. Lallein. et Heindorf ad *Nat. Deor.* p. 213. Vide cett. Interprett. ad *Nat. Deor.* 2, §. 103. et Spalding ad *Quintil.* 5, 14, 34. Item Sch. in *Ed. mai.* — [*quasi qui*] ∞ *quasi si qui e.* Quod tamen Plauti magis est, quam Ciceronis. — [*translatione enim*] Sic a b c d e f. O2x. (U. ρ .) Valla. N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. S. L. — om. *enim* O2x. V. M. 1. 2. (= *tralatione d.* — *quasi qui* — *discedat* Wetzellii susp.) — [*propriis rerum ac suis*] — *rerum propriis rerum ac suis d.*

§. 33. [*Partitione*] Sic b. a pr. m. fe. O1x. (ρ .) Valla. BV. Asc. — *Partitione tum* b. a sec. m. a c d. Gryph. O1x. (B.) — *part. autem* N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [*partiri velis tutelas*] — *partiri et tutelas f.* — [*tutelas*] » Tutela quattuor fere modis est: aut enim consanguinitatis gradu (*Sic C3d. mei.* — aut enim per consanguinitatis gradum est *Bas.*) aut patronatus iure defertur, aut testamento patris tutor eligitur, aut urbani praetoris iurisdictione formatur." BC. — [*at si*] — *ac si f.* — [*formulas*] — *formas e.* — [*partiare*] — *partire e.* — [*Quod idem*] — *quod item* Valla. — [*divisione*] — *diffinitione e.* — [*quae cuique g. subiiciantur*] — *qui cuique g. subiiciatur* Valla. — om. *generi f.* — [*partium distr.*] — *p. enim d. f.* — [*saepe*] — *semper* Valla. N. — [*est infinitior*] — om. *est e.*

§. 34. [*artibus*] — *partibus* Valla. Item Passeratii susp. non intelligentis sermonem hic esse de rhetorum *τέχνας*. —

horum sententiarumve¹ praecipitur, quae vocant² *σχήματα*, non fit idem. Res est enim³ infinitior; ut ex hoc quoque intelligatur, quid velimus inter partitionem et divisionem interesse. Quamquam enim vocabula prope idem valere videbantur⁴, tamen quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt.

Multa etiam ex notatione sumuntur. Ea est autem, 55 quum ex vi nominis argumentum elicitur: quam Graeci *ἐτυμολογίαν* vocant, id est, verbum ex verbo, *veriloquium*: nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes, genus hoc *notationem* appellamus, quia sunt verba rerum notae. Itaque hoc idem Aristoteles *σύμβολον* appellat, quod Latine est *nota*. Sed quum intelligitur, quid significetur, minus laborandum est de nomine. Multa igitur in disputando notatione eliciuntur ex verbo: 56 ut quum quaeritur *postliminium* quid sit — non dico, *quae sint postliminii*: nam id caderet in divisionem, quae talis est: Postliminio redeunt haec, homo, navis, mulus clitellarius, equus, equa, quae frenos⁵ recipere

1) sententiarumque 3) vocantur 3) enim est 4) videantur 5) frena

[*sententiarumve*] Sic abcdef. O1x. (ρ.) Valla. Asc. — *sententiarumque* N. BV. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [*vocant*] Sic acfe. Gryph. prob. Bruto. — *vocantur*. Ceteri. — [*res est enim*] Sic acde. BV. — *res enim est* b. N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. = *res enim infinitior est* f. ∞ om. *est* Asc. — [*quid velimus*] Sic abcdf. BV. L. 1. 2. — *quod v. e.* Valla. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. Grut. — [*videbantur*] Tum scilicet, quum nomina rerum distare voluerunt. Sic scripsi necessaria C. cfr. *Orator*. §. 172. Coniunctivus cum partic. *quamquam* in recta oratione solocismi instar est apud Cic. — *videantur* Omnes.

§. 35. [*etiam ex not.*] — *et ex n. f.* — [*ἐτυμολογίαν vocant*] ∞ *ἐτ.* appellant ace. O1x. (B.) Unde suspectum sit verbum utrumque. cfr. §. 31. Mox a. simili variatione: ∞ *Latine dicitur nota pro Latine est nota*. — [*veriloquium*] Anteponeit *Latine* h. in marg. ab eadem manu. — *Latini veriloquium e.* — [*genus hoc*] = *hoc genus* h c. — [*notae*] — *nota* f. — [*quia sunt verba*] — *quia verba sunt* Margo 1584.

§. 36. [*quae sint postliminii*] — *quae postliminii* b. a pr. m. A sec. suppletum *sint*. Omittit f. verba: *quid sit* — — *sint postliminii*. — [*frenos*] Sic acde. Gryph. O2x. (B. ρ.) BC. Nor. Sane ex usu Cic.; etsi dubitari potest an Cett. lectio *frena* fuerit in formula ipsa. Interea Boëthium et antiquissimi

solet; — sed quum ipsius postliminii vis quaeritur et verbum ipsum notatur. In quo Servius noster (ut opinor) nihil putat esse notandum, nisi *post*; et *liminium* illud productionem esse verbi vult, ut in *finitimo*, *legitimo*, *aeditimo* non plus inesse *timum*, quam in *meditullio*
 57 *Tullium*: Scaevola autem, P. F., iunctum esse putat¹ verbum, ut sit in eo et *post* et *limen*: ut, quae a nobis alienata², quum ad hostem pervenerint, ex³ suo tamquam limine exierint, quum⁴ redierint post ad idem limen,

1) putat esse 2) alienata sunt 3) et ex 4) dein quum

mos meorum secutus sum. — [et *liminium*] — *eliminium et c.* — del. et L. — [in *esse*] Sic abcd. O4x. Edd. meae ante Ern. — *esse* e. firmans E. Ern. 1. 2. Minus tamen placet. Scil. sententia est: „non plus, non magis inesse in istis verbis verbum aliquod *timum*, quam in *meditullio* nomen proprium *Tullium*. Nullum enim est verbum *timum*. „Neutiquam vero: „non plus valere s. significare *timum* quam *Tullium*.“ Antiquam scripturam: *finitumo*, *legitumo*, *aeditumo* servarunt h. l. Cdd. ad. et Gryph. *tuumum* de. (— in *esse* *aeditumo* *aeditumo* *aeditumum* *quam* a. Sed in v. *aeditumum* syll. *aedi* et altera lineola lit. sunt erasae, ita ut nunc legatur *timum*. Ceterum *Tullium* scripsi; *tullium*, quod per se nihil est, Ceteri.)

§. 37. [iunctum] — iunctura f. — [esse putat] Sic ab., ut solet variare Tullius; h. l. post illa *putat esse* §. 36. — *esse putat esse* d. — *putat esse* Cett. praeter BV., qui: — *esse putavit*. — [et *post*] — om. et d. O1x. (B.) BV. — [ut quae a nobis alienata, quum ad hostem pervenerint, ex suo t. limine exierint, et ea quum] In toto hoc loco secutus sum optimos Cdd. et Brutum, qui prorsus sic edidit. Vulgo: *alienata sunt* — — *et ex suo* — — *dein quum*. Sed v. *sunt* omittunt abc. Gryph. O1x. (B.) (— *et suo c.*) — *exierunt* h. a pr. m. — *et ea quum* habent abde. Gryph. O1x. (B.) — *ut ea quum* c. Hinc: ∞ *ea quum* Norimb. una ex meis, quod fuit quum praefendum putarem, ut esset: *ut quae a nobis alienata sunt, quum ad hostem pervenerint et ex suo tamquam limine exierint, ea quum* cet. Sed vicit et auctoritas librorum et ratio. Falsa enim est interpolatio v. *sunt*; quum res v. c. iacturâ a nobis alienari possint, ita tamen ut ad hostem non perveniant. Pro v. *et ea quum*: — *ea hinc quum* Valla. „Id vero nomen, quod est *postliminium*, Scaevola, Publii filius, ex adverbio *post* et e *limine* putat esse compositum. Namque ad idem limen, quod reliquit, post revertitur is qui postliminio redit. Idcirco ex utrisque significationibus arbitratur nomen esse coniunctum. Quaecunque enim a nobis abalienata ad hostem perveniunt, quum a nostro limine exierint, si post ad idem

postliminio redisse videantur¹. Quo genere² etiam Mancini causa defendi potest, postliminio redisse³: deditum non esse, quoniam non sit receptus: nam neque deditio- nem neque donationem sine acceptione intelligi posse.

Sequitur is locus, qui constat ex iis rebus, quae 9 quodam modo affectae sunt ad id, de quo ambigitur; 38 quem modo dixi in plures partes distributum. Cuius est primus⁴ locus ex coniugatione, quam [Graeci]⁵ *συζυγίαν* vocant, finitimus notationi, de qua modo dictum est: ut, si aquam pluviam eam modo intelligeremus, quam imbro collectam videremus, veniret Mucius, qui, quia coniugata verba essent *pluvia* et *pluendo*, diceret omnem aquam oportere arceri, quae pluendo crevisset. Quum 39 autem a genere ducetur argumentum, non erit necesse id usque a capite arcessere. Saepe etiam citra licet, dummodo supra sit, quod sumitur, quam id, ad quod sumitur; ut aqua pluvia ultimo genere ea est, quae de

- 1) videantur rediisse 2) Quo in genere 3) rediisse 4) primus est
5) Graeci sine [].

limen revertantur, postliminio redeunt." BC. — *ea huc quum* Asc. — *hinc quum* d. O1x. (ρ.) BV. Ab. C. — *dein quum* V. S. L. 1. 2. — *dein red.* L. in m. 1584. — [*rediisse videantur*] Sic abcde. Gryph. Brutus. = *videantur redisse* vel: — *rediisse* Edd. meae cum f. — [*Quo genere etiam*] Sic abde. B. ρ. Valla. N. BV. Asc. = *Quo etiam genere* c. — *Quo in genere etiam* f. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [*defendi potest postl.*] — om. *potest* f. — [*rediisse*] Sic abce. O2x. N. V. S. L. = *rediisse* 1. 2. — [*acceptione*] — *acceptione* Valla. N. Asc.

§. 38. [*iis*] — *his* bcf. — [*quem modo*] — *quemadmodum* b. — [*est primus*] Sic acdf. Valla. BV. Asc. = *primus est* Cett. praeter Nor. quae: ∞ *primus locus est*. Alii fortasse, nec sine probabilitate delcunt verbum substant. — [*coniugatione*] — *coniunctione* abc. — [*Graeci*] ∞ om. abcde. Valla. BV. Asc. Hinc []. — [*συζυγίαν*] — *συστοιχίαν* rursus volebat Vir D. apud Victorium *Var. Lectt.* 10, 24., prob. h. l. Ern. — [*dictum est*] om. c. Est in marg. ab alia manu. — [*coniugata*] ∞ *iugata* abcde. (b. tamen a sec. m. *coniugata*.) Gryph. O1x. (ρ.) — [*et pluendo*] ∞ om. et Valla.

§. 39. [*ducetur*] — *ducitur* bce. O3x. (B. U. ρ.) Valla. Asc. — [*arcessere*] Sic omnes mei praeter f., qui *acersire*. (sic.) — [*supra*] — *superius* f. BV. Sch. 2. *citra* tamen potius *supra* requirit. (— *sit et supra* d.) — [*ad quod sumitur*] — *ad quod*

caelo veniens crescit imbri; sed propiore [loco]¹, in quo quasi ius arcendi continetur, genus est aqua pluvia nocens; eius generis formae, loci vitio et manu nocens; quorum alterum² iubetur ab arbitro coërceri, alterum³ 40 non iubetur. Commode etiam tractatur haec argumentatio, quae ex genere sumitur, quum ex toto partes persequare⁴ hoc modo: Si dolus malus est, quum aliud agitur, aliud simulatur, enumerare licet, quibus id modis fiat: deinde in eorum aliquem id, quod arguas dolo malo factum, includere: quod genus argumenti in primis fir-
mum videri solet.

10 Similitudo sequitur; quae late patet, sed oratoribus
41 et philosophis magis quam vobis. Etsi enim omnes loci

1) loco sine []. 2) quarum altera 3) altera 4) persequare partes

assumitur c. — [propiore] — propiore cd. Valla. N. BV. Asc. (Ab.) C. V. S. — [loco] ∞ om. abc. Gryph. O1x. (B.) »ita ut dictio propiore a superiore verbo genere pendeat. Inde alterius clausulae principium: Genus est. Vulgatam tamen lectionem non muto, quam praesertim video viris doctis probari." Brutus. In Cd. b. loco est superscr. Mihi videtur gloss. Hinc []. Ceterum totum locum sic exhibet f.: — sed propius est genus aqua pluvia nocens, in quasi (sic) ius arcendi continetur. Cd. e. autem sic: sed prius est et propius genus aqua pluvia nocens, in quo ius arcendi continetur (om. v. quasi.) — [manu nocens] »Aqua pluvia manu nocens est, quae ita loco aliquo excipitur, ut inde profluens vicino noceat, si locus is non sit naturaliter talis, sed manu hominis excipiendae aquae fuerit apparatus." BC. — [quorum alterum - - alterum] Sic abcde. O2x. (B. ρ.) Valla. — quarum altera - - altera f. N. BV. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. (— quorum alterum - - altera Asc.) Nostram lectionem habuit iam BC.: »Hoc enim arcere quis cogitur quod manu fit noxium; quod vero loci forma vel vitio incommoditatis aliquid apporstat, arcere non cogitur." — [ab arbitro] — ab arbitrio af. — arbitrio om. ab c.

§. 40. [ex genere] ∞ ex forma f. Receptit Wetzl. Cfr. utique §. 14. 31. et 71. Est scilicet genere h. l. vel ex Ciceronis ipsius negligentia (quod quum fieri potuerit, unum Cd. recentiorum sequi ausus non sum;) vel ex falsa rhetorum antiquorum correctione. Sane per se spectata Cd. Viteb. lectio rectior est. — [partes persequare] Sic abcdf. Valla. (Asc.) = persequare partes N. Ald. Ab. C. Seqq. cum e. — partes persequere BV. — [dolo malo factum] — om. factum O1x. (ψ.) Valla. Asc. — [includere] — incidere a. a sec. m. bc.

§. 41. [oratoribus et philosophis] — orat. et poetis vel orat.

sunt omnium disputationum ad argumenta suppeditanda, tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius. Itaque genera tibi nota sint: ubi autem iis¹ utare, quaestiones ipsae te admonebunt. Sunt enim similitudines, quae ex pluribus collationibus perveniunt quo volunt, hoc modo: Si tutor fidem praestare debet, si socius, si, cui mandaris, si, qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Haec ex pluribus perveniens quo vult, appellatur inductio: quae Graece ἐπαγωγή nominatur; qua plurimum est usus in sermonibus Socrates. Alterum similitudinis genus collatione sumitur, quum una res uni, par pari comparatur, hoc modo: Quemadmodum, si in urbe de finibus controversia est, quia fines magis agrorum videntur esse quam urbis, finibus regendis

1) his

et poëtis et philosophis Lamb. suspicco. — [omnes loci] — omnia loca f. — [ubi autem] ∞ om. autem b. a pr. m. — [iis] Sic ad. — his Cett. — [ipsae te admonebunt] — ipse te non movebunt f.

§. 42. [si, cui] — si is, cui e. — [mandaris] = mandaveris f. — [fiduciam acceperit] — fidem accepit f. „Fiduciam acceperit, cuicumque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet; velut si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipet, ut ei, quum tempus, quod suspectum est, praeterierit, reddat. Haec mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quod restituendi fides interponitur.” BC. — [appellatur] ∞ appelletur a c. et b. a sec. m. — [ἐπαγωγή] Sic a b c f e. Valla. V. S. L. Boëth. Ed. Bas. 1. 2. (cfr. Turneb. Adv. 22, 5. p. 710.) — ΑΝΑΓΟΓΗ d. — παραγωγή Asc. Ald. Ab. C. (— quam Graeci paragogen nominant BV.) — [in sermonibus] omittit haec f.

§. 43. [similit. genus] = genus sim. a. — [sumitur] — sumuntur f. — [quum una res uni, par pari] — om. par a. N. — quum res par pari Valla. Asc. Locum seq. sic exhibent a b c d. B. Valla: Quemadmodum fines, qui magis agrorum videntur esse (= esse vid. b.) quam urbis, si in urbe de finibus controversia est, adicere (sic) arbitrum non possis: ex eodem similitudinis loco sic: si aqua pluvia in urbe non nocet cet. Manifesto vitiosa est constructio; sed turbae omnes ortae ex male inserto gloss. marg. Ex eodem similitudinis loco. Cd. e. autem sic: quemadmodum fines, qui magis agrorum videntur esse quam urbis, si in urbe de finibus controversia est, finibus regendis adicere arbitrum non possis. Erfurt. igitur non habet emblemata Cdd. a b c d. ex eodem s. l.; quae verba ab iisdem retinentur etiam §. 44.; nec non nocet, sed nocet. (Altero loco a. in

adigere arbitrum non possis: sic, si aqua pluvia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum est, aquae pluviae arcendae adigere non possis arbitrum. Ex eodem similitudinis loco etiam exempla sumuntur, ut Crassus in causa Curiana¹ exemplis plurimis usus est, qui testamento sic heredes instituti, si filius natus esset in decem mensibus, isque mortuus prius, quam in suam tutelam venisset, hereditatem obtinuissent². Quae commemoratio exem-

- 1) in Curiana causa 2) exemplis plurimis usus est, agens de eo, qui testamento sic heredem instituisset, ut si filius - - venisset, secundus heres hereditatem obtineret.

marg. b d. in contextu habent *adigere*.) — [*adigere*] Sic V. S. L. 1. 2. — *adicere* abcd. O1x., antiquâ scripturâ c pro g. Hinc: — *addicere* Nor. — *adiicere* O1x. Valla. Asc. Ald. Iu. Ab. C. — [*non possis arbitrum*] ∞ *arbitrum non possis* abcdef. Valla. BV. Asc. Solet tamen in talibus variare Cic. » Regendorum finium arbitri esse dicuntur, qui finalia litigia discernunt, ut, si fuerit de finibus orta contentio, eorum dirimatur arbitrio. Sed fines in agrorum tantum limitibus esse dicuntur: arbitri autem finium regendorum in civitate esse non possunt. Item arceri aquam in agris tantum dici solet, ubi si ex aliquo loco aqua pluvia colligatur et defluens in campos vicini pascua frugesve corrumpat, arbitri arcendae aquae a magistratibus statuebantur.” BC.

§. 44. [*loco*] — *genere e.* — [*etiam exempla*] — *etiam et ex. d.* — [*causa Curiana*] Sic abcdf. Valla. BV. Asc. Vict. = *Cur. causa e.* N. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. — [*usus est - - obtinuissent*] Sic constitui locum e Cdd. meis, Boëthii Comment. Valla. Nor. Asc. — *usus est, agens de eo, qui t. sic heredem instituisset, ut - - venisset, secundus heres hereditatem obtineret* Man. Grut. 1. 2. Item L., sed: — *mortuus esset.* Item BV. Ald. Ab. C. S. V., sed hi cum d.: *obtinuisset pro obtineret.* Primum glossema *agens de eo* (quod habent f. O2x. BV. sed f. et haec Ed. *aiens*: Ald. Ab. Seqq.) abest ab abcde. O2x. (B. U.) Valla. Nor. Asc. — *heredes pro heredem praebent* abce. O1x. (B.) — *instituti omissio ut est con. mea, propter constructionem necessaria et adiuta a BC. in fine. Potuissem etiam sic: instituti essent, si cet., sed tum ante vv. hereditatem obtinuissent* inserendum esset: *et.* (Vide statim.) Alterum gloss. *secundus heres* (quod habent f. O1x. (p.) BV. Ald. Ab. C. Seqq.) abest ab abcde. O3x. (B. U. q.) Valla. Nor. Asc. — *obtinuissent* habent acd. — *obtinuisset* bfe. O4x. Nor. Cett. Edd. ante Man.; adeo, ut nullus Cd. nunc notus habeat *obtineret* Manutii, Seqq. (Varia lectio in marg. Cd. a.: — *quidam testamento sic heredes instituit* desumpta, ut videtur, e Boëthii Comment. nihil iuvat ad totum locum expediendum. — *veniret pro venisset* habet Sch. in Ed. mai.,

plorum valuit; eaque vos in respondendo uti multum soletis. Ficta etiam exempla similitudinis habent vim: sed 45 ea oratoria magis sunt quam vestra: quamquam uti etiam vos soletis, sed hoc modo: Finge mancipio aliquem dedisse id, quod mancipio dari non potest. Num idcirco id eius factum est, qui accepit? aut num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re obligavit? In hoc genere oratoribus et philosophis concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur, ut¹ aliquid, quod fieri nullo modo possit, augendae rei gratia dicatur aut minuendae, quae ὑπερβολή dicitur, multa

1) aut

nulla auctoritate.) »Causa Curiana fuit huiusmodi. Quidam praegnantem uxorem relinquens, scripsit heredem postumum, eique alium substituit secundum, qui Curitus vocabatur, ea conditione, ut si postumus, qui intra menses decem proximos nasceretur, ante moreretur, quam in suam tutelam pervenisset, id est, ante obiret diem, quam testamentum iure facere posset, secundus heres succederet: quod si ad id tempus pervenisset, quo iam firmo iudicio in suam tutelam receptus, iure civili instituto posset herede defungi, secundus heres, id est, Curius, non succederet, quae vocatur substitutio pupillaris: quaesitum est, an valeret ita instituta ratio. Crassus igitur plurima protulit exempla, quibus ita institutus heres obtinisset hereditatem, quae exemplorum commemoratio iudices movit." BC. — [vos] om. f.

§. 45. [oratoria magis] = magis or. h.c. — [quam vestra] — qua vestra L. err. typogr. — [mancipio] — mancipio L. in m. 1584. — [uti] ∞ hiis (his e.) uti de. ∞ uti eis BV. — (etiam uti vos cf. — om. etiam h. a pr. m.) — [idcirco id eius] — om. id h.c. — [aut num] — om. aut f. — [eius factum est] = factum est eius d. — [et philosophis] ∞ et poëtis Cd. Leodeg. a Quercu apud Lamb., qui probavit, non tamen recepit. — Sch. 2. [] v. et philosophis, neque ea tangit BC. Sed cfr. §. 41. 65. et 66. (— orationis et philosophis Verburgii susp.) Quod si philosophis his locis recte se habet, neque, ut fere ubique placebat Lambino, leg. est poëtis, quod exstat §. 32., cogitandum v. c. de Ere Armenio apud Platonem ac similibus in scriptis philosophorum exotericis. — [muta] — multa abc. — muti N. — [mortui] ∞ om. b. a pr. m. acd. O1x. (B.) cfr. tamen Orator. §. 85. — mortuis f. (A sec. m. b. mortui ponit post vv. ab inferis.) — [ut aliquid] Sic abce. O2x. (B. U.) Nor. Tria membra etiam h. l. placent. — aut aliquid Cett. — [quod fieri] ∞ fieri quod h. — [quae ὑπερβολή dicitur] — quod (spatium) Graece dicitur f. — quod dicitur Valla; Graecis literis scripsi cum abc. BV. = hyperbole

alia mirabilia¹. Sed latior est campus illorum. Eisdem tamen ex locis (ut ante dixi) et maximis et minimis in quaestionibus² argumenta ducuntur.

11 Sequitur similitudinem differentia rei, maxime con-
46 traria superiori: sed est eiusdem dissimile et simile invenire. Eius generis haec sunt: Non, quemadmodum quod mulieri debeas, recte ipsi mulieri sine tutore auctore solvas, item³, quod pupillo aut pupillae⁴ debeas, recte
47 possis eodem modo solvere. Deinceps locus est, qui e contrario⁵ dicitur. Contrariorum [autem]⁶ genera plura⁷: unum eorum, quae in eodem genere plurimum differunt, ut sapientia, stultitia⁸. Eodem autem genere dicuntur,

1) et multa mirabilia alia 2) et in max. et in min. q. 3) ita 4) quod aut pupillae aut pupillo 5) qui a contr. 6) autem sine []. 7) sunt plura 8) et stultitia

Cett. — [multa] Sic á c. O1x. (B.) — multa etiam d. — et multa Edd. meae cum b ef. O3x. — [alia mirabilia] Sic abcd f. Valla. BV. = mirab. alia e. N. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. — Haec et multa mirab. alia vulgatae Sch. 2. []. — [latior] — latius f. — [et maximis et min. in quaest.] Sic abcde. Valla. Asc. — et in max. et in min. q. f. N. BV. Ald. Ab. C. V. Seqq.

§. 46. [rei] — res f. BV. — del. rei Margo 1584. — [eiusdem] — eiusdem facultatis f. BV. gloss. e BC. — [dissimile et simile] — simile et dissimile bc. — haec sunt] — sunt haec f. — [tutore auctore] — t. ac auctore e. Alterum utrum vel tutore vel auctore e gloss. videbatur Ernestio. — actore b. a pr. m. Male. Ulpian. 11, 1. Pupillorum pupillarumque tutores et negotia gerunt et auctoritatem interponunt; mulierum autem tutores auctoritatem dumtaxat interponunt. — „Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebantur; pupilli item sub tutoribus agunt, sed mulieribus si quid debitum fuisset, sine tutoris auctoritate poterat solvi, pupillis vero minime.” BC. — [solvas] — solves bc. — [item] Sic abcde. Gryph. O2x. (B. ρ.) Valla. Asc. — ita f. N. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [quod pupillo aut pupillae] Sic abcd f. Valla. BV. Asc. Wetzel. Sch. 2. — quod pupillae aut pupillo e. N. — quod aut pupillae aut pupillo Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. L. 1. — [solvere] — persolvere e.

§. 47. [Deinceps] — Dein a. — [e contrario] Sic abc. O2x. (B. ρ.) Valla. Asc. = ex contr. fe., ut est §. 11. et 17. — a contr. d. N. BV. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [dicitur] Sic omnes mei et Gryph. (nisi quod f.: — dicatur) Valla. N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. 1. 2. — ducitur M. S. L. Grut. — [autem] om. a. a pr. m. Ego []. — [plura] Sic abcde. Gryph. O2x. (B. U.) Valla. Nor. Asc. — sunt plura f. Ab. C. V. Seqq. — [stultitia] Sic abcdef. O3x. Valla. N. BV.

quibus propositis occurrunt tamquam e regione quaedam contraria, ut celeritati tarditas, non debilitas. Ex quibus contrariis argumenta talia existunt: Si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur: et bonitatem, si malitiam. Haec, quae ex eodem genere contraria sunt, appellantur adversa. Sunt etiam¹ alia contraria, quae privantia licet 48 appellemus Latine, Graeci appellant στερητικά. Praeposito enim IN privatur² verbum ea vi, quam haberet, si IN praepositum non fuisset, [ut]³ *dignitas indignitas, humanitas inhumanitas*, et cetera generis eiusdem: quorum tractatio est eadem, quae superiorum, quae adversa dixi. Nam alia quoque sunt contrariorum genera, velut 49 ea, quae cum aliquo⁴ conferuntur: ut duplum simplum, multa pauca, longum breve, maius minus. Sunt etiam illa valde contraria, quae appellantur negantia⁵. Ea

1) Sunt enim 2) Praepositio enim IN privat 3) ut sine []. 4) alio err. typogr. 5) negotia err. typogr.

BV. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. — *et stultitia* O1x. (ψ.) Grut. 1. 2. — [*genere dicuntur*] ∞ om. *dicuntur* Valla. — [*propositis*] — *praepositis* f. — *positis* Nor. Margo 1584. — [*e regione quaedam*] — *e reg. quadam* f. N. BV. Ald. Iu. V. — [*non debilitas*] Haec suspecta Ern. recte defendit Sch. — [*contrariis*] Hoc v. habent omnes mei. — Ern. 1. []. — Del. Sch. 2. Recte defendit Wetzl. — [*sequamur*] — *quaeramus* f. — [*Haec*] — om. f. — [*adversa*] Sic b. a sec. m. f. BC. BV. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. L. 1. 2. *Orat.* §. 64. *adversa contrariis* sine varietate et cfr. in primis Garat. ad Caelianam p. 401. — *diversa* h. l. et infra b. a pr. m. ac de. (a. saltem hic.) O1x.? Valla. Nor. Asc. Infra habet *adversa* Nor.

§. 48. [*Sunt etiam*] Sic bc. firmantes Ern. susp. ∞ *Sunt* omissa particula BV. — *Sunt enim* Cett. — [*alia contraria*] — *aliena contr.* f. — *valde contr.* Victorius solus; qui sine dubio desumpsit singularem hanc lect. e Cd. aliquo, sed metuo ne interpolato e §. 49. V. — [*Graeci appellant*] Sic abcde. Hittorp. Bellaq. Valla. Asc. Ern. 1. 2. — *Graece appellantur* f. N. BV. Ald. Iu. Ab. V. M. S. L. Grut. — [*Praeposito cet.*] Sic ad. Gryph. — *praepositione* — *privatur* O1x. (φ.) BV. Asc. Contra bcfe. Valla. Ald. Ab. Seqq.: *praepositio enim in privat*; quod nimis redolet Grammaticum. — [*fuisset*] — *esset* e. — [*ut*] ∞ om. abc. Gryph. Hinc ego []. — [*eiusdem*] — *huiusdem* a. a pr. m. — [*adversa*] ∞ *diversa* ac de. et b. a pr. m.

§. 49. [*velut ea*] — *vel ea* a. Gryph. — [*aliquo*] — *alio* in Ern. Ed. mai. est err. typogr., ut mox *negotia*. Habuit *aliquo* iam Boëthius. — [*illa*] — *alia* fc. O1x. (U.) Valla.

ἀποφατικὰ Graeci, e contrario¹ aientibus: [ut]², Si hoc est, illud non est. Quid enim opus exemplo est? Tantum intelligatur, in³ argumento quaerendo contrariis omnibus contraria non convenire.

50 Ab adiunctis autem posui equidem exemplum paullo ante, multa⁴ adiungi, quae suscipienda essent, si statuissemus ex edicto praetoris⁵ secundum eas tabulas possessionem dari, quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset. Sed locus hic magis ad coniecturales causas, quae versantur in iudiciis, valet; quum quaeritur, quid aut sit aut evenerit aut futurum sit aut quid omnino
12 fieri possit. Ac⁶ loci quidem ipsius forma talis est. Ad-
51 monet autem hic locus, ut quaeratur, quid ante rem, quid cum re, quid post rem evenerit. „Nihil hoc ad

1) Graeci, contraria 2) ut sine [.]. 3) Abest in. 4) multa scilicet
5) Abest praetoris. 6) At

BV. Asc. — *sunt etiam valde contr. alia* Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. L. Ut nos, abcd. O3x. Hittorp. Grut. 1. 2. — [Graeci] — *Graeci vocant de. BC.* — *Graeci „scil. appellant”* superscr. in a. — *Graecis* BV. — *Graece f. Ven. Nor. Asc.* — [e contrario] Sic Boëth. in Comm. O1x. (ψ.) Valla. Asc. Verae huius lectionis vestigia latent etiam in *Graece* orto ex *Graeci e*, et in *Graecis* orto ex *Graeci ex.* — *contraria* Cett. cum Cdd. meis; quod non sine causa suspectum erat Wetzelio. Mox: ∞ om. ut abcde. Hinc ego [.]. — [intelligatur] ∞ intelligantur acd. — [in argumento] Sic abcdef. O1x. (B.) Valla. BV. Asc. — om. in O3x.? N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Tum notabilis ordo verb. in bc.: ∞ *contraria contrariis omnibus.*

§. 50. [autem] ∞ om. de. — [multa] Sic abcdef. Gryph. O3x. Valla. BV. Asc. — *multa scilicet* e gloss. O1x. (U.) N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [ex edicto praetoris] Sic O1x. (U.) Nor. Ald. Ab. C. S. L. — *ex edicto populi Romani* de. Scil. PR. corruptum in P. R. Hoc autem quum absurdum esse viderent, delere maluerunt quam corrigere Cdd. cett. mei. V. Grut. 1. 2. — [quas is] — om. is b. a pr. m. — [locus hic] — l. is BV. — [aut evenerit] — *aut quid ev.* bc. — [aut futurum] — *aut factum f.*

§. 51. [Ac] Sic abcde. Valla. N. BV. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 2. — *At f.* Grut. 1. — [admonet autem] — om. *autem* c. Item b. a pr. manu. — [ad nos] Sic b. a sec. m. BC. (Lamb. susp.) 2. — *ad ius* Cett. et Cdd. et Edd. — *ad vos* altera Lamb. susp., quam ipse praeferebat. Manifestum tamen est haec esse Galli verba. Idem Lamb. pro *noster* volebat *vester* haud recordatus §. 32. Boëthii autem verba

nos¹; ad Ciceronem," inquebat² Gallus noster, si quis ad eum quid tale³ retulerat, ut de facto quaeretur. Tu tamen pati ne nullum a me artis institutae locum praeteriri; ne, si nihil, nisi quod ad te pertineat, scribendum putaris, nimium te amare videare. Est igitur magna ex parte locus hic oratorius non modo non iuris consultorum, sed ne philosophorum quidem. Ante rem 52 enim quaeruntur, quae talia sunt: apparatus, colloquia, locus, constitutum, convivium; cum re autem: pedum crepitus, strepitus hominum, corporum umbrae, si⁴ quid eiusmodi. At post rem: pallor, rubor⁵, titubatio, si⁶ qua alia signa conturbationis et conscientiae, praeterea restinctus ignis, gladius cruentus, cetera⁷, quae suspicionem facti possunt movere.

1) ad ius 2) inquebat 3) tale quid 4) et si 5) rubor, pallor 6) et si 7) ceteraque

haec sunt: „Iuris peritus de facti qualitate, non etiam de ipsius facti veritate respondet. Idcirco quoties ad Gallum peritum iuris facti quaestio deferebatur, „Nihil ad nos," inquebat, et ad Ciceronem potius consulentes, id est, ad rhetorem remittebat." — [ad Ciceronem] ∞ vade ad Cic. de. Videtur tamen gloss. — [inquebat] Sic abcdef. Valla. Asc. — inquebat N. BV. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [quid tale] Sic bc. (Et assentiunt af., ut d., hoc loco corrupti, in: — quis tale af. — si quis ad eum talem rem tulerat d.) Valla. Nor. BV. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. = tale quid e. Grut. 1. 2. — [retulerat] = rettulerat c. — [artis inst. locum] = locum artis inst. b. (— om. a me e.) — [nisi quod] — nisi quid f. — [putaris] — putabis abcdf. — [videare] — videar h. e. correctione. BC. BV. V. prob. Camerario. (— putarim — videar Valla.) — [magna ex parte] = ex magna parte bc. Sed hic quoque leg. ∞ magnam partem: cfr. Orator §. 139. ubi pro magnam eum partem Dresd.: magna enim parte. — [oratorius] — orationis f. — [non modo] — nec modo L. — [sed ne] — sed neque hc.

§. 52. [colloquia] — colloquium e. — [locus] — om. c. Item b. a pr. m. — [constitutum, convivium] Male BG. et Edd. meae ante L. iungunt constitutum convivium. — [si quid] Sic abc. Nor. — et si q. Cett. — [eiusmodi] — eiusmodi est d. BV. — [pallor, rubor] Sic abcdf. Valla. BV. Asc. = rubor, pallor e. N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [si] Sic abc. O2x. (B. U.) Nor. Viet. — et si e. Cett. Edd. (— scilicet qualia f.) — [conturbationis] — perturbationis e. — [cetera] Sic abc. O1x. (q.) — et cetera de. (h. a sec. m.) — ceteraque f. Edd. meae. Cfr. §. 27. et 59. — [possunt] — possint f. O2x. (B. q.)

53 Deinceps est locus dialecticorum proprius ex consequentibus et antecedentibus et repugnantibus¹. Nam coniuncta², de quibus paullo ante dictum est, non semper eveniunt: consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia, quae rem necessario consequuntur: itemque et antecedentia et repugnantia. Quidquid enim sequitur³ quamque rem, id cohaeret cum re necessario: et quidquid repugnat, id eiusmodi est, ut cohaerere nunquam
 13 possit. Quum tripartito⁴ igitur distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam, repertiendi argumenti simplex locus est⁵, tractandi triplex. Nam quid interest, quum hoc sumpseris, pecuniam numeratam mulieri deberi, cui sit argentum omne⁶ legatum, utrum hoc modo concludas argumentum: Si pecunia signata argentum est, legata est mulieri. Est autem pecunia signata argentum. Legata igitur est⁷; an illo modo: Si numerata pecunia non est legata, non est nu-

- 1) repugnantibus, qui etiam ab adiunctis longe diversus est. 2) adiuncta
 3) antecedit 4) tripartito 5) locus simplex est 6) omne argentum
 7) Abest est.

§. 53. [*ex consequentibus*] — *a cons. e.* — *om. ex f.* — [*repugnantibus*] Sic ab c d f. O2x. (B. ρ.) Valla. BV. — *repugnantibus, qui etiam ab adiunctis longe diversus est. e.* O2x. Nor. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Glossema (quod corruptum sic exhibit Asc.: — *qui locus (om. etiam) large ab adiunctis dictus (sic) est:*) hoc esse apparet vel ex v. *qui etiam*. Explicaturi scil. erant sequens *Nam.* — [*coniuncta*] Sic ab d e f. O2x. (B. ρ.) Valla. N. BV. Asc. ∞ *adiuncta c.* O2x. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Videtur tamen correctio ex §. 50. petita. Certe §. 54. et 87. *coniuncta* est sine varietate, et §. 11. plerique idem v. habent. — [*necessario*] — *necessariam c.* — [*itemque*] — *itaque f.* — *item e.* — [*sequitur*] Sic ab c d e f. Gryph. O3x. (B. U. ρ.) Valla. — *antecedit* O1x. (ψ) N. BV. Asc. Ald. Ab. C. Seqq. Sed haec quoque est correctio ad proxime praecedens *antecedentia* accommodata; Cicero retulerat ad primariam illam *consequendi* notionem initio paragraphi. — [*necessario*] — *necessaria c.* — [*tripartito*] = *tripartito* Plerique. — *tripartite* N. — [*locus hic*] — *locus hic conditionalis f.* (Est gloss. e BC. petitem.) — [*simplex locus est*] Sic ab c. = *locus est simplex* Valla. BV. — *locus simplex est e.* N. Asc. Ald. Ab. C. V. Seqq. — *rep. locus est arg. simplex f.* — [*argentum omne*] Sic ab c d. BV. cfr. §. 13. et 15. = *omne arg. e f.* Valla. N. Asc. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [*legata igi-*

merata pecunia argentum. Est autem numerata pecunia argentum. Legata igitur est; an illo modo: Non et legatum argentum est, et non est legata numerata pecunia. Legatum autem argentum est. Legata igitur numerata pecunia est —? Appellant autem dialectici eam ⁵⁴ conclusionem argumenti, in qua, quum primum assumpseris, consequitur id, quod annexum est, primum conclusionis modum; quum id, quod annexum est, negaris, ut id quoque, cui fuerit annexum, negandum sit, secundus is ¹ appellatur concludendi modus: quum autem aliqua coniuncta negaris ² et ex iis unum aut plura sumpseris ³, ut, quod relinquitur, tollendum sit, is tertius appellatur conclusionis modus. Ex hoc illa rhetorum ⁴ ex contrariis ⁵⁵

- 1) *Abest is.* 2) *negaris*, et his alia negatio rursus adiungitur 3) *ex his primum sumpseris* 4) *rhetorum* sunt

tur est] Sic b. Nor. L. — om. *est* Cett. Sed cfr. statim. — [*est autem*] — om. *autem* L. — *Argentum est autem numerata pecunia d.* — [*et non est legata*] — *et non legata est f.* — *et non est numerata pecunia legata c.* — [*legata igitur numerata*] — *leg. autem num. a.*

§. 54. [*assumpseris*] Sic omnes sex mei. Gryph. Oix. BC. Valla. BV. Asc. M. 1. ∞ *sumpseris* Nor. Ald. Iu. Ab. C. V. S. L. 2. — [*negaris*] — *everteris* L. — [*negandum*] — *tollendum* L. Sed etiam Boëth. firmat Cdd. lectionem. — [*secundus is*] Sic a. c. (b. a pr. manu.) Oix. (B.) Valla. N. Asc. — om. *is* Cett. — [*concl. modus*] — *modus concl. f.* — [*coniuncta*] — *coniugata c.* Item b. a pr. manu. — [*negaris*] = *negaveris* L. Post hoc v. in f. aliisque Cdd. (v. c. Oix. ψ.) Nor. BV. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. inculcatum est falsum gloss. ex Boëthii Comment.: — *et his (is f.) alia negatio rursus adiungitur (adiungatur L.)*; quod acutâ coni. delevit Sch. 2. Omittunt autem a b c d e. O2x. (B. ρ.) Valla. Asc. — [*ex iis*] Sic a d. — *ex his* Cett. — [*unum aut plura*] Sic a b c d e. O3x. (B. ρ. ψ.) Valla. Asc. — *unum an plura* BV. — *primum f.* Oix. (U) N. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [*ut quod*] — *aut quod a c.* — [*relinquitur*] — *relinquetur c.* „Tertius modus est, quum inter partes connexae atque ex duabus affirmationibus copulatae propositionis negatio interponitur, eaque ipsa negatio denegatur, quae propositio *διεργασιωγραφική* Graeco sermone appellatur.” BC. (Latine eam postmodo *superabnegativam* vocat.)

§. 55. [*Ex hoc*] — *Ex his* Asc. — [*rhetorum*] Sic a b c d e f. Gryph. O2x. (B. ρ.) Valla. Nor. BV. Asc. — *rhetorum sunt* O2x. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [*ex contrariis conclusa*] —

conclusa, quae ipsi ἐνθυμήματα¹ appellant: non quin² sententia proprio nomine ἐνθύμημα dicatur: sed, ut Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen efficit apud Graecos suum; sic, quum omnis sententia ἐνθύμημα dicatur, quia videtur ea, quae ex contrariis conficitur³, acutissima, sola proprie nomen commune possedit⁴. Eius generis haec sunt:

Hoc⁵ metuere, alterum in metu non ponere!

Eam, quam nihil accusas, damnas; bene quam meritam esse autumas,

Dicis mala mereri.

Id, quod scis, prodest nihil; id, quod nescis, obest.

14 Hoc disserendi genus attingit omnino vestras quoque in
56 respondendo disputationes: sed philosophorum magis est⁶, quibus est cum oratoribus illa ex repugnantibus senten-

1) enthymemata cet. 2) non quod non omnis 3) conficiatur 4) possidet 5) Hunc 6) Abest est.

conclusa ex contrariis b. — om. ex contrariis c. — [ἐνθυμήματα] Sic abcd. Valla: et sic semper. Semel noto. — *enthymemata* Cett. — *[non quin]* Sic abc. — *non quod non de.* Valla. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. (— *non quod o. s. p. n. e. non dicatur* f. BV. — *non quod o. s. p. n. dicatur* Nor.) — *[efficit]* — *effecit* Sch. coni. in Ed. mai. — *[possedit]* i. e. κέκτηται. Sic abcdef. O3x. Valla. BV. Asc. — *possidet* O1x. (ψ.) N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — *[conficitur]* Sic bce. Item a. ex correctione. — *conficiatur* Cett. — *[Hoc metuere]* Sic aef. Alius Cd. apud Lamb., ipso et Wetzelio probb. Etsi in utraque Boëthii editione legitur *hunc metuere*, ut habent Cic. Edd. mihi notae cum cd. (b. a sec. manu; a prima: — *hinc.*) et O1x., ita tamen explicat: „ita hoc metuis, illud non metuis.” et in Cod. Einsiedl. etiam in Boëthii Comm. est *hoc*. Litem vero dirimit *ad Attic.* 12, 51. et 14, 21. — *[obest]* Versiculos distinxi cum Nobbio et Beiero *ad Orat.* C. 49. Interrog. signa Ern. posuit post v. *ponere, mereri et obest*. Ceterum memorabile est ab omnibus meis, O2x. (B. ρ.) Boëthio, Valla, N. BV. Asc. abesse v. *dicis*; quod tamen satis firmatur ex *Oratore* l. l. (Scil.: — *aestumas mala* (sic) *mereri* a. — *aestimas male m.* bcde. — *existimas male m.* f.) Prave distinguunt N. Ab. C. V. S.: — *Id quod scis — prodest: nihil id, quod nescis, obest.*

§. 56. *[in respondendo]* — om. haec e. — *[magis est]* Sic O1x. (B. optimus.) — om. *est* Ceteri omnes et Edd. Sed parum commode suppletur „*magis attingit philosophorum disputationes.* — *[oratoribus]* — *oratoriis* b. a pr. m. — *[repugnan-*

tiis communis conclusio, quae a dialecticis tertius modus, a rhetoribus ἐνθύμημα nuncupatur. Reliqui dialecticorum modi plures sunt, qui ex disiunctionibus constant: Aut hoc, aut illud: hoc autem: non igitur illud. Itemque, Aut hoc¹, aut illud: non autem hoc: illud igitur. Quae conclusiones idcirco ratae sunt, quod in disiunctione plus uno verum esse non potest. Atque ex iis conclusionibus, quas supra scripsi, prior, quartus; posterior, quintus a dialecticis modus appellatur. Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic: Non et hoc², et illud: hoc autem: non igitur illud. Hic modus est sextus. Septimus autem: Non et hoc, et illud: non autem hoc: illud igitur. Ex iis³ modis conclusiones innumerabiles nascuntur, in quo est tota fere⁴ διαλεκτική⁵. Sed ne eae quidem, quas exposui, ad hanc institutionem⁶ necessariae.

- 1) hoc aut *err. typogr.* 2) et hoc est 3) ex his 4) fere tota
5) dialectica 6) institutionem sunt

tibus] — pugnantis Nor. Sch. 2. contra Cdd. notos et cfr. §. 72. — [conclusio] — inclusio h. — [nuncupatur] Toleravi hoc v. inde a Valla receptum: sed ab c d e. Gryph. Oix. (o.) = dicitur; f.: = appellatur; unde v. nuncupatur sit suspectissimum. Fuit probabiliter sic: ∞ quae dialecticis t. modus, rhetoribus ἐνθύμημα: sine verbo. — [disiunctionibus] = diiunct. a. — [itemque] — item f. — [non autem] — non est autem L. — [illud igitur] — igitur illud d. — [disiunctione] = diiunct. d.

§. 57. [Atque] — At e. — [ex iis] — ex his f. — [coniunctionum negantiam] Sic inter meos a e. — c. negantia b c d. Gryph. (prob. Bruto.) In h. tamen a manu sec. lincola est posita supra lit. a. Hoc ἀπαξ λεγόμενον negantiam agnoscit iam Boëth. — coniunctionem negativam f. Asc. — [et hoc] Sic ab c e. Oix. (B.) Valla. Asc. V. S. L. — et hoc est df. N. BV. Ab. C. Grut. 1. 2. (— non hoc est et illud f.) — [hoc autem] — hoc autem est Oix. (o.) BV. — [illud igitur] — Igitur illud d. — [ex iis] Sic a d. — ex his Cett. — [conclusiones innum.] = inn. concl. d. — [nascuntur] — fiunt e. ∞ om. nascuntur d. E quo suspicio oriri possit et nascuntur et fiunt aequae interpolatoribus deberi. Attamen Boëthius agnoscit v. nascuntur. — [in quo] — in quibus f. Oix. (o.) BV. „Atque in his, inquit, omnis fere est dialectica.” BC. — [tota fere] Sic ab c f. = fere tota Cett. — [διαλεκτική] Graece scripsi e vestigiis Cdd. — dialectice vel dialectica Cett. — [ne eae] — ne hae ab c e. Oix. Valla. BV. Asc. — ne haec f. — [hanc] — hanc quidem e. — [institutionem] Sic ab c d e f. Valla. N.

58 Proximus est locus rerum efficientium, quae causae
appellantur: deinde rerum effectarum ab efficientibus
causis. Harum exempla, ut reliquorum locorum, paullo
ante posui, et quidem ex iure civili: sed haec patent
15 latius. Causarum [igitur]¹ genera duo sunt: unum quod
vi sua id, quod sub eam vim subiectum² est, certe³ effi-
cit, ut, Ignis accendit: alterum, quod naturam efficiendi
non habet, sed sine quo effici non possit: ut si quis aes
causam statuae velit dicere, quod sine eo non possit
59 effici. Huius generis causarum, sine quo non efficitur,
alia sunt quietia, nihil agentia, stolidia quodammodo; ut
locus, tempus, materia⁴, ferramenta, cetera⁵ generis eius-
dem; alia autem praecursionem quandam adhibent ad
efficiendum et quaedam afferunt per se adiuvantia, etsi

1) igitur sine []. 2) sub ea subiectum 3) certo 4) materiae 5) et
cetera

BV. Asc. Iu. Ald. Ab. C. V. M. S. — *institutionem sunt*
O4x. (?) L. 1. 2. Sed cfr. §. 62. in fine.

§. 58. [*rerum efficitur*] = *efficitur rerum* f. Valla. Asc. — [*et quidem*] — *equidem* f. Valla. Asc. — [*Causarum igitur*] Sic f. Valla. N. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — *causarum enim* abcde. Gryph. O2x. (B. ρ.) BV. Particula videtur insititia. Hinc []. — [*sub eam vim*] Sic abcde. prorsus ex usu Cic. cfr. *Tuscul.* 4, §. 16. *Lib.* 5, §. 2. — *sub ea vi* O1x. (B.) Valla. Asc. — *sub ea* O3x. N. BV. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. (quod ortum videtur e corruptela f.: — *sub ea insubiectum.*) — [*certe*] Sic Cdd. noti. Edd. meae ante Ern. 1., qui cum Sch. 2. coni.: — *certo*; sed hoc nunc recipio ante v. *scire* dumtaxat. cfr. Schelleri *Observv.* pag. 39. — [*habet*] Sic omnes mei et O2x. (B. ρ.) Edd. vett. Ernestii. Nor. BV. L. in m. 1584. 1. 2. — *habeat* O2x. Ald. Ab. C. V. M. S. L. 1566. (— *efficiendi habet, et sine quo* abcd. Valla. Asc. — *et sine* etiam e.) — [*non possit*] ∞ *non potest e.* — [*causam statuae*] = *statuae causam* bc.

§. 59. [*nihil*] = *nil a.* — [*stolida quodammodo*] Fateor me saepe in his haesisse miratumque esse, cur non scripserit *bruta*; adeo ut v. *stolida* ex antiquiss. gloss. aliquando substitutum putarem alteri *bruta*. Certe nihil mutandum; id tamen animadvertendum, quod habet Acro ad *Horatii Carm.* 1, 34, 9. *quo bruta tellus*, ubi haec adnotat: „*sine sensu, tarda, vel stolida; quod terrae epitheton est.* — [*materia*] Sic abcdef. O2x. (B. ρ.) BG. Valla. BV. Asc. L. — *materiae* O2x. Ald. Ab. C. V. S. Grut. 1. 2. — om. *materia* Nor. — [*cetera*] Sic abcd. O1x. (B.) — *et cetera* Edd. meae cum fe. — [*afferunt*] — *afferunt* f. — [*adiuvantia*] Sic abcde. O4x. (ϕ.) V. S. L.

non necessaria, ut, Amori congressio causam attulerat¹, amor flagitio. Ex hoc genere causarum ex aeternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. Atque ut earum causarum, sine quibus effici non potest, genera divisi, sic etiam efficientium dividi possunt. Sunt enim aliae causae, quae plane efficiant, nulla re adiuvante: aliae, quae adiuvari velint: ut, Sapientia efficit sapientes sola per se: beatos efficiat, necne sola per se, quaestio est. Quare quum in disputationem inciderit causa efficiens 60 aliquid necessario, sine dubitatione licebit id², quod efficitur ab ea causa, concludere. Quum autem erit talis 16 causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessario³ conclusio non sequitur. Atque illud quidem genus causarum, quod habet vim efficiendi necessariam, errorem afferre non fere solet: hoc autem, sine quo non efficitur, saepe conturbat. Non enim, si sine parentibus filii esse non possunt, propterea causa fuit in parentibus gignendi necessaria. Hoc igitur, sine quo non fit, ab eo, quo⁴ 61 certe⁵ fit, diligenter est separandum. Illud enim est tamquam,

*Utinam ne in nemore Pelio*⁶

1) attulerit 2) Abest id. 3) necessaria 4) ab eo, a quo 5) certo
6) *Pelio securibus Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes!*

1. 2. — *adiumenta* h. a sec. m. f. O3x. Valla. Nor. BV. Asc. Ald. Ab. C. — [*attulerat*] Sic BV. Firmat Boëthius in Comm.: „Idcirco amabat, quod saepe fuerat ante congressus.” Scil. non pendet e partic. *ut*, sed est exemplum per se positum, quemadmodum supra: *ut, Ignis accendit.* — *attulerit* Ceteri omnes. — [*Sunt enim*] — *Sunt etiam* h c. In h. superser. *enim.* — [*sola per se, quaestio*] ∞ *s. per sese, q. a b c.* Valla. Asc.

§. 60. [*licebit id*] Sic a. a pr. m. in rasura. e. — om. *id* Cett. — [*erit talis causa*] — *non erit t. c. d.* — *talis causa erit* BV. — [*necessario*] Sic h. Asc. — *necessaria* Cett. — [*sequitur*] — *sequetur* Margo 1584. — [*non fere*] — *fere non c.* — [*propterea cet.*] = *propterea in parentibus causa fuit* h c.

§. 61. [*quo*] Sic Ox. q. — *in quo* O3x. Valla. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. S. ∞ *a quo* C2d. Lambini. Ven. Nor. L. 1. 2. — *per quod* f. Scil. varie suppleta est praepositio, quam excidisse falso opinabantur. — [*certe*] Sic rursus mei Cdd. Edd. ante Ern. — *certo* 1. C. 2. et fortasse e. e Wnanderi collatione. — [*Illud enim est*] — *Illud e (e cum lineola)* f. — [*Pelio*] Sic a b c d f. Gryph. O2x. (B. q.) Valla. Item Victor.,

Nisi enim accidissent abiegnae¹ ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in iis² trabibus efficiendi vis necessaria. At quum in Aiakis navem³ *crispisulcans igneum fulmen* iniectum est, inflammatur na-
62 vis necessario. Atque etiam est causarum dissimilitudo, quod aliae sunt, ut sine ulla appetitioe animi, sine voluntate, sine opinione suum quasi opus efficiant, velut, ut omne intereat, quod ortum est: aliae [autem]⁴ aut voluntate efficiunt⁵ aut perturbatione animi aut habitu aut natura aut arte aut casu: voluntate, ut tu, quum hunc

1) cecidisset abiegna 2) in his 3) navim 4) autem sine [. 5) efficiuntur

nisi quod retinet v. *securibus*. — om. *securibus caesa* dumtaxat e. Scil. quae deesse putabant, sed in notissima ὀρθῶς h. l. consulto a Cic. omissa sunt, ut rectissime vidit iam Brutus, praesertim propter sequentia, suppleverunt ex l. ad *Herenn.* 2, C. 22. de *Inu.* 1, 49. de *Fato* C. 15.: *Pelio securibus Caesa cecidisset (accidisset melius Sch. 2.) abiegna ad terram trabes* b. in margine. O2x. U. ψ. recentiores. Nor. Asc. Ald. Ab. C. M. S. L. 1. 2. (numero quidem plurali, peius etiam Nor. Ald. Ab. C. S.) — [*accidissent abiegnae*] Sic optime a. et Gryph. Verba scil. haec sunt ipsius Ennii, in eo tantum mutata, quod Cic. propter sequentia praetulit numerum pluralem, retento tamen ipso verbo poetae *accidere*. — *cecidissent abiegnae* b c e f. Valla. Nor. BV. Ald. Iu. Ab. C. V. S. 2. — *cecidisset abiegna* d. L. 1. Singularis autem numerus in Ennio ipso rectus, h. l. propter seqq. *in iis trabibus* tolerari nequit. — [*in iis*] Sic a. BV. — *in his* Cett. — [*navem*] Sic a., ut ubique Cdd. Cic. meliores. Nor. = *navim* Cett. — [*crispisulcans*] — *crispi sulcans* divise af. Valla. BV., non improbb. Ern. et Wetz. Est tamen absurda lectio. Appellare poterant BC. Ed. Venetam: „quum in Aiakis crispis navim igneum fulmen sulcans iniectum est.” (in Ed. Bas. „quum in Aiakis navem igneum Crispisulcanis (*sic*) fulmen iniectum est.”) Sed litem omnem dirimit optimus Boëthii Codex Einsiedlensis, qui sic habet: „quum in Aiakis navim igneum crispisulcans fulmen iniectum est.”

§. 62. [*Atque etiam*] ∞ *Atque haec etiam* a. — [*quod aliae sunt*] — *quod aliae eiusmodi sunt* L. — [*appetitioe*] — *petitione* b. — [*velut ut omne*] Sic (O2x.?) L. 1. 2. — om. *ut* a b c d e f. O2x. (B. φ.) Valla. N. BV. Ald. Asc. Ab. C. V. S. — [*ortum est*] Firmatur a Cd. d. ∞ *o. sit* a b c f e. O2x. (B. φ.) Nor. Videtur tamen ortum ex scriptura *ortumst*. — [*aliae autem*] ∞ om. *autem* d. ∞ *del. autem* L. in m. 1584. non 1566. — [*efficiunt*] Sic O3x? (B. U. ψ.) Valla. BV. L. prob. Bruto. 2. — *efficiuntur* a b c d e f. Gryph. O1x. (φ.) Nor.

libellum legis: perturbatione, ut si quis eventum horum temporum timeat: habitu, ut qui facile¹ et cito irascatur; natura, ut vitium in dies crescat; arte, ut bene pingat; casu, ut prospere naviget. Nihil horum sine causa, nec quidquam omnino; sed huiusmodi causae non necessariae. Omnium autem causarum in aliis inest constantia, 63 in aliis non inest. In natura et in arte constantia est, in ceteris nulla. Sed tamen earum causarum, quae non 17 sunt constantes, aliae sunt perspicuae, aliae latent. Perspicuae sunt, quae appetitionem animi iudiciumque tangunt: latent, quae subiectae sunt fortunae. Quum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunae eventus: ob-

1) ut facile

Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. 1. (— alia — efficiuntur Purgoldi susp.) — [libellum] — librum e. — [perturbatione] — perturbatione animi e gloss. f. prob. Wetzelio. — [ut qui facile] Sic abcdef. O1x. (p.) Valla. BV. Asc. — ut facile O3x. ? Nor. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [irascatur] — irascaris c. et b. a pr. m. — [et cito] — om. haec de. — [non necessariae] — non nec. sunt e. — non sunt necessariae Margo 1584.

§. 63. [et in arte] — et arte bc. Item a. ex correctione. — [constantia est] ∞ constantia inest e. — [in ceteris nulla] — in aliis nulla est bc. — [subiectae] — subiecta a. — [hoc ipsum cet.] „Eventum latentibus causis Cicero casum esse ita concludit: Quum omnia certis de causis fiant, quorum ratio cognoscitur, eorum eventus casu fieri non posse monstratur (non putatur Bas.), sed putatur aliquid fieri casu eorum, quorum causa nulla ratione cognoscitur. Ex quo evenit, ut fortunae sit eventus, qui latentibus causis efficitur.” BC. Ego secutus sum quattuor Cdd. antiquiss. abc. Gryph. (item ψ.) Vallam et Boëthii Ed. Bas. Item Ascens.; sed hic omittit est, ut, (neque vero male) sic distinguatur: ∞ hoc ipsum, fortunae eventus, obscurā causā et latenter efficitur. In eadem lectione latente nullus exhibet Cd. praeter eum, quem laudat Commentator anonymus in Ed. Richard. fol. 101., etsi Boëth. ita legisse videri potest. Proxime, quod ad probabilitatem attinet, accedit lectio Cd. d.: ∞ obscura causa et latens, qua efficitur (scil. id, quod fortunae eventum nuncupamus.) Tertia, de qua ambigi potest, annon praeferrī debeat, est O2x. (ut videtur:) Man. Richard. S. Lamb.: ∞ obscura causa, quae latenter efficit. Passivam quidem formam habuit iam Boëthius; sed eandem §. 62. in antiquiss. Cdd. itidem activae, quae ibi unice vera est, substitutam videmus. In nostra fortasse magis placeret insertum quod: ∞ hoc ipsum est fortunae eventus, quod obscurā causa et latenter (latente) efficitur. Etenim de adv. latenter

scurâ causâ et latenter efficitur¹. Etiam ea, quae fiunt, partim sunt ignorata, partim voluntaria: ignorata, quae
64 necessitate effecta sunt; voluntaria, quae consilio. Quae autem fortuna, vel ignorata vel voluntaria. Nam iacere telum voluntatis est: ferire, quem nolueris, fortunae.

1) obscura causa (*nominat.*), quae latenter efficitur.

apud Cic. dubitari potest. Iam manifesto falsa est lectio Ald. Iu. Ab. Crat. Victor. (varia distinctione; cfr. etiam Turnebi *Adv.* 25, 23. p. 896.) Grut. Ern. 1.: — *obscura causa, quae latenter efficitur.* — (— *fortunae, eventus obsc. c.* distinguunt V. S. L. 1566. In m. 1584. L. volebat: *hoc ipsum est fortuna, eventus obsc. c.* — *hoc ipsum obscurâ causâ latenter efficitur*: recepit Wetzel hanc Ern. susp. ortam ex seqq. lectionibus interpolatis: — *hoc ipsum scilicet fortunae eventus obscura causa latenter efficitur* (f.) BV. — *hoc ipsum fortunae eventus o. causa latenter efficitur* Ven. Nor. Prorsusque sic volebat Grut., quum a Palat. abesset est. sicque, ut praedixi, Asc., sed retinet et ante *latenter.* — *hoc ipsum est fortunae eventum, causa quod latente efficitur* Sch. 2. C. (Si huic fides, Ed. Omnib. om. *obscura causa*; sed, quum Omniboni Ed. is soleat nominare Kobergerianam *Norimb.* 1497., ea de re valde dubito. Haec enim habet *obsc. c.*) Nusquam alibi reperi lectionem Marg. Gothofredi: *hoc ipsum est fortuna, eventus obscura causa, qui* (sic certe Ed. Genev. 1660.) *latenter efficitur.* — [*Etiam*] — *Atque etiam* (f.) BV., ut §. 62. Error autem Cdd. abcde, Gryph. Vallae, Asc. Ald. Iu. Ab. C. Vict. Grut.: — *etiam ut ea - - sint* ortus est ex eo, quod haec pendere crederent e v. *efficitur*; unde Man.: — *efficit. Efficitur etiam ut ea - - sint.* Rectiorem lect. praebent f. Palat. Bellaquensis. Ven. N. (BV.) S. L. 1. 2.; a qua L. in marg. 1584. rursus descendit, proponens: *ut etiam ea - - sint*; nec improbavit Goveani suspicionem a C2d. Memmii et Brissonii firmatam: *efficit, ut - - sint* om. *etiam.* In Nor., casu, ut opinor, plura exciderunt. Habet scil.: — *Etiam ea quae fiunt partim sunt ignorata, partim voluntaria. Nam iacere cet.* — [*necessitate*] — *fortuna* Sch. 2. C. Sed BC.: „Ignoratas ait, in quibus necessitas domina est; id est, in quibus aut omnino non volumus, aut, ne si velimus quidem, aliter facere possumus, ut in natura atque casu.” — [*necessitate effecta sunt*] — *ex necessitate fiunt* de.

§. 64. [*Quae autem fortuna*] — *Quae fort. autem a. a pr. manu.* Haec *Quae autem - - voluntaria* del. Sch. 2. C. Sed BC.: „Voluntatem vero a fortuitis eventibus uno eodemque aptissimo secrevit exemplo eet.” — [*nolueris*] — *volueris* a c. Valla. Med. Asc. pr. Ald. S. Boëthii Ed. Bas. Correctus est error iam in Asc. sec. Crat. L. Et *nolueris*, uti consentaneum est, habuit BC.: „si telum manu iaciat nolensque fe-

EX QUO ARIES SVBIICITVR ille¹ in vestris actionibus, si TELVM MANV FVGIT MAGIS, QVAM IECIT. Cadunt etiam in ignorationem atque in imprudentiam perturbationes animi: quae, quamquam sunt voluntariae (obiurgatione enim et admonitione deiiciuntur,) tamen habent tantos

1) ille subiicitur

riat." — [subiicitur ille] Sic abc. = ille subiicitur Cett. „Quidam libri (Cd. Hittorp. prob. Grutero:) non habent *subiicitur*; sed verbum elegantius est, quam pro glossatoris ingenio." EBN. Immo necessarium, quia legitimum: SEI QVIS HOMINEM LIBERVM IMPVDENS SE DOLO MALO OCCESIT, PRO CAPITE OCCISE ET NATEIS EIVS IN CONCIONE ARIETEM SVBICITO, Servius P. Danielis apud Schottum *Nod. Cic. Lib. 1. C. 22.* pag. 304.; nisi potius verba Servii ad *Bucol. 4, 43.* sic in formulam rededit Scaliger. cfr. Dirksen *Versuche zur Kritik.* p. 338. „Voluntatem a fortuitis eventibus uno eodemque aptissimo secrevit exemplo. Veluti si telum manu iaciat nolensque feriat praetereuntem: nam iecisse ex voluntatis principio nascitur: idcirco enim iecit, quia voluit. Ignoravit vero quid percuteret: neque enim iaceret, si se percussurum providere potuisset: neque enim iecit, quia voluit percutere. Si autem non ignorasset, non percutere potuisset. Unde etiam machinamentum quoddam atque defensio in iuris peritorum defensionibus invenitur haec: „Si telum manu fugit magis quam iecit:" nam si quis caedis accusatur, optima solet esse defensio, si alia non suppetit, fugisse manu telum magis quam voluerit iecisse: ut non voluntati, quae condemnatur in culpis, sed ignorantioni factum tribuatur." BC. Certatim hanc Boëthii interpretationem refutarunt Schottus l. 1. Lobeck *de praeceptis mysticis* P. 2. p. 9. *Regiononti* 1822. 4. „Ille aries intelligitur in legibus regis nominatus, quo *ἰστοροῦντος* loco caedes inconsulte facta lueretur." Huschkius in *Analectis literariis* p. 173. Cum Boëthio potius facere videtur Dirksen *XII. Tafeln.* p. 616. subobscurè tamen ea de re locutus. Verum manifesto falsa est Boëthii explicatio, quum ariete bellico non nos defendere soleamus, sed hostes impugnemus; nec *subiicitur* eiusmodi aries, sed *admovetur, impingitur.* — [manu] — *manum* Valla. Mediol. Asc. prob. Lamb. — *manus* C2d. Lambini. — [*Cadunt etiam*] Sic omnes mei. Gryph. Valla. Ven. Nor. BV. Grut. e C2d. 1. 2. — *c. enim* Man. L. — om. *etiam* Ald. Ju. Ab. C. Victor. Mox in ante v. *imprudentiam* om. abcdf. BV. Asc. Ald. Ab. C. Habent e. Valla. Victor. Seqq. — [*quae quamquam*] — om. *quae* abcef. — [*quamquam sunt*] Sic a. Valla. BV. Rursus con. Ern. 1. 2. — *q. sint* hcdcf. Ald. Ab. C. V. S. L. Grut. — *tamquam sint* N. Asc. — [*obiurgatione* cet.] ∞ *obi. et adm. enim* abcd. Valla. (b. a sec. manu, ut nos.) — om. *enim* f. — [*ea, quae*] — om. *ea* e.

motus, ut ea, quae voluntaria sunt, aut necessaria inter-
 65 dum aut certe ignorata videantur. Toto igitur loco cau-
 sarum explicato, ex earum differentia in magnis quidem
 causis vel oratorum vel philosophorum magna argumen-
 torum suppetit copia; in vestris autem, si non uberior,
 at fortasse subtilior. Privata enim iudicia maximarum
 quidem rerum in iuris consultorum mihi videntur esse
 prudentia. Nam et adsunt multum et adhibentur in con-
 silia¹ et patronis diligentibus ad eorum prudentiam con-
 66 fugientibus hastas ministrant. In omnibus igitur iis iudi-
 ciiis, in quibus EX FIDE BONA est additum, ubi vero
 etiam, VT INTER BONOS BENE AGIER; in primisque in arbi-
 trio rei uxoriae, in quo est, QVOD EIUS MELIVS AEQVIVS²,

1) in consilio 2) QVID AEQVIVS MELIVS

§. 65. [loco causarum] — *caus. loco a. a pr. m.* — [expli-
 cato] — *explicito f.* — [in consilia] Sic ex usu loquendi abcde.
 Gryph. O1x. (q.) Valla. BV. Asc. L. in m. 1584. — in con-
 silio f. O3x. N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1566. 1. 2. — in con-
 silium Margo 1584. prob. Sch.

§. 66. [iis] om. de. O1x. (q.) BV. — *his abcf.* — [addi-
 tum] Sic Cdd. mei. Gryph. O3x. Valla. N. Asc. Ald. V.
 Grut. 1. 2. — *additum, primus causarum usus est* O1x. (q.)
 BV. — *additum, plurimus earum (eorum L.) usus est* Ab. C. S.
 L. 1566. Est e BC. Ipse Lamb. postea improbavit hanc in-
 terpol. — [ut inter] Sic omnes praeter Sch. 2., qui de Heu-
 sing. opinione delevit ut. — *oportet addunt post agier* abcdf.
 O2x. (B. U.) Valla Nor. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S.
 Omittunt *oportet* e. Cdd. Lambini. L. 1. 2. (Praeterea: —
agi oportet BC. O1x. (q.) Ald. Ab. C. V. S.) cfr. omnino
Offic. 3, C. 15. et 17. — [in primisque] — *in primis quidem f.*
 — [quod eius melius aequius] Sic abcd.; integrá formula.
Eius quia non intelligebant, recentiores omiserunt. — *quod*
melius aequius BC. ef. — *quid eius melius aequius* Valla. —
qd eius melius aequiusve Nor. (haec: eis) Asc. — *quid aequius*
melius Ald. Ab. C. V. S. Grut. 1. — *aequius melius* deleto
quod L. (Heusing.) Sch. 2. Cfr. *Offic. 3, C. 15.* (qui tamen locus
 nunc ex nostra ratione híc proposita corrigendus erit:) et
 Plinii *Epp. 9, 39.* itidem, ni magno opere fallor, ex ipsa
 haruspicum formula: *in melius, in maius.* Sic tribus nunc
 locis praepositur alteri adverb. *melius.* „Est enim iuriscon-
 sultorum provinciae (sic C3d. mei. — provincia BV. — pru-
 dentiae *Bas.*) privatarum quaestio causarum maximeque in
 illis negotiis hic causarum locus examinabitur, in quibus
 bonae fidei iudicia nectuntur. In his enim qui fuerit animus
 contrahentium quaeri solet, qui deprehendi vix poterit, nisi

parati esse debent. Illi¹ dolum malum, illi fidem bonam, illi aequum bonum, illi, quid socium socio, quid eum, qui negotia aliena curasset, ei, cuius ea negotia fuissent: quid eum, qui mandasset, eumve, cui mandatum esset, alterum alteri praestare oporteret: quid virum uxori, quid uxorem viro, tradiderunt. Licebit igitur, diligenter cognitis argumentorum locis, non modo oratoribus et philosophis, sed iuris etiam peritis copiose de consultationibus suis disputare. Coniunctus huic causarum loco 18 ille locus² est, qui efficitur ex causis. Ut enim causa 67 quid sit effectum³ indicat, sic, quod effectum est, quae fuerit causa, demonstrat. Hic locus suppeditare solet

1) Illi enim 2) locus ille 6) causa effectum

praecedentibus causis intelligatur. In iis igitur iudiciis, in quibus additur, ut EX BONA FIDE iudicent, id est, ubi ita iudices dantur, ut non strictas inter litigantes stipulationes, sed bonam fidem quaerant, plurimus causarum usus est. Additur VT INTER BONOS BENE AGIER [OPORTET]: (*agier* Cdd. AC. — *agi* B. Edd. om. *oportet* Cdd. C. considerantur mores, inquiruntur consilia; statuitur, quibus quidque (*quodque* A.) de causis administratum sit. In primisque in iudicio uxoriae rei uberrimus causarum tractatus est. Est autem iudicium uxoriae rei, quotiens post divortium de dote contentio est. Dos enim licet matrimonio constante in bonis viri sit, est tamen in uxoris iure et post divortium velut res uxoria peti potest. Quae quidem dos interdum iis conditionibus dari solebat, ut si inter virum uxoremque divortium contigisset, QVOD MELIVS AEQVIVS ESSET apud virum remanere, reliquum dotis restitueretur uxori, id est, ut, quod ex dote iudicatum fuisset melius aequius esse apud virum maneret, id vir sibi retineret; quod vero non esset melius aequius apud virum manere, id uxor post divortium reciperet. In quo iudicio non tantum boni naturae spectari solet, verum etiam comparatio honorum sit, ut non tam quod bonum, sed quod melius aequiusque est, id sequendum sit. Quae omnia ex praecedentibus causis investigari solent; nam si viri culpa divortium factum est, aequius melius est nihil apud virum manere; si mulieris, aequius melius est sextans retineri." BC. — [*parati*] — *periti* de. — [*Illi*] Sic abcdef. O2x. (B. *o.*) Valla. BV. Asc. V. L. — *Illi enim* O2x. N. Ald. Ab. C. S. Grut. 1. 2. — [*quid virum cet.*] = *quid uxorem viro, quid virum uxori* hc.

§. 67. [*ille locus est*] Sic ad. Item hc., nisi quod: ∞ om. est. = *locus ille est* Edd. meae cum fe. — [*est, qui efficitur*] — *est rerum, quae efficiuntur* Sch. 2. coni. — [*quid sit effectum*] Sic abcde. O4x. Valla. BV. Asc. Ab. C. S. L.

oratoribus et poetis, saepe etiam philosophis, sed iis, qui ornate et copiose eloqui¹ possunt, mirabilem copiam dicendi, quum denuntiant, quid ex quaque re sit futurum. Causarum enim cognitio cognitionem eventorum facit.

- 68 Reliquus est comparationis locus, cuius genus et exemplum supra positum est, ut ceterorum nunc explicanda tractatio est. Comparantur igitur ea, quae aut maiora aut paria dicuntur: in quibus spectantur haec, numerus, 69 species, vis, quaedam etiam ad res aliquas affectio. Numero sic comparabuntur, plura bona ut paucioribus bonis anteponantur, pauciora mala malis pluribus, diuturniora bona brevioribus, longe et late pervagata angustis; ex quibus plura bona propagentur, quaeque plures imitentur et faciant. Specie autem comparantur, ut anteponantur, quae propter se expetenda sunt, iis, quae propter aliud; et ut innata atque insita assumptis et adventiciis, integra contaminatis, iucunda minus iucundis, honesta ipsis etiam utilibus, proclivia laboriosis, necessaria non necessariis, sua alienis, rara vulgaribus, desiderabilia iis, quibus facile carere possis, perfecta inchoatis, tota partibus, ratione utentia rationis expertibus, voluntaria necessariis, animata inanimis², naturalia non naturalibus, artificiosa non artificiosis. 70 Vis autem in comparatione sic

E. 1) loqui 2) inanimatis

Oliv. — om. *quid sit* f. Nor. Ald. Vict. Grut. 1. 2. — [*sed iis*] — *sed his* abc f. — [*eloqui*] Sic de constanti Cic. usu scripsi ex lect. BV. et loqui. — loqui Cett. quae vv. ubivis confunduntur. Cfr. Meyerum ad *Oratorem* §. 55. et 61. — [*ex quaque re*] — *ex qua re* d.

§. 68. [*genus*] — *generis* f. ex accommodatione. — [*positum est*] — *posuimus* e. — [*tractatio*] — *traditio* h. — [*vis*] — *visus* e. — [*quaedam etiam*] — *etiam* expunctum in f. — [*affectio*] — *affecta sunt* O1x. (o.)

§. 69. [*plura bona ut*] Sic abcde. O2x. (o. ψ.) Valla. Asc. 1. 2. — *ut plura b.* f. O2x. BV. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. L. Grut. — [*bonis*] — om. L. — [*malis*] — om. L. — [*pervagata angustis*] — om. *angustis* h. l. L. — [*faciant*] — *faciant*, *angustis* L. 1566. — *faciant*, *contrariis* e marg. 1584. Sch. 2. — *imitentur ut faciant* BC.) — [*et adventiciis*] ∞ *atque adv.* bc. — [*utentia*] — *vigentia* f. — [*inanimis*] Sic a. L. in m. 1584. non 1566. cfr. Beier ad *Lael.* §. 68. *Verr.* 5, §. 171. — *inanimatis* Cett.

cernitur: efficiens causa gravior, quam non efficiens: quae se ipsis contenta sunt, meliora, quam quae egent aliis: quae in nostra, quam quae in aliorum potestate sunt: stabilia incertis: quae eripi non possunt, iis, quae possunt. Affectio autem ad res aliquas est huiusmodi: principum commoda maiora quam reliquorum; itemque, quae iucundiora, quae pluribus probata, quae ab optimo quoque laudata. Atque, ut haec in comparatione meliora, sic deteriora, quae iis sunt contraria. Parium autem comparatio nec elationem habet nec sub- 71 missionem; est enim aequalis. Multa autem sunt, quae aequalitate ipsa comparentur; quae ita fere concluduntur: Si consilio iuvare cives et auxilio aequa in laude ponendum est, pari gloria debent esse ii, qui consulunt, et ii, qui defendunt. Atqui primum est¹: quod sequitur igitur. Perfecta est omnis argumentorum inveniendorum praeceptio: ut, quum profectus sis a definitione, a partitione, a notatione, a coniugatis, a genere, a forma, a similitudine, a differentia, a contrariis, ab adiunctis, a consequentibus, ab antecedentibus, a repugnantibus, a causis, ab effectis, a comparatione maiorum, minorum, parium, nulla praeterea sedes argumenti quaerenda sit.

E. 1) At, quod primum, est

§. 70. [*se ipsis*] — *se ipsa* abcd. Gryph. prob. Bruto. O1x. (B.) (Valla cum ψ .: — *si ipsa.*) — [*aliis*] — *alienis* e. — [*quae possunt*] — *quae eripi possunt* Asc. — [*probata*] — om. c., qui desinit in vv. *atque ut haec in comparatione.* — [*iis sunt*] — *his* s. f. O1x. (B.) Valla. BV. Asc.

§. 71. [*habet*] — *habeat* Ven. Nor. non improb. Ern. (In marg. Gothofred. meae Lambino tribuitur: *inmissionem*; sed in marg. 1584. est *submissionem.*) — [*comparentur*] Sic a dc. O1x. (ρ) Ven. Valla. Nor. BV. 1., ut meliores Cdd. infra §. 73. *multa sunt, quae afferant. ∞ comparantur* hf. O3x. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. L. 2. — [*consulunt*] — *consuluntur* ad. — [*Atqui primum*] Sic BC. Bas. — *At, quod primum edunt inde a Valla cum O3x. (?) Proxime inter meos accedit: — At quod primum est. Igitur id quod sequitur* e. Reliqui turbas habent, e quibus nihil extricari potest; scilicet: *Et ita fit, quod primum est, par id quod sequitur. Igitur perfecta* abd. Gryph. In vulgata quod suspectum Ern. — [*a forma*] — *a formis* abef. O2x. (B. ρ) Nor. — [*argumenti*] — *ullius argumenti* d.

19 Sed quoniam ita a principio divisimus, ut alios locos
 72 diceremus in eo ipso, de quo ambigitur, haerere, de
 quibus satis est dictum, alios assumi extrinsecus; de iis
 pauca dicamus: etsi ea nihil omnino ad vestras disputa-
 tiones pertinent; sed tamen totam rem efficiamus¹,
 quando quidem coepimus. Neque enim tu is es, quem
 nihil nisi ius civile delectet: et quoniam haec ita ad te²
 scribuntur, ut etiam in aliorum manus sint ventura, detur
 opera, ut quam plurimum iis, quos recta studia delectant,
 73 prodesse possimus. Haec ergo argumentatio, quae dicitur
 artis expertis, in testimonio posita est. Testimonium
 autem nunc dicimus omne, quod ab aliqua re externa sum-
 mitur ad faciendam fidem. Persona autem non, qualis-
 cunque est³, testimonii pondus habet: ad fidem enim fa-
 ciendam⁴ auctoritas quaeritur: sed auctoritatem aut natura
 aut tempus affert. Naturae auctoritas in virtute inest

- 1) perficiamus 2) ad te haec ita 3) Abest est 4) ad faciendam
 enim fidem

§. 72. [*ambigitur*] ∞ *ambigetur* a b. Ceterum cfr. §. 8.,
 ubi nunc est: *de quo agitur*. — [*est dictum*] = *dictum est* d.
 Nor. BV. L. — [*de iis*] — *de his* Valla. Nor. BV. Asc. Sch. 2.
 — [*nihil omnino*] = *omnino nihil* f. — [*pertinent*] — *perti-
 neant* e. — [*efficiamus*] Sic abdf. Gryph. O2x. (B. ρ.) Nor.
 — *perficiamus* e. O2x. Cett. Edd. meae praeter Nor. Scil.
 verbum in hac re frequentius substitutum est rariori. cfr.
 Plin. *Epp.* 8, 4. *respondebis non posse* — — *perinde inchoata
 placere, ut effecta*. — [*et quoniam*] — om. et abef. — [*haec
 ita ad te*] Sic abdf. = *ad te haec ita* Cett. — [*iis quos*] —
 om. iis adef. Item b. a pr. manu. A secunda habet: *eis*. —
 [*possimus*] — *possumus* f.

§. 73. [*Haec ergo*] — *Haec igitur* e. ∞ om. *ergo* Valla. —
 [*artis*] — *rationis* e. — [*dicitur*] — *ducitur* f. — [*autem nunc*]
 — om. *nunc* b. — [*dicimus omne*] — *dic. esse* BV. — [*re ex-
 terna*] = *ext. re* BV. V. S. L. — [*faciendam*] — *faciendum*
 V. M. cfr. *Partitt.* §. 5. extr. — [*qualiscunque est*] Sic abdef.
 O1x. (ρ.) N. BV. Victor. ex usu Cic. — om. *est* O3x. (?)
 Valla. Asc. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. — [*ad fidem enim fa-
 ciendam*] Sic abdf. BV. Vict. S. L. — *ad faciendam enim
 fidem* e. Valla. N. Ald. Asc. Ab. C. Grut. 1. 2. Sed amat
 istiusmodi inversiones Cic. — [*inest maxime*] ∞ *inest maxima*
 a b'd. O1x. (B.) C2d. Gruteri, ipso et Ern. probb. (— om.
inest Palat.) — *est maxime* f. — *est maxima* Boëthius Hasii
 in Ioanne Lydo *de ostentis* p. 344. O1x. (ρ.) BV. Ut nos, e.
 O2x. Valla. N. Asc. Seqq. et cfr. 78. *In homine virtutis opinio*

maxime: in tempore autem multa sunt, quae afferant auctoritatem, ingenium, opes, aetas, fortuna, ars, usus, necessitas, concursio etiam nonnunquam rerum fortuitarum. Nam et ingeniosos et opulentos et aetatis spatio probatos dignos, quibus credatur, putant: non recte fortasse, sed vulgi opinio mutari vix potest, ad eamque omnia dirigunt et qui iudicant et qui existimant. Qui enim rebus iis¹, quas dixi, excellunt, ipsa virtute videntur excellere.

Sed reliquis quoque rebus, quas modo enumeravi, ⁷⁴ quamquam in iis nulla species virtutis est, tamen interdum confirmatur fides, si aut ars quaedam adhibetur; (magna est enim² vis ad persuadendum scientiae:) aut usus; plerumque enim creditur iis, qui experti sunt. Facit etiam ²⁰ necessitas fidem, quae tum³ a corporibus, tum ab animis nascitur. Nam et verberibus, tormentis, igni fatigati quae dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere, et, quae perturbationibus animi⁴, dolore, cupiditate, iracundia, metu, quia necessitatis vim habent, afferunt auctoritatem et fidem.

1) his rebus 2) magna enim est 3) quum 4) et quae a perturbationibus animi sunt

valet plurimum. — [in tempore] — e temp. d. Gryph. — ex tempore h. a pr. manu. A sec. et tempore. Cd. a. a pr. manu tempore; superscr. e: sed haec omnia orta videntur e διτρο-
 γουαρία maxima, maxime. Scil. e superscr. significabant, qui maxima habebant, legi etiam maxime; e autem veram praepos. in extrusit. — [afferant] — afferunt f. Valla. Asc. — [rerum fort.] — fort. rerum f. BV. — [rebus iis] Sic ad. — rebus his hf. Valla. BV. Asc. V. — his rebus Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. cum e.

§. 74. [in iis] — in his f. — [confirmatur fides] — om. fides L. »vel legendum tamen interdum fit fides.» Idem. — [si aut ars] — si usus aut ars Valla. Nor. — si fortuna aut ars BV. — [magna est enim] Sic a def. BV. = magna enim est Nor. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. (— magna vis est enim h.) — [sunt] — sint f. — [tum a corp.] Sic ab df. Valla. N. BV. Asc. Ald. Ab. C. Sch. 2. — quum e. V. S. L. 1. — [igni] — in igni S. Vide Lamb. Adnott. (— verberibus torti, igni fat. Aldus ap. Brutum. Margo Gothofred.) — [et quae perturbationibus animi] scil. »fatigati dicunt.» — et quae a perturbationibus animi sunt O3x? BV. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Sed a abest ab abdef. Gryph. O1x. (B.) Valla. Asc. et sunt ab abd. Gryph. O1x. (B.) Valla. Nor. Asc. Ut nos, edidit etiam Brutus. — [iracundia] — ira L.

- 75 Cuius generis etiam illa sunt, ex quibus verum nonnunquam¹ invenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania. Nam et parvi² saepe indicaverunt aliquid, quo id³ pertineret, ignari et per somnum, vinum, insaniam multa saepe patefacta sunt. Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt, ut Staieno⁴ nuper accidit: qui ea locutus est, bonis viris subauscultantibus, pariete interposito, quibus patefactis in iudiciumque prolatis ille⁵ rei capitalis iure damnatus est. Huic simile
- 76 quiddam de Lacedaemonio Pausania accepimus. Concursum autem fortuitorum talis est, ut, si interventum est casu, quum aut ageretur aliquid, quod proferendum non esset, aut diceretur. In hoc genere etiam illa est in Palamedem coniecta suspicionum proditiōis multitudo:

1) nonnunquam verum 2) pueri 3) ad quod 4) Staleno 5) *Abest ille*

§. 75. [*generis etiam*] = *etiam generis* Vict. (= *generis illa etiam* f. BV.) — [*verum nonnunquam*] Sic abdf. Valla. BV. Vict. = *nonn. verum* e. N. Ab. C. S. 1. 2. — [*parvi*] Sic abdef. Gryph. Valla. BV. cfr. *de Finibus* 5, §. 42. *parvi enim primo ortu sic iacent.* — *pueri* e gloss. O4x. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. (*et saepe parvi* b.) — *per vim* Nor. — [*quo id*] Sic abde. Gryph. O4x. (B.) — *quod* f. O4x. (p.) Valla. N. BV. Asc. — *ad quod* Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [*imprudentes*] — *imprudenter* be. — *imprudenter* f. — [*Staieno*] Sic bde. Hittorp. Cd. Eins. in Boëthio. Grut. cfr. Niebuhr *Fragm. Cic.* p. 57. — *Staleno* a. Gryph. Rivius *Castigg.* p. 50. Turnebus *Adv.* 20, 5. p. 628. Man. L. 1. 2. — *Statenio* f. — *Stalerio* Nor. Ald. Iu. V. S. — Ceteri varie corrupti. — [*ille rei c.*] Sic abdef. O4x. (p.) Valla. BV. Asc. — om. *ille* N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2.

§. 76. [*Concursum cet.*] — Haec: *Concursum* — — — *dicerentur* Sch. 2. coni. transposuit ante v. *Cuius generis etiam*, haud animadvertens illa, quae de Staieno et Pausania memorantur, non casu, sed certo quodam consilio bonorum virorum facta esse, quibus a senatu atque ab ephoris negotium datum erat, ut subauscultarent. Ac plerumque eiusmodi transpositiones, coniecturâ factae, exiguum merentur fidem aut nullam. — [*in Palamedem*] „Concursum etiam rerum fortuitarum facit fidem, quae quum aliquoties falsa designet, tamen ita est vehemens, ut se ab ea veritas explicare vix possit. Quale est, quod de Palamede narratur: Phryx extinctus, qui quasi a Priamo missus videretur: repertae Priami literae, Phrygiam manum imitatae, quae concurrentia fidem facerent proditiōis.” BC. — [*genere etiam*] — *etiam genere* b. — [*est generis*] Sic

quod genus refutare interdum veritas vix potest. Huius etiam est generis¹ fama vulgi, quoddam multitudinis testimonium. Quae autem virtute fidem faciunt, ea bipertita sunt: ex quibus alterum natura valet, alterum industria. Deorum enim virtus natura excellit: hominum autem industria. Divina haec fere sunt testimonia: primum ora-⁷⁷ tionis; (oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest in iis² deorum oratio;) deinde rerum, in quibus insunt quasi quaedam opera divina³: primum ipse mundus

1) generis est 2) in his 3) opera divina quaedam

abdf. = generis est e. Edd. meae, praeter Nor., quae nostro ordini favens: — et generis. Ista transpositio rursus orta est ex non intellecta scriptura etiamst. Ordo autem a nobis receptus variat aliquanto orationem a proxime praeced. in hoc genere etiam illa est, prorsus ex usu Cic. — [bipertita] Hanc scripturam nunc ubique praefero, ut est in *expers*; h. l. etiam cum Cdd. meis. Asc. Ab. C. L. 1584.; qui sic scrib. esse aliquoties monuit. = bipartita Valla. BV. Ald. V. S. L. 1566. 1. 2. — [virtute] ∞ a virtute a. a pr. manu. b.; id est barbare, „a parte virtutis.” — [fidem faciunt] = faciunt fidem b. — [deorum enim] — d. autem e. — [excellit] — excellet a. a pr. m. df. O1x. (B.) — [autem] ∞ om. autem a. Agnoscit tamen iam Boëthius Hasii. — [autem industria] ∞ om. autem b. „Videtur quibusdam haec sententia — — — ex libris M. Varronis, hominis acutissimi, De humanis et divinis rebus, ubi de theologiae divisione agitur, succincte per transitum mutuata. Fuit enim Tullius eidem M. Varroni coauditor et condiscipulus sub doctore Antiocho partim Stoico partim Academico.” Boëthius Hasii. Subiungit his Varronis doctrinam de triplici genere theologiae mythico, physico, civili; non ex ipsius Varronis libris, sed ex Augustino *de civ. Dei.* 7, 4., quem suo more παραφράζει.

§. 77. [orationis] „Per orationem significasse videtur M. Tullius quaedam consultorum numinum responsa, quae quandoque vario intellectu perplexa, quandoque perspicua, quibusdam ex adytis specuum spumantibus buccis rapidoque discursu oris furiatorum ructabat insaniam; quibus veluti vivae atque expertissimae deorum voci pro fidei testimonio iunitebatur antiquitas.” Boëthius Hasii. — [in iis] — iis dedi cum a d. Nor. — his Cett. Deinde omittunt in abdef. O1x. (B.) Boëthius Hasii. Valla. BV. Asc. Ald. Ab. C. Satis tamen firmant usum Cic. O3x. (ut videtur.) Nor. Victor. Seqq. omnes. — [quaedam opera divina] Sic abdf. Boëth. Hasii. Valla. BV. Asc. Vict. — op. divina quaedam e. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. (— ora f. — oracula Goveani mala susp.) cfr. Plinii *Epp.* 8, 20. me nihil aeque ac naturae opera delectant. —

eiusque omnis ordo et ornatus; deinceps aërii¹ volatus avium atque cantus; deinde eiusdem aëris sonitus et ardores, multarumque rerum in terra portenta: atque etiam per exta inventa praesensio. A dormientibus quoque multa significata visis, quibus ex locis sumi interdum solent
 78 ad fidem faciendam testimonia deorum. In homine virtutis opinio valet plurimum. Opinio est autem² non modo eos virtutem habere, qui habeant, sed eos etiam, qui habere videantur. Itaque, quos ingenio, quos studio, quos doctrina praeditos vident, quorumque vitam constantem et probatam, ut Catonis, Laelii, Scipionis aliorumque plurimum, rentur eos esse, quales se ipsi velint. Nec solum eos censent esse tales³, qui in honoribus

1) aërei 2) autem est 3) tales esse

[aërii] Sic a. Valla. Nor. L. = aërei Cett. (— aetheris f.) — [atque] — et Boëth. Hasii. „In hac caelesti vertigine si quando aliquid insuetum rarumque et extraordinarium suspicitur, eventus imminens mortalibus in utramlibet partem quasi quodam caeli testimonio a mathematicis praedicatur. Insuetum rarumque, inquam, quia, ut ait Plato, quae longo intervallo rursus apparent, metus et quaedam portenta significant vel mox futura vel serius. Ex quo intelligi datur sidera infrequenter orta non facere quae proveniunt, sed futura praenuntiare; ait enim, *significant*. Alioquin, qui has stellas putant habere hanc potestatem, ut volentes nociva decernant, magnam caelo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua civitas terrena decrevisset, genere humano decernente fuerat evertenda. In huiusmodi vero tractatu Posidonii atque Iulii Firmici sive reliquorum mathematicorum regnat oratio; aruspices etiam, variorum aucupes eventuum, ab aërio avium volatu sive cantu quandam futurorum πρόγνωση manere dixerunt.” Boëthius Hasii. — [significata visis] — *significantia visa e.* — [deorum] „Alii celorum” (sic) f.

§. 78. [est autem] Sic a df. Valla. BV. Asc. — *autem est* b e. N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [habeant] — *habent f.* — [eos etiam] om. haec e. — [rentur eos esse] Certa haec videtur lectio Cd. e. O3x. Vallae. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2.; etsi pro *rentur*: — *viderentur eos* a b d. Gryph. O1x. (B.) — (unde Bruti suspic.: — *videlicet rentur.*) — *videntur eis f.* Nor. BV. „Alii” apud Lamb. — [quales se ipsi] ∞ *quales esse se ipsi* L. contra Cdd. notos. Sed facillime h. l. *esse* poterat excidere. — om. *se e.* — [esse tales] Sic a b d f. Valla. BV. BV. Asc. = *tales esse e.* N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. —

populi reque publica versantur, sed et oratores et philosophos et poëtas et historicos: ex quorum et dictis et scriptis saepe auctoritas petitur ad faciendam fidem. Ex-²¹positis omnibus argumentandi locis, illud primum intelli-⁷⁹gendum est, nec ullam esse disputationem, in quam non aliquis locus incurrat, nec fere omnes locos incidere in omnem quaestionem et quibusdam quaestionibus alios, quibusdam alios esse aptiores [locos]¹. Quaestionum duo [sunt]² genera; alterum infinitum, definitum alterum³. Definitum est, quod ὑπόθεσιω Graeci, nos causam: infinitum, quod θέσιω illi appellant, nos propositum possumus nominare: causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, ne- 80

- 1) sed quibusdam quaestionibus alios esse aptiores locoſ. 2) sunt sine [].
3) alterum definitum

[populi] — P. R. f. — [reque publica] Sic Cdd. nostri. (O1x. B.?) Nor. BV. Grut. 1. 2. — atque in rep. O3x. Valla. Asc. Ald. In. Ab. C. V. M. S. L. (cfr. Liv. 22, 11, 1. de bello reque de publica ibique Drakenb.) — [et poëtas] — om. et e. — [historicos] — ystoriographos f. — [et dictis] — om. haec f. — om. et e.

§. 79. [inquam] — in qua a d. — in quo e. — [non aliquis] — is aliquis d. — [nec fere omnes locos] i. e. „nec plerumque solere omnes locos incidere.” — nec temere o. l. vel del. fere Lamb. suspic. Pro fere, temere habet in Sestianae §. 51. Iunta, prob. Ern. Sed neutro loco de v. fere dubitandum. — [quaestionem, et quibusdam cet.] Ut nos, omnes ante Ern., nisi quod b., ut volebat L. in m. 1584. ∞ omittit v. locos post v. aptiores, quo v. sane facile caremus; propter consensum tamen reliquorum nolui id prorsus delere. Praeterea Ald. Ab. C. V. M. S. L. Grut. habent peiorem v. ordinem: — esse alios aptiores et sed quibusdam pro et q. Nor. Iam vero Ern. 1., quem sequitur Sch. 2., sic edidit: — omnem quaestionem, sed quibusdam quaestionibus alios esse aptiores locos. Haec autem adnotavit: „Sed quibusdam qu. alios esse aptiores locos] Sic eleganter Ms. Viteb. (nobis f.), quod secutus sum. Vulg. quibusd. qu. alios, quibusdam esse alios apt. l.; quod est frigidissimum. (Cur tandem?) Sed pro et dedimus ex ed. Ven.” — Iam vero ex accuratissima collatione Cd. Viteb. (f.) a Beiero instituta, compertum habeo, ab eo omnibus literis exhiberi ipsam nostram ceterorumque lectionem. sed autem Ed. Ven. ortum est ex ignorata constructione nec — et; in qua nunc nemo iam haeret. — [sunt] ∞ om. a b d e. O1x. (B.) Transponit f. Quocirca []. — [definitum alterum] Sic a d f. = alterum def. Cett. — [Graeci] — Graeci vocant e.

§. 80. [certis] ∞ in certis L. in tamen facilius excidere poterat post v. certis. Nec tamen est necessarium, quum seqq.

gotiis cernitur, aut in omnibus aut in plerisque eorum: propositum autem in aliquo eorum aut in pluribus, nec tamen in maximis. Itaque propositum pars est causae¹. Sed omnis quaestio eorum² aliqua de re est, quibus causae continentur, aut una aut pluribus aut nonnunquam
 81 omnibus. Quaestionum autem, quaecunque de re sint, duo [sunt]³ genera: unum cognitionis, alterum actionis.
 82 Cognitionis sunt eae⁴, quarum est finis⁵ scientia: ut, si quaeratur, a naturane ius profectum sit, an ab aliqua quasi condictione⁶ hominum et pactione? Actionis autem huiusmodi exempla sunt: Sitne sapientis ad rem publicam accedere? Cognitionis quaestiones tripartitae sunt: aut

- 1) causae est 2) earum 3) sunt sine [. 4) hae 5) finis est
 6) condicione

in, a Cdd. satis firmata contra Lamb. ad hoc quoque v. referri debeant. — [*locis, temporibus*] — *temp.*, *locis* f. — [*aut in omnibus*] — om. in O1x. (B.) L. — [*aut in plerisque*] — om. in L. — [*aliquo*] Sic f. N. BV. Ald. Ab. C. V. Seqq. — *aliqu.* (sic) b. a pr. m. — *aliquos* d f. O1x. (B.) ∞ *aliquibus* b. a sec. m. e. Valla. Asc. — [*aut in pluribus*] — om. in ade. — [*nec tamen in maximis*] — *nec tamen certis* Lamb. susp. — [*est causae*] Sic abdf. BV. = *causae est* e. Valla. Asc. Ald. Ab. C. V. Seqq. — *propositum est pars causae* Nor. — [*eorum*] Sic a b. Valla. Refertur scil. ad superiora *personis* — *negotiiis*, et recte ante est his *in plerisque eorum, in aliquo eorum.* — *earum* d ef. O4x. Edd. meae praeter Vallam. (— *earum de aliqua rerum* Nescio qui apud Lamb.)

§. 81. [*Quaestionum autem*] ∞ om. *autem* b. Sch. 2. coni. addidit: — *propositarum.* — [*quaecunque de re sint*] Ex certo usu Cic. legendum sunt. Cfr. Heusing. *Praef. ad Offic.* p. LV. Meyerum *ad Orat.* §. 130. Proxime v. *sunt* transpositum ab ab. et omissum ab Asc. rursus est suspectum. Quocirca [].

§. 82. [*sunt eae*] Sic ad. — *s. hae* Cett. — [*est finis*] Sic abdf. Valla. BV. Asc. = *finis est* e. N. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [*a naturane*] — om. a Cdd. mei. Nor. — *an a natura* BV. — [*an ab*] — *aut ab* f., ut solent Cdd. peiores. — [*condicione*] Sic Forcellinus in v. *condictio*, favetque Norimb. corruptela: — *contradictione.* Cfr. nunc, quae adnotavi ad *Offic.* 3, §. 108. et Gell. *N. A.* 20, 1. *pactum atque condictum cum rege populi Romani.* — *condicione* Cett. omnes. — [*tripartitae*] Sic h. Asc. Ab. C. L. in m. 1584. = *tripartitae* Cett. — [*sunt, aut sitne*] Sic abde. BV. (cfr. Zumpt in *Jahn Jahrbücher* 2, 1, 2. p. 111.) — *sunt aut sit* f. ∞ *sunt aut sit necne* Valla; quod sane congruit cum seqq. *sit necne sit.* — *sunt quum aut sit necne* Asc. — *sunt, quum an sit* Nor. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. Sed part. *quum* hic locus non est,

sitne¹, aut quid sit, aut quale sit, quaeritur. Horum primum coniectura, secundum definitione, tertium iuris et iniuriae distinctione explicatur. Coniecturae ratio in quattuor partes distributa est, quarum una est, quum quaeritur, sitne aliquid: altera, unde ortum sit; tertia, quae id causa effecerit; quarta, in qua de mutatione rei quaeritur. Sit, necne sit: *ecquidnam sit honestum*²: *ecquid aequum re vera*; an haec tantum in opinione sint? Unde autem sit ortum: ut, quum quaeritur, natura an doctrina possit effici virtus? Causa autem efficiens sic: quaeritur³, quibus rebus eloquentia efficiatur. De commutatione sic: Possitne eloquentia commutatione aliqua converti in infantiam? Quum autem, quid sit, quaeritur, ²²notio explicanda est et proprietas et divisio et partitio. ⁸⁵Haec enim sunt definitioni attributa: additur etiam descriptio, quam *χαρακτῆρα* Graeci⁴ vocant. Notio sic quaeritur: sitne id aequum, quod ei, qui plus potest, utile est? Proprietas sic: in hominemne solum cadat, an etiam in beluas aegritudo? Divisio et eodem pacto

1) sunt, quum an sit 2) honestum sit 3) sic, ut quum quaeritur

4) Graeci *χαρακτῆρα*

quum sit omnium partium enumeratio; alia res est, ubi, ut in seqq., singulae recensentur. — [*Horum — — tertium*] Sic abde. Edd. meae praeter BV. et L. — *Harum* f. BV. L. in marg. 1584., non 1566. — — — *prima — — secunda — — tertia* f. O1x. (U.) BV. L. — [*quattuor partes*] — *om. partes* a. — [*sit necne sit*] ∞ *sit necne*, *sic* S. L. Haud displicet. — [*ecquidnam*] — *aut quidnam* f. — *ut quidnam* N. BV. Asc. — *ut quod nam e.* — *ut, ecquidnam* Sch. susp. — [*sit honestum*] Sic abdf. Valla. BV. Asc. = *hon. sit e.* N. Ab. C. V. Seqq. — [*an haec*] — *aut haec* f. — [*tantum in opinione*] — *sunt* (a pr. m.; a sec. correctum *sint*) *tantum in opinione* b. — [*Unde autem*] ∞ *om. autem* b. — [*virtus*] — *iustus* Margo Crat. — [*sic quaeritur*] Sic abde. O2x. (B. ρ.) Valla.; ut statim: *Notio sic quaeritur*, et ante est simpliciter *ut quum quaeritur*, non: — *sic, ut quum quaeritur*, ut habent h. l. f. (*sit pro sic*) Asc. Ald. Ab. V. Seqq. — [*de commutatione*] — *de mutatione* Margo 1584.

§. 83. [*quam*] ∞ *quem* Sch. 2. con. — [*χαρακτῆρα Graeci*] Sic abd. = *Graeci χαρ.* V. Seqq. — *Gr. υπογραφήν* Valla. — *Gr. υπογραφήν* BV. — *Gr. διαγραφήν* Asc. — *Gr. καταγραφήν* Ald. Iu. Ab. (haec cum varia lect. *υπογραφήν*) Margo Crat. — [*eodem pacto*] — *e. modo* he. Nor. — [*partitio: Triane*]

- partitio¹: Triane genera bonorum sint? Descriptio: Qualis sit avarus, qualis assentator, ceteraque eiusdem
 84 generis, in quibus natura et vita describitur. Quum autem quaeritur, quale quid sit; aut simpliciter quaeritur aut comparate: simpliciter, Expetendane sit gloria? compare, Praeponendane sit divitiis gloria? Simplicium tria genera sunt: de expetendo fugiendoque: de aequo et iniquo: de honesto et turpi. Comparationum autem duo, unum de eodem et alio: alterum de maiore et minore. De expetendo et fugiendo huiusmodi: Si expetendae divitiae, si fugienda paupertas? De aequo et iniquo: Aequumne sit ulcisci, a quocunque iniuriam acceperis? De honesto et turpi: Honestumne sit pro patria mori?
 85 Ex altero autem genere, quod erat bipertitum², unum est de eodem et alio: Quid³ intersit inter amicum et assentatorem? regem et tyrannum? Alterum de maiore et minore: ut, si quaeratur, eloquentiane plaris sit, an iuris civilis scientia? De cognitionis quaestionibus haecenus.
 86 Actionis reliquae sunt, quarum duo⁴ genera: unum ad officium, alterum ad motum animi vel gignendum vel sedandum planeve tollendum. Ad officium sic: quaeritur⁵,

1) partitio sic 2) bipartitum 3) et alio: ut si quaeratur, Quid 4) duo sunt 5) sic: ut quum quaeritur

Sic a. Gryph. — *partitio sic: Triane* Cett. — [*bonorum sint*] = *sint bon.* b. — [*qualis assentator*] — *qualis sit ass. f.* — [*ceteraque eiusdem*] — *cetera eiusdemque* b. a pr. m. Unde fortasse leg.: ∞ *cetera eiusdem.*

§. 84. [*praeponendane*] — *praeponenda a.* — [*divitiis gloria*] — *gloria div. f.* — [*simplicium*] — *simplicum a.* — [*tria genera sunt*] ∞ om. *sunt* BV. — [*si expetendae*] — *sintne expetendae* L. coni. — [*si fugienda*] — om. *si* Valla. BV. — *sitne fug.* L. coni.

§. 85. [*bipertitum*] Sic a. Ab. C. L. in m. 1584. = *bipartitum* Cett. — [*unum est*] — om. *est* d. — [*et alio: Quid*] Sic a b d e. O1x. (B.) Valla. — *et alio: ut si quaeratur, quid* f. O3x. Asc. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [*regem*] — *inter regem* f. Valla. Asc. — [*si quaeratur*] ∞ om. *haec e.* — [*eloquentiane*] — *eloquentia e.*

§. 86. [*Actionis*] — *Actiones* a b. — [*quarum duo*] Sic a b d e. O2x. (B. p.) Valla. BV. Asc. — *q. duo sunt* f. O2x. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [*vel gignendum*] — om. *vel* d e. Vict. — [*sedandum*] — *ad sedandum* d. — [*sic: quaeritur*] Sic

suscipiendine sint liberi? Ad movendos animos, [quum fiunt]¹ cohortationes ad defendendam rem publicam, ad laudem, ad gloriam²: quo ex genere sunt querelae, incitationes miserationesque flebiles, rursusque oratio tum³ iracundiam restinguens, tum metum eripiens, tum exultantem laetitiam comprimens, tum aegritudinem abstergens. Haec quum in propositis quaestionibus genera sint, eadem in causas transferuntur.

Loci autem qui ad quasque quaestiones accommodati²³ sint⁴ deinceps est videndum. Omnes illi quidem⁵ ad⁸⁷ plerasque⁶, sed alii ad alias, ut dixi, aptiores. Ad coniecturam igitur maxime apta, quae ex causis, quae ex effectis, quae ex coniunctis sumi possunt. Ad definitionem autem pertinet ratio et scientia definiendi. Atque huic generi finitimum est illud, quod appellari de eodem et alio⁷ diximus: quod genus forma quaedam definitionis est. Si enim quaeratur, idemne sit pertinacia

1) quum fiunt sine []. 2) ad gloriam et ad laudem 3) quum 4) sunt
5) quidem illi, quos supra diximus 6) ad plerasque sunt 7) altero

abde. Gryph. — sic, ut quum quaeritur Cett. cum f. O2x. (Ox. quartus, ρ.: — sic quum q.) — [quum fiunt] ∞ om. haec ade. Gryph. Hinc []. — ut quum fiunt f. — tum fiunt Vict. — [ad laudem, ad gloriam] Sic abde. BV. — ad gloriam, ad laudem Valla. Asc. — ad gloriam et ad laudem f. N. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — [ex genere sunt] — ex genere querendae (sic) sunt b. — [tum irac.] Sic abdef. Valla. BV. Asc. Ald. Ab. C. Sch. 2. — quum i. V. S. L. 1. — [iracundiam] — iram L. — [restinguens] — restringens Nor. Asc. Margo Crat., perpetua et vix iam notanda varietate. Sic Orator §. 2. pro restinxit multi habent restrinxit.

§. 87. [sint] Sic ad. O1x. (B.) L. — sunt Cett. — [illi quidem] Sic abdf. Valla. BV. Asc. V. S. L. — quidem illi e. N. Ald. Ab. C. Grut. 1. 2. Post haec inserunt gloss. quos supra diximus bd. O3x. N. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. Omittunt haec afe. O1x. (B.) Varietas Rob. Steph. Valla. BV. Asc. Vict. Recte: omnes illi, quos supra diximus significaret alios praeterea esse. Attamen omnes nullo excepto ibi enumeraverat. — [ad plerasque] Sic adef. Varietas Rob. Steph. Valla. BV. Asc. Vict. — ad plerasque sunt (b.) O1x. (?) N. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. — [ut dixi] — ut diximus f. — [illud quod] — om. illud f. — [alio] Sic b. a pr. m. de. ut §. 84. — altero b. a sec. m. O3x. N. Ab. C. V. S. L. 1. 2. — de altero a. O1x. (B.) — et de altero f. Valla. BV. Asc. — [definitionis est] = est def. b. Valla.

88 et perseverantia, definitionibus iudicandum est. Loci autem convenient¹ in eius generis quaestionem consequentis, antecedentis, repugnantis², adiuncti; etiam ii, qui sumuntur³ ex causis et effectis. Nam si hanc rem illa sequitur, hanc autem non sequitur: aut si huic rei illa antecedit, huic non antecedit; aut si huic rei repugnat, illi non repugnat: aut, si huius rei haec, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectum est: ex quovis horum id, de quo quaeritur, idemne, an aliud
89 sit, inveniri potest. Ad tertium genus quaestionis, in quo, quale sit, quaeritur, in comparationem ea cadunt, quae paullo ante in comparationis loco enumerata sunt. In illud autem genus, in quo de expetendo fugiendoque

1) convenient 2) consequentes, antecedentes, repugnantes 3) adiunctis etiam duobus iis, qui sumuntur

§. 88. [*convenient*] Sic abd. Edd. meae ante Ern. maior. Item Ern. minor. Sch. min. — *conveniunt* fe. Ern. 1. Ed. mai. Sch. Ed. mai. — [*consequentis, antecedentis, repugnantis*] Sic BV. (et *consequentis* saltem O1x. B.) quod equidem habeo pro genitivis singul. gen. neutr., ut §. 53. est neutrum plurale: *consequentia* — *antecedentia* — *repugnantia*. — *consequentes, antecedentes, repugnantes* Cett. praeter f. (qui: *consequentem, antecedentem, repugnantem*.) Quod de locis ipsis dictum absurdum est. Hinc: — *consequens, antecedens, repugnans* C1d. Lambini, ipso non improb. Malebat tamen: — *a consequentibus, ab antecedentibus, a repugnantibus*. — [*adiuncti; etiam ii, qui*] Sic a. O1x. (B.) nisi quod hi duo *iique*. Item ef. BV., nisi quod: *hi qui*. Nec multum differunt b.: = *adiuncti etiam hiq' s.* — d.: *adiuncti etiam hi que qui s.* — *adiuncti etiam duo quoque qui Valla.* — *adiunctis etiam duobus iis, qui* O5x. (?) N. Asc. Ald. Ab. C. V. S. L. 1. 2.; in qua tamen lectione *etiam* supervacaneum esse apparet. Scil. pronomen *II* habitum est pro nota numerali; tum mutata constructio a librariis. Ceterum *adiuncti* rursus est genitiv. sing. neutr., τοῦ προσθέτου. — [*huic rei*] — *hanc rem* f. Nor. L. — [*illa antecedit*] ∞ *res illa ant.* Valla. BV. Asc. — [*huic non*] — *hanc non* Nor. L. — *hanc autem non* f. — [*huic rei repugnat*] O2x. Ald. Ab. V. S. L. 1. 2. — om. *rei* abdef. O2x. (B. ρ.) Valla. N. Asc. C. (h. l. recedens ab Asc. sec.) — [*huius rei haec*] — *huic rei haec* abdef. O1x. (B.) Valla. N. BV. Asc. Ald. Ab. C. Omnes tamen retinent *illius*. — [*illius alia*] — *alia illius* b. — [*causa est*] — om. *est* a. — [*si ex alio hoc, ex alio illud*] — *si ex hoc aliud, ex illo aliud* f. — [*an aliud sit*] — *an illud sit* ad. — [*inveniri*] — *videri* e.

§. 89. [*Ad tertium*] — *At tertium* d. — [*In illud*] ∞ *In id* Valla. Asc. Ald. Ab. C. S. L. — [*fugiendoque*] — *fugiendove* f. O1x. (ρ.) Sed cfr. §. 84., ubi est sine varietate *fugiendoque*,

quaeritur, adhibentur ea, quae sunt aut animi aut corporis aut externa vel commoda vel incommoda. Itemque quum de honesto turpique quaeritur, ad animi bona aut¹ mala omnis oratio dirigenda² est. Quum autem de aequo et 90 iniquo disseritur, aequitatis loci colligentur³. Hi cernuntur bipertito, et natura et instituto. Natura partes habet duas, tuitionem sui et ulciscendi ius. Instituto autem aequitas tripartita⁴ est: una pars, legitima est, altera conveniens, tertia moris vetustate firmata⁵. Atque etiam rursus aequitas tripartita dicitur esse: una ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere. Prima pietas, secunda sanctitas, tertia iustitia aut aequitas nominatur. De proposito satis multa, deinceps de causa 24 pauciora dicenda sunt. Pleraque enim sunt ei cum proposito communia.

1) vel 2) dirigenda oratio 3) colligentur 4) Institutio autem aequitatis tripartita 5) confirmata

item *turpique*. — [Itemque] — Item f. — [turpique] — *turpive* f. — [aut mala] Sic adf. O1x. (B.) Valla. BV. Asc. — *vel mala* be. Ald. Ab. C. V. Seqq. — [omnis] — *tota* e. — [oratio dirigenda] Sic abdf. Valla. BV. Asc. V. = *dirig. oratio* Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. cum e. = *dirig. est oratio* Nor.

§. 90. [colligentur] Sic abd. Gryph. O1x. (B.) BV. — *colligentur* Cett. cum ef. — [tuitionem] — *tributionem* abd. — [ius] — *vis* f. — *vim* Nor. Sch. in Ed. mai. — [Instituto autem aequitas] Sic Sch. 2. C. et ex Beicri testimonio f. habet *instituto autem aequitatis* neque aliter supra in BV. corrupte est *institutio pro instituto*. Paulo post *aequitatis* rursus multi Cdd. pro *aequitas*. Itaque recepi contra Cdd. notos et Edd. Vulgata autem lectio: *Institutio a. aequitatis* explicanda esset sic: „aequitas, quatenus institutio s. institutum est.” Et agnoscit Gesner in *Thesauro*. Adversatur tamen reliquae Cic. consuetudini. (— *Institutum autem aequitatis tripartitum est* L. susp.) — [altera conveniens] — *altera aequitati conveniens* L. conl. 1566. Postea malebat: — *altera aequo et bono conveniens*. — [firmata] Sic abde. Gryph. O1x. (B.) Nor. cfr. *de Divin.* 1, 1, 1.: *opinio* — — *omnium gentium firmata consensu*. = *confirmata* f. Edd. meae omnes praeter Nor., ut *Tuscul.* 3, 2. *opinionem confirmatae* cet. — [Atque etiam — — — nominatur] Haec tamquam absurda del. Sch. in Ed. mai. In Ed. min. 2. []. Sed v. *aut aequitas* explica: „quae κατ' ἐξοχήν sic dicitur.” Et cfr. *de N. Deor.* 1, 44. *Est pietas iustitia adversum deos*. Notandum etiam omitti a Cd. f. rursus autem ab abde. Gryph. O2x. (B. q.) Viet., nec tamen facile eo v. caremus. Tum *aequitatis* abd. — [deinceps] — om. de. — [pleraque] — *pluraque* f. — [enim sunt] = *sunt enim* f. solus.

91 Tria sunt igitur genera causarum; iudicii, deliberationis, laudationis. Quarum fines ipsi declarant, quibus utendum locis sit. Nam iudicii finis est ius: ex quo etiam nomen. Iuris autem partes tum expositae, quum aequitatis¹. Deliberandi finis utilitas: cuius eae² partes, quae modo expositae, rerum expetendarum. Laudationis [finis]³
 92 honestas: de qua item est ante dictum. Sed definitae quaestiones a suis quaeque locis quasi propriis instruuntur⁴, quae⁵ in accusationem defensionemque partitae. In quibus existunt haec genera, ut accusator personam arguat facti: defensor aliquid opponat de tribus: aut non esse factum, aut, si sit factum, aliud eius facti nomen esse, aut iure esse factum. Itaque aut infitialis aut coniecturalis prima appelletur: definitiva, altera: tertia, quamvis molestum nomen hoc sit, iuridi-

1) tum aequitatis 2) hae 3) finis sine []. 4) instituuntur 5) Abest quae

§. 91. [genera] om. b. — [fines ipsi] = ipsi fines b. — [declarant] om. e. — [est ius] = ius est Nor. S. L. — [etiam nomen] — om. etiam f. — [quum aequitatis] Sic af. Ven. BV. Ald. Iu. V. M. S. L. Grut. Sch. in Ed. mai. Recte. Est: „tum expositae sunt, quum aequitatis partes expositae sunt.” scil. §. 90. = tunc e. quum ae. Nor. id quod in primis place- ret in alio quovis scriptore bonae aetatis v. c. Liv. 22, 25, 12. tunc, quum hostem verbis extolleret; sed nostri certe Cdd. Tullii particulae tunc ubique fere adversantur, sive id casu factum est sive delectu ipsius scriptoris. Servatum est v. c. in Sestiana §. 69. — tum aequitatis bde. Ern. 1. 2. (— tum expositio, tum aequitas corrupte Valla. Asc. Ab. C.) — [eae] Sic adf. Vict. — hae Cett. — [modo expositae] — m. expo- sitae sunt f. — m. sunt expositae Valla. Asc. — [Laudationis finis] — Locus laudationis b.; unde v. finis, a me []. h. l. fit suspectissimum. Repeti debebat post v. deliberationis, quia intercesserant ista: Iuris — aequitatis. Hic nihil attinebat. — [item est] — om. est e.

§. 92. [quasi propriis] — om. quasi f. — om. quasi propriis e. — [instruuntur] Sic O1x. (ρ.) Dictum est, ut instruere actionem, litem; eademque constructione, quae frequentior est in participio instructus ab aliqua re. — instiuntur (sic) a. — instituuntur bdef. Edd. meae omnes. — [quae in] Sic ade. O2x. (B. ρ.) Valla. BV. Prorsus ex more Cic. in hoc libello. — om. quae b. O1x. (ψ. nam U. in fine mutilus.) Asc. Ald. Ab. C. V. Seqq. (— instituuntur; sunt in f.) — [appelletur] — ap- pellatur f. — [definitiva] — sed definitiva b. — [molestum no-

cialis vocetur. Harum causarum propria argumenta ex 25
 iis sumpta locis, quos exposuimus, in praeceptis orato-
 riis explicata sunt. Refutatio autem accusationis, in qua 93
 est depulsio criminis, quoniam¹ Graece *στάσις* dicitur,
 appelletur Latine² status: in quo primum insistit quasi
 ad repugnandum congressa defensio. Atque etiam in
 deliberationibus et laudationibus iidem existunt status.
 Nam et negantur saepe ea futura, quae ab aliquo in sen-
 tentia dicta sunt fore, si aut omnino fieri non possunt
 aut sine summa difficultate non possunt. In qua argu-
 mentatione status coniecturalis existit. At, quum aliquid 94
 de utilitate, honestate, aequitate disseritur deque iis rebus,
 quae his³ sunt contrariae, incurrunt status aut iuris aut
 nominis: quod idem contingit in laudationibus. Nam aut
 negari potest id factum esse, quod laudetur, aut non
 eo nomine afficiendum, quo laudator affecerit, aut omnino
 non esse laudabile, quod non recte, non iure factum sit.
 Quibus omnibus generibus usus est nimis impudenter

1) quae 2) Latine appelletur 3) iis

men hoc sit] = *sit mol. n. hoc* Valla. Asc. — [*ex iis*] — *ex his* f. — [*oratoriis*] — *orationis* f.

§. 93. [*Refutatio autem*] ∞ *autem* in O1x. (B.) deleri iubetur. — [*in qua*] — *in quo* h. — [*quoniam Graece*] Sic abde. Gryph. BV. BC. — *quae Gr. f.* Valla. Asc. V. Seqq. ∞ om. vel particulam vel pronomen Nor. Ald. Ab. C. sic: *criminis, Graece.* — [*appelletur Latine*] Sic ad. (f.) Valla. BV. Asc. = *Lat. appellatur* h. e. Ald. Ab. C. V. Seqq. — *Latine appellatur* Nor. (— *appellatur Latine* f.) — [*in quo*] — *in qua* a. — [*insistit*] — *existit* Valla. N. Asc. Margo Crat. — [*defensio*] — *dissensio* f. — [*Atque etiam cet.*] Sic e. Nor. Ald. Ab. C. V. Seqq. ∞ om. *etiam* h. ∞ *Atque in delib. etiam* a d. (f.) Valla. BV. Asc. Non mutavi vulgatam, quia saepe in hoc libro incipit clausulas a v. *Atque etiam.* — [*negantur*] — *negatur* f. — [*saepe ea*] — om. *ea* ab. — [*in sententia*] — om. haec e. — [*aut sine*] ∞ *aut si sine* Valla. Asc. — [*non possunt* — *non possint*] Sic h. e. f. Valla. N. Asc. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. ∞ *non possint* a d. O1x. (B.) Vict. — — *non possint* ad. O1x. (B.) BV. Vict. — [*existit*] — *existet* Valla. Asc.

§. 94. [*At, quum*] — *aut quum* abde. — [*aequitate*] — *aequalitate* a. — [*deque iis*] — *deque his* f. — [*quae his*] f. Valla. N. BV. Asc. Ald. Ab. C. V. S. — *quae iis* abcd. L. 1. 2. — [*contingit*] — *continet* h. — [*laudetur*] — *laudatur* ef. — [*non iure*] — *nec iure* BV. — [*omnibus*] — om. BV. — [*usus est cet.*] — *usus nimis impudenter est* f.

95 Caesar contra Catonem meum. Sed, quae ex statu contentio efficitur, eam Graeci *ζωνόμενον* vocant. Mihi placet id, quoniam quidem ad te scribo, QVA DE RE AGITVR vocari. Quibus autem hoc qua de re agitur continetur, ea¹ continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit. Sed, quoniam lege firmiter in controversiis disceptandis esse nihil debet, danda est opera, ut legem adiutricem et testem adhibeamus. In qua re alii quasi status existunt novi, sed appellentur² legitimae disceptationes. Tum enim defenditur³ non id legem dicere, quod adversarius velit, sed aliud. Id autem contingit, quum scriptum ambiguum est, ut duae sententiae differentes⁴ accipi possint. Tum opponitur scripto voluntas scriptoris, ut quaeratur, verbane plus, an⁵ sententia valere debeat. Tum legi lex contraria affertur. Ita sunt tria genera, quae controversiam in omni scripto facere possint⁶, ambiguum, discrepantia scripti et voluntatis, scripta⁷ contraria. Iam hoc perspicuum est, non magis in legibus, quam in testamen-

- 1) eae 2) qui appellantur 3) defenditur 4) differentes sententiae
5) aut 6) possunt 7) et scripta

§. 95. [*agitur, vocari*] — *agetur, voc.* a. O1x. (B.) — [*ea contentia*] Sic bf. O1x. (ρ.) Nor. — *eae cont.* ad. Grut. 1. 2. — *haec cont.* e. — *haec cont.* Valla. BV. Asc. Ald. Ab. C. V. M. S. L. — [*vocentur*] — *vocantur* e. — [*adhibeamus*] — *adhibeant* BV. — [*existunt*] — *existant* a. — [*sed appellentur*] Sic ad e. Vict. — *sed appellantur* b. O1x. (ρ.) Valla. BV. Asc. Man. — *sed qui appellantur* f. — *qui appellantur* N. Ald. Ab. C. S. L. 1. 2. cum O2x. — [*legitimae*] = *legitumae* a.

§. 96. [*defendetur*] Sic ad. Nor. — *defendentur* b. — *defenditur* Edd. meae praeter Nor. — *defendunt* d. — [*amb. est*] — *amb. sit* Vict. — [*sententiae differentes*] Sic ad f. = *diff. sent.* Cett. — [*ut duae - - possunt*] Sic O1x. Vict. Seqq. — *et duae - - possunt* Ald. Ab. C. — *aut duae - - possint* a. — *aut duae - - possint* b de. (f.) O2x. (B. ρ.) Valla. N. BV. Asc. — [*tum opponitur*] = *tunc opp.* b. — [*an sententia*] Sic ab def. O3x. Valla. N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. V. M. S. L. Oliv. Santenius ad *Terentianum* p. 16. — *aut sent.* soloece Grut. 1. 2. — [*debeat*] Sic f. O2x. Ald. Ab. C. V. Seqq. ∞ *debeant* ab de. O1x. (B.) Valla. N. BV. Asc. — [*Ita*] — *Ista* Valla. Asc. — [*possint*] Sic ab d. O1x. (B.) — *possunt* ef. O2x. Edd. meae. — [*scripta*] Sic ab def. (Valla. Hic: *et voluntas scripto contraria.*) Vict. S. L. — *et scripta* Grut. 1. 2.

tis, in stipulationibus, in reliquis rebus, quae ex scripto aguntur, posse controversias easdem existere. Horum tractationes in aliis libris explicantur. Nec solum perpetuae actiones, sed etiam partes orationis iisdem locis adiuvantur, partim propriis, partim communibus: ut in principiis, quibus ut benevoli, ut dociles, ut attentis sint, qui audiant, efficiendum est propriis locis. Itemque narrationes ut ad suos fines spectent, id est, ut planae sint, ut breves, ut evidentes, ut credibiles, ut moratae¹, ut cum dignitate. Quae quamquam in tota oratione esse debent, magis tamen sunt propria narrandi². Quae autem consequitur narrationem fides, ea persuadendo quoniam efficitur, qui ad persuadendum loci maxime valeant, dictum est in iis, in quibus de omni ratione dicendi. Peroratio autem et alia quaedam habet et maxime amplificationem: cuius effectus hic³ debet esse, ut aut perturbentur animi aut tranquillentur: et, si ita iam affecti ante sint⁴, ut augeat eorum motus aut sedet oratio. Huic generi, in

1) moderatae 2) narranti 3) is 4) sunt

(— et scriptura Asc. — scriptura sine et O1x. (ρ.) N. BV. Ald. Ab. C.) — [in stipulationibus] — quam in stip. f. — [ex scripto] — ex scriptis e.

§. 97. [qui audiant] — qui audiunt e. Margo 1584. Sch. in Ed. mai. Nemo habet: ∞ qui audient; cfr. ad Oratorem §. 192. — [propriis locis] = locis pr. V. — [ut ad suos] — ut suos h. — [moratae] Sic Gryph. C1d. Lambini. O3x. (?) Valla. Nor. Asc. Vict. M. L. Oliv. 2. — moderatae Cdd. mei. BV. Ald. Iu. Ab. C. S. Grut. 1. — [debent] — debeant ef. — [sunt propria] = propria sunt h. — [narrandi] Sic abdf. O3x. Edd. ante Ern. Id est: „propria artis narrandi s. narrationis;” ut recte contra Ern. observavit Wetzcl. Et: — narrationis re vera habet Margo 1584. quae recta interpretatio potius censenda est, quam probabilis emendatio. — narranti Ern. C. 1. 2. (sicque, Wundero teste, e.) Cicero autem y. proprius construere solet cum genitivo.

§. 98. [consequitur] ∞ sequitur abde. Gryph. O1x. (B.) Nor. — [ad persuadendum] — ad persuasum h. — [valeant] — valent f. — [in iis] — in his f. — [dicendi] — dicendi diximus e gloss. Asc. Ald. Ab. C. S. L. — diximus discendi (sic) Nor. — [hic debet] Sic abde. O2x. (B. ρ.) Valla. N. BV. Asc. Ald. Iu. Ab. C. S. L. ∞ is debet f. O1x. Vict. Man. 1. 2. — [sint] Sic ad. O1x. (B.) BV. — sunt Cett. — [ut augeat] — ut aut augeat f.

quo et misericordia et iracundia et odium et invidia et ceterae animi affectiones perturbantur, praecepta suppeditantur aliis in libris, quos poteris mecum legere, quum voles. Ad id autem, quod te velle senseram, cumulate
 100 satisfactum esse debet voluntati tuae. Nam, ne praeterirem aliquid, quod ad argumentum in omni ratione repertiendum pertineret, plura quam a te desiderata erant, sum complexus, fecique quod saepe liberales venditores solent, ut, quum aedes fundumve vendiderint, rutis caesis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte et loco positum esse videatur. Sic tibi nos ad id, quod quasi mancipio dare debuimus, ornamenta quaedam voluimus non debita accedere.

§. 99. [*iracundia*] — *ira* Margo 1584. — [*et ceterae*] — *etiam ceterae* f. — [*perturbantur*] In hoc v. desinit e., quum proximum folium perierit. — *concitantur* L. contra Cdd. notos. Utique *perturbantur* h. l. est „perturbate concitantur.” Proxime ad nostrum locum accedit *Tuscul.* 3, §. 25. Ergo haec duo genera, *voluptas gestiens et libido bonorum opinione turbantur*; ubi pariter haeserunt Critici: sane alibi *perturbantur animi et concitantur*. (Orat. §. 128.) Cfr. etiam *Acadd.* 2, 28, 89. *incitato furore*. Alius fortasse utetur audaci remedio verbum molestum resecandi. (— *et cetera. ea in affectione perturbantur* Valla.) — [*aliis in libris*] ∞ om. in abdf. O2x. (B. ρ.) Nor. BV. Ald. Ab. C. Contextus Goveani. Habent in Valla. Asc. V. S. L. 1. 2. et cfr. §. 96. — [*tuae*] — om. f.

§. 100. [*ratione*] — *oratione* f. — [*fundumve*] — *fundum* f. — [*quasi mancipio*] — om. *quasi* b. — [*debuimus*] — *debe-*
mus f. — [*voluimus*] — *volumus* f.

M. TULLII CICERONIS

LIBELLUS

DE

OPTIMO GENERE ORATORUM.

PRAEFATIO.

Codices huius opusculi collati adhuc sunt tres dumtaxat :

I. Sangallensis N. 818. Sec. XI. optimus et pulcherrimus, idem qui in Topicis nobis fuit *d.* Continet praeterea Organi Aristotelei Epitomen Latinam cum versione Theotisca. (Nobis: *a.*) Integram dedi lectionem huius codicis, eamque, ubicunque fieri poterat, religiose secutus sum.

II. Oxoniensis *U.* adeo negligenter excussus, ut ex eo undecim tantum lectiones sint enotatae. (*U.*)

III. Vitebergensis anni 1432., quo negligenter usus est Ernestius; diligens eius collatio cum Schuetzii Ed. mai. exstat in Seebode *Archiv.* 1829. N. 37. (*Viteb.*) Collatus praeterea est ab Heusingero Gud. 38. „At hic libelli codex nihil aliud afferebat praeter vitiosas negligentissimi librarii scripturas, quarum nullam prorsus rationem habendam duxi.” Schuetz.

Praeterea habui, praeter lectiones Iuntinae et Manutianae ex prioris meae editione repetitas :

IV. Ed. Norimbergensem 1497. (*N.* sive *Nor.*)

V. Aldinam anni 1521. repetitionem Ed. 1514. (*A.*)

VI. Ascensianam primam. (*Asc.*)

VII. Ascensianam alteram. (*Ab.*)

VIII. Cratandrinam. (*Crat.*)

IX. Hervagianam primam. (*Hervag.*)

X. Victorianam. (*Vict.*)

XI. Ed. Caroli Stephani. (*S.*)

XII. Ed. Io. Antonii Viperani: Antverplae 1581. 8.
(*Viper.*)

Iam Norimbergensis et Ascensiana prima referunt, quantum intellexi ex Ernestii annotatione, Venetam 1485. et Mediolanensem. Utraque in omnibus fere consentiunt, ita ut, ubi N. simpliciter additum est, pro certo habeas, ab Ascensiana prima eandem lectionem exhiberi; ubi Asc. abijt a Norimb., studiose significavi. Horribiles insunt corruptelae in Norimb.; sed veritatis etiam et reliquiae et vestigia.

Lectionem prorsus diversam, quae fundamenti instar est vulgatae sive Ernestianae, exhibent Ascensiana altera, ceteraequae, quas enumeravi, usque ad Viperanianam. Ubi igitur *Ab.* simpliciter apposui, intelligas licet has sex eandem praebere lectionem. Manutiana habet quaedam sua propria. Sequuntur

XIII. Lambiniana 1566. (*L.*) et

XIV. Margo Ed. 1584. (quae eadem est ac margo Gothofredi et Verburgii.) Nova recensio, in multis egregia, in aliis interpolata.

XV. Ed. Io. Mich. Bruti. Lugduni 1570. 12. sequitur Lambinum; quae propria habet enotavi.

XVI. Gruteriana (*Grut.*) et Verburgiana.

XVII. Edd. Oliveti, Lallemandi, Oxoniensis, quae plura adsciverunt ex Lambino.

XVIII. Neapolitana in syntagmate Garatoniano.
(*Neap.*)

XIX. Ernestiana. (*Ern.* 1. sive 1. simpliciter.)

XX. Wetzelianam.

XXI. Schuetziana Ed. maior,

XXII. Schuetziana minor. (*Sch.* 2. sive 2. simpliciter.)

XXIII. Nobbiana inter Ern. et Sch: semper fluctuans.

Maxime memorabile illud est, quod tradit Lagomarsinus in *Bandinii Codd. Latt. Bibl. Med. Laur. Tom. 2.* p. 494.: („Brutum, et libellum *de opt. gen. Or.*:) hosce ambos (*libros*) profecto non nisi in codicibus seculo XV.

scriptis et ego reperi et reperisse Victorium facile credo : si quidem non nisi eo seculo Brutus, et, ut arbitror, alter ille libellus primum describi coeptus est ex antiquissimo exemplari, quod diu occultatum, tunc e tenebris emersit et in manus hominum venit; ex quo eodem integer Orator et item integri tres de Oratore libri descripti sunt.” — At in Flavii Blondi ea de re narratione, quam exscripsimus in praefatione ad Oratorem, nulla certe huiusce opusculi mentio fit. Id tamen verum est Cdd. antea notos omnes Seculi esse XV., ut v. c. praeter Florentinos Bandinii, uno fortasse excepto, sunt etiam Viteberg. Paris. N. 7704. Oxon. et Ambrosiani duo. (*Partis sup.* L. 61. 86.) Quae quum ita sint, vide etiam atque etiam, ne ii omnes ducti sint ex ipso illo Cd. Sangallensi nuper a me excusso; qui Codex vel propter Aristotelea illa Theotisca, ut de ipsa scriptura taceamus, manifesto Seculo undecimo est exaratus. Quidni Poggius primus ex eodem descripserit hoc paucarum paginarum opusculum? etsi nulla eius rei memoria exstat. Certe inter eos, quos novimus, omnium est longe antiquissimus. Nam quod attinet ad Mediceum *Plut. L. Cd. I.* scriptum partim Sec. XIII. partim Sec. XV. (l. l. p. 487.) e Bandinii narratione non satis apparet, utrius seculi in eo sit scriptura huius libelli. Quod si est Sec. XIII., tum sane diversae eius lectio est originis ab Sangallensi sic quoque duobus seculis vetustiore. Accuratius nunc innotuit ex Seebodii collatione Cd. Vitebergensis, qui ipse quoque inter permultas corruptelas, omissiones et interpolationes servat vestigia nonnulla lectionis verioris in Sangallensi conservatae. In fine integram collationem adiecimus, quia propter incredibilem pravitatem non tota in annotationibus dari poterat.

M. TULLII CICERONIS
LIBELLUS
DE
OPTIMO GENERE ORATORUM.

1 Oratorum genera esse dicuntur tamquam poëtarum,
4 Id secus est: nam alterum est multiplex. Poëmaticis enim tragici, comici, epici, melici etiam ac dithyrambici, quo magis¹ est tractatum a Latinis, suum cuiusque² est di-

1) quod magis 2) suum quodvis

§. 1. [*genera esse dicuntur*] — genera duo dic. Vit. — [*Id secus*] — sed id secus Vit. — hoc s. N. — [*nam alterum est multiplex*] ∞ nam alterum est simplex, alterum multiplex L. Placet; sive e Cd. id desumptum est, sive e sagacissima coniectura. Prorsus enim est ex usu Ciceronis; facillimeque ea, quae Lamb. supplevit, hic poterant excidere. — [*quo magis est tractatum a Latinis, suum cuiusque est diversum a reliquis*] Sic scripsi. Scil. quo magis habent a. U. Cd. Turnebi *Advers.* 1, 4. Nor. suum cuiusque dedi cum Manutio apud Oliv., quod idem corruptum exstat in scripturis: — suum quouis a. omisso, ut fit, *que*. — suumque ius Vit. — suum quo cuiusque (i. e. quouisque) Nor. Sententia autem Manutianae nostraeque lectionis haec est: „quo quodque magis est tractatum a Latinis, eo suum cuiusque genus magis est diversum a reliquis; eo magis enitet generum diversitas. — quod magis Vit. In. A. Ab. M. Grut. 1. — suum quodvis U. A. Ab. Seqq. Quod h. l. ne Latinum quidem videtur. Longe praefendum est cuiusque ex usu Ciceronis. cfr. *Orat.* §. 5. *tanta in suo cuiusque genere laus*. Similiter dicebant suum quisque opus, cet. *Offic.* 1, C. 41. suum quisque negotium cet. *Sall. Catil.* 43. Recte iam observavit Ern.: „quo magis nihil habet, quod ei respondeat.” Nimirum si retineas quodvis; sin mecum legas cuiusque, optime ex hoc elicitur quodque. Praeterea si legas cuiusque, facilius etiam intelligitur, cur in seqq. vel variandi causa leg. sit etiam cum a. suis est cuique. Amat enim tales mutationes Cicero. Iam, quum absurdum esse viderent: poëmaticis dithyrambici, quod magis est tractatum a Latinis, dithyrambici poëmaticis haud nimis cultoribus, Romuli Amasaci con. Lamb. et Nobbe secuti dederunt: — quod minus est cet., id quod etiam Ernestio in mentem vene-

versum a reliquis. Itaque et in tragoedia comicum vitiosum est et in comoedia turpe tragicum: et in ceteris suus est cuique] certus¹ et quaedam intelligentibus nota vox. Oratorum autem si quis ita numerat plura genera, ² ut alios grandes aut graves aut copiosos, alios tenues aut subtiles aut breves, alios eis interiectos et tamquam medios putet: de hominibus dicit² aliquid, de re parum. In re enim, quod optimum sit, quaeritur: in homine dicitur, quod est. Itaque licet dicere et Ennium summum epicum poetam, si cui ita videtur; et Pacuvium tragicum et Caecilium fortasse comicum. Oratorem ³ genere non divido; perfectum enim quaero. Unum est autem genus perfecti, a quo qui absunt, non genere differunt, ut Terentius ab Accio³; sed in eodem genere⁴ non sunt pares. Optimus est enim orator, qui dicendo

1) *Abest certus* 2) *dicet* 3) *ut ab Attio Terentius* 4) *Abest genere*

rat, nisi desumpsit e Lambino vel Turnebo, qui eam conii memorat. Sed haec sententia h. l. prorsus otiosa. — *dithyr. etiam ac iambici, quod magis est tr.* Ursini susp. — *quod magis est tr. a Graecis, quam a Latinis* Mureti susp. — *Verba quod magis est tr. a Lat.* de Ern. suspic. []. Wetzel. — del. Sch. 2. Ceterum post v. *a reliquis* Neap. ex marg. Gothofredi addidit *genus*. — [*Itaque et in tr.*] — *Itaque in tr.* Vit. et mox: *in ceteris om. et.* — [*turpe tragicum*] = *trag. turpe* N. — [*suus est cuique certus sonus*] Sic a. — *suus est cuique sonus ex* Viteb. 1. 2. Sed *certus* sane e gloss. non est. — *est suus cuiusque certus sonus* N. — *suus est cuiusque certus s.* Iu. A. Ab. Seqq. ante Ern.

§. 2. [*numerat*] — *numeret* Ern. susp. (— *enumerat genera* Vit.) — [*plura*] — del. h. v. cum Viteb. Sch. 2. — *de hominibus dicit*] — *hominibus (om. de) deicit* a. Hinc recepi *dicet*. — *dicet* Cett. Ceterum memoratu dignum est in corruptiss. script. Viteb.: — *medio putet hominis deiecit aliquid de re ipsa parum*, exstare etiam nunc vestigia scripturae Sangall. *deicit*. — [*parum*] — *parum ipsa* Viteb. — [*quod opt.*] — *quid opt.* Viteb. — [*in homine dicitur quod est*] (— *quid est* Vit.) — *in homine autem quod dicitur* N. — [*et Ennium*] om. et N. Scil. Viteb.; *Itaque diceret Ennium*.

§. 3. [*Oratorem genere*] — *Oratorum genera* N. — [*est autem*] — *autem est* N. (— om. est Viteb.) — [*ut Terentius ab Accio*] Sic a. Viteb. = *ut ab Accio (Attio* Vit. Grut. Seqq.) *Terentius*. Cett. — [*in eodem genere*] Sic a. Viteb. N. repetitione h. l. vere Tulliana. — om. *genere* Cett. — [*est enim*] — *enim est* Vit. Tum idem; — *et docere*.

animos audientium et docet et delectat et permovet. Docere, debitum est: delectare, honorarium: permovere, 4 necessarium. Haec ut alius melius quam alius, concedendum est: verum id fit non genere, sed gradu. Optimum quidem unum est; et proximum, quod ei simillimum. Ex quo perspicuum est, quod optimo dissimillimum sit, 2 id esse deterrimum. Nam quoniam eloquentia constat ex verbis et ex¹ sententiis, perficiendum est, ut pure et emendate loquentes, quod est Latine, verborum praeterea et priorum et translatorum² elegantiam persequamur: in propriis, ut lautissima³ eligamus: in translatis, 5 ut similitudinem secuti verecunde utamur alienis. Sententiarum autem totidem genera sunt, quot dixi⁴ esse laudum. Sunt enim docendi, acutae, delectandi, quasi argutae, commovendi, graves. Sed et verborum est structura quaedam, duas res efficiens, numerum et levitatem⁵:

1) *Abest ex* 2) *translatorum* 3) *aptissima* 4) *diximus* 5) *lenitatem*

§. 4. [*Haec ut*] — *Hoc ut* N. — [*melius quam alius*] — *magis quam alius faciat* N. — [*concedendum est; verum*] — *concedendum vere* N. — [*Optimum quidem*] — *opt. enim* N. (— *unum extat* Vit.) — [*proximum, quod ei*] — *prox. quidem ei* Viteb. N. — [*ex sententiis*] *Sic a.* — *om. ex* Cett. — [*perficiendum*] — *efficiendum* Viper. — [*quod est Latine*] *Cur non hoc vel id est Latine?* — [*praeterea*] — *om. h. v.* N. — *tratorum* *Sic a.* Charis. *Lib. 2. p. 179.* Putsch. Margo 1584. = *translatorum* Cett. et *mox: translatis.* (— *prosequamur* Viteb.) — [*lautissima*] *Sic a.* Vit. Recte etiam ad sententiam; nam h. l. commendat elegantiam potius, quam *αυσιότητα*. Atque adeo est exquisita lectio, ut vix pro corruptela haberi possit. Contra: — *aptissima* Ceterorum, est ab iis, qui illud parum intelligerent. Ubivis autem *lautus*, *laute* corrupta sunt a librariis: v. c. *ad Attic. 2, 18.* *laute in caute, recte.* Vide quae notavi *ad Taciti dial. de Oratt. C. 22.* — [*verecunde*] — *om. N.* (— *verecunda a.* — *sicut verecunde* Vit.)

§. 5. [*totidem genera sunt*] — *tot genera s.* N. — [*dixi*] *Sic a.* Viteb. N. = *diximus* Cett. — [*esse laudum*] — *esse gradus oratorum* de amici coni. L. 1566. Ipse postea improbavit. — *esse oratorum* Brutus coni. Cfr. *mox: quod omnes laudes habet.* — [*graves*] — *etiam graves* N. (— *docendo - - delectando - - commovendo* Sch. in Ed. mai. tacite.) — [*structura*] — *constructura* Vit. *Sic instructura* pro *structura* in Cd. Frontonis p. 34. *Ed. Rom.* — [*levitatem*] *Sic a.* U. L. Sch. 2. cfr. Santenium *ad Terentianum* p. 242. — *lenitatem* Vit. Cett. —

et sententiae suam compositionem habent, ad probandam rem¹ accommodatum ordinem. Sed earum omnium rerum, ut aedificiorum, memoria est quasi fundamentum, lumen actio. Ea igitur omnia in quo erunt² summa, 6 erit perfectissimus orator³; in quo media, mediocris: in quo minima, deterrimus: et appellabuntur omnes ora-

1) et ad pr. rem 2) Abest erunt 3) orator peritissimus

[ad prob. rem] Sic a. A. Ab. V. S. Viper. (= ad rem prob. omisso et N.) — et ad prob. rem L. Grut. 1. 2. Sed in his inest velut explicatio praecedentium; etenim *sententiarum compositio* ipsa constat in ordine earum ad probandum accommodato. Recentiorum igitur plerique sic scripsissent: *sententiae suam compositionem habent, videlicet ad pr. r. a. ordinem.* — v. *probendam* suspectum Lamb. (Ceterum corruptissime Viteb.: *lenitatem et habet suam composit.* hanc ad comprobandum et adcommodatum ordinem.) — [ut aedificiorum] — ut in aedif. N. Haec ut aedif. del. censebant Lamb. et Nagel. prob. Beiero. Sed est *βραχυλογία*: „idem quod in aedificiis fundamentum, in eloquentia est memoria.”

§. 6. [omnia in quo erunt summa] Sic U. L. ∞ omnia in quo summa erunt Sch. 2. tacite. — omnia in quorum summa Vit. idemque simili errore his in seqq. in quorum (pro in quo) ortum ex in quo erunt. — in quo omnia erunt summa N. — omnia in quo summa — om. erunt a. A. Ab. Seqq. praeter L. et 2. — [erit] — is erit de Ern. susp. 2. — [peritissimus orator] Sic scripsi, ordinem Cdd. a. et Viteb. tum Nor. secutus qui: *peritissimus or.* — or. *peritissimus* A. Ab. V. S. Grut. 1. Sed recte iam Lamb. 1566., rursus Ruhnk. ad *Rutil.* p. 200. ubi pro *perfectissimis* summus criticus vere coniecit *peritissimis*, senserunt *peritissimus* h. l. falsum esse. Ideo L. 1566. edidit: — orator *perfectissimus*, rursusque sic l. l. coniecit Ruhnk., quem secutus est Sch. 2. Quid? quod Viteb. videtur habere *perfectissimus orator*, si fides collatori. Iam etsi fuerunt, qui dubitarent, an recte diceretur *perfectior*, *perfectissimus* (cfr. Pompeium Lindemanni p. 124.) apud Ciceronem ipsum, nedum apud alios scriptores saepius reperitur et comparativus et superlativus. *Brut.* §. 76. *Sit Ennius sane — perfectior.* — Ibid. §. 132. *nisi quid fieri potest perfectius.* — *Ad Q. fratrem* 1, 1, §. 46. *tertius actus perfectissimus atque ornatissimus.* — *Acadd.* 2, 6, 15. *reliquit perfectissimam disciplinam.* — *Orat.* §. 3. *summum et perfectissimum.* — Ibid. §. 47. *doctissimum et perfectissimum quaerimus.* — *Brutus* §. 118. *in quo perfectissimo Stoico.* Minus recte Lamb. in *Curis* sec. (Marg. 1584.) proposuit: *orator praestantissimus.* — [appellabuntur] Sic a. Vit. L. Viper. Grut. 1. 2. = appellabantur A. V. S. — appellantur N.

tores, ut pictores appellantur etiam mali: nec generibus inter sese, sed facultatibus different. Itaque nemo est orator, qui se Demostheni¹ similem nolit esse²: at Menander Homeri noluit; genus enim erat aliud. Id non est in oratoribus: aut etiam³ si est, ut alius gravitatem sequens subtilitatem fugiat, contra alius acutiorem se quam ornatiorem velit: etiam si est in genere tolerabili, certe non est in optimo; si quidem, quod omnes laudes habet, id est optimum.

3 Haec autem dixi brevius quidem⁴, quam res petebat:
7 sed ad id, quod agimus, non fuit dicendum pluribus; unum enim quum sit genus, id quale sit, quaerimus. Est autem tale, quale floruit Athenis: ex quo Atticorum oratorum ipsa vis ignota est, nota gloria. Nam alterum multi viderunt, vitiosi nihil apud eos esse⁵: alterum pauci, laudabilia esse multa. Est enim vitiosum in sententia, si quid absurdum aut alienum aut non acutum aut sub-

- 1) Demosthenis 2) esse nolit 3) *Abest* etiam 4) Haec dixi brevius equidem 5) *Abest* esse

Ab. — [ut pictores] — quasi pict. omnes N. — [inter sese] — inter se Viper. — [different] — differunt Viteb. N. Ab. — [qui se Demosthenis similem esse nolit] Sic edunt inde ab A. Ab. Cett. Sed: — qui Demostheni (genitivus antiquus potius quam dativ. eumque praetuli, etiam propter auctoritatem Cd. a. in §. 14.) similem nolit esse omisso se a. et Viteb. — qui Demosthenis similem se esse nolit N., ita ut positio v. se incertissima sit. Ex auctoritate Cd. a. fortasse leg.: ∞ qui Demostheni se similem nolit esse. — [genus enim] — genus autem N. — nolit esse dedi ex a. Viteb. (Hic: — Homero.) — [Id non] — At id non N. — [aut etiam si est] Sic a. Vit. U. N. A. Ab. V. S. L. — aut si est nescio qua auctoritate Ed. 1584. in contextu. Grut. 1. 2. — [velit] — esse velit L. — malit U. N. Nostram lectionem firmat a. et Viteb. (hic corrupte: alius accusatorem se q. oratorem velit. Idem: qui omnes — idem quidem optimus.) — [etiam si est] Sic etiam a. Vit. et Ald. — etiam si inest Ab., quam vides aliquoties, ut hic, abire ab Aldina. — [certe non est] — non est certe N.

§. 7. [Haec autem dixi brevius quidem] Sic a. Viteb. (Hic videtur habere equidem; non a.) — Haec autem brevius dixi quidem N. — Haec dixi brevius equidem A. Seqq. Positione v. equidem vix Tulliana. — [Atticorum] om. N. — [apud eos esse] Sic a. N. — apud aliquos esse Vit. — om. esse Cett. — [esse multa] — multa esse N.

insulsum est: in verbis, si inquinatum, si abiectum, si non aptum, si durum, si longe petitum. Haec vitaverunt 8
 fere omnes, qui aut Attici numerantur aut dicunt Attice. Sed, qui eatenus¹ valuerunt, sani et sicci dumtaxat² habeantur, sed ita, ut palaestritae: spatiari in xysto ut liceat³, non ab Olympiis coronam petant. Qui, quum⁴ careant omni vitio, non sunt contenti quasi bona valetudine, sed vires, lacertos, sanguinem quaerunt, quandam etiam suavitatem coloris, eos imitemur, si possumus: sin minus, illos potius, qui incorrupta sanitate sunt, (quod est proprium Atticorum,) quam eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit. Quod quum 9

1) sed quatenus 2) sani dumtaxat et sicci 3) ut palaestritae spatiari in xysto iis liceat 4) Qui quamvis

§. 8. [*dicunt*] — *dictum* N. Emendatum hoc in Asc. (— *numerant aut dicunt* a.) — [*qui eatenus valuerunt*] Hoc Gulielm. commendarat; recte receperunt Lalle. et Neap. — *quatenus valuerunt* a. Viteb. Cett. praeter Man., qui: — *quatenus valuerunt* et L. in m. 1584. (non 1566.): — *qui hactenus valuerunt*. — [*sani et sicci dumtaxat*] Sic a. Viteb. A. Ab. Seqq. ante Ern. = *sani dumtaxat et sicci* 1. 2. tamquam ex Ven. Mediol. Sed hae probabiliter habent ut Nor. Asc.: — *sani dumtaxat sicci*. Noster autem ordo et aequae rectus est atque Ernestianus, et fortasse magis etiam Tullianus. Is enim part. *dumtaxat* verbis, ad quae pertinet, fere postponit. — [*sed ita*] — del. *sed* L. — [*ut palaestritae; spatiari in x. ut liceat*] Sic antiquiss. Cd. a., ut fere voluerat Paschalius *de coronis* p. 342. — *ut palaestritae* (— *palaestrae* N. — *palaestra* Asc.) *sp. in x. ut liceat* N. Asc. Iu. A. Ab. V. S. — om. in hac lect. *ut ante v. liceat* Hervag. In eiusdem locum ab interpolatore substitutum: *iis* in Ed. 1584. Grut. 1. 2. ita ut sit: — *ut palaestritae sp. in x. iis liceat*. — *ut eis palaestritae sp. in x. liceat* L. — [*non ab Ol.*] — *non ut ab Ol.* L. (— *habentur. Sed ita palaestritae sp. in sexto ut licet non Olympiis c. petant qui etiam omni vitio non s. corrupte* Viteb.) — [*Qui, quum careant*] Sic a. A. Ab. Seqq. ante Ern. — *qui quomodo et quamvis careant* Ven. N. Scil. ex antiqua scriptura *quom factum est quomodo*; ut mox pro *Quod quum faciemus* Nor. habet: *Quod quomodo fac.*; tum quia absurdum hoc esse videbant, inculcarunt et *quamvis*. Hinc tamen Ern. 1. con. Sch. 2.: — *qui quamvis car.* Laborabat praeterea hic locus falsa distinctione iam in Cd. a. reperienda: — *petant; qui - - coloris. Eos cet.* — [*non sunt*] ∞ *non sint* a. N. — [*quaerunt*] ∞ *quaerant* a. Praetuli tamen cum ceteris indicativum etiam propter seqq. *qui incorrupta sanitate sunt.* (— *petant* Viteb.) — [*si possumus*] — *si possumus* Viper. solus. — [*sin minus*] ∞ *si minus* a. N.

faciemus, (si modo id ipsum assequemur: est enim per-
 magnum;) imitemur, si potuerimus¹, Lysiam, et eius
 quidem tenuitatem potissimum: est enim multis [in]² locis
 grandior: sed quia et privatas ille plerasque et eas ipsas
 aliis et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse
 ieiunior, quum³ se ipse consulto ad minutarum causarum
 4 genera⁴ limaverit. Quod qui ita faciet, ut, si cupiat
 uberior esse, non possit, habeatur sane orator, sed de
 minoribus; magno autem oratori etiam illo modo saepe
 10 dicendum est in tali genere causarum. Ita fit, ut De-
 mosthenes certe possit summisce dicere: elate Lysias for-
 tasse non possit. Sed si eodem modo putant, exercitu
 in foro et in omnibus templis, quae circum forum sunt,
 collocato, dici pro Milone decuisse, ut si de re privata
 ad unum iudicem diceremus; vim eloquentiae sua facul-
 11 tate, non rei natura, metiuntur. Quare quoniam nonnul-
 lorum sermo iam increbuit partim se ipsos Attice dicere,
 partim neminem nostrum dicere: alteros negligamus;

1) poterimus 2) in sine []. 3) quoniam 4) genera causarum

§. 9. [*est enim perm.*] — *est quidem p. N.* — [*si potuerimus*]
 Sic a. — *si poterimus* Cett. praeter N.: — *si possumus.* —
 [*est enim*] — om. *enim* N. — [*multis in locis*] ∞ *multis locis* a.
 — *tristis locis* Viteb. Hinc in []. — [*plerasque*] — *et pleras-*
que N. — [*ipsas aliis*] — *ipsas et alias* a. Viteb. N. Hinc vide
 ne leg. sit: ∞ *ipsas et aliis.* — [*causulas*] — *clausulas* Vit. N.
 Viper. — [*quum*] Sic a. (scil.: — *cum se ipso.*) — *quoniam*
 Cett. ortum ex scriptura *quom.* Sed sententia potius est:
 „quum tamen, quamvis se — limaverit”; quam: „ideo quia
 se — limaverat.” Vitium loci manifestum falso in verbo
limaverit quaesiverunt Man. — *limaverat* edens, cum Viteb.
 et Sch. *limavit* suspicatus. — [*causarum genera*] Sic a. Vit.;
 isque ordo ideo videbatur praefereendus, quia sequitur *genere*
causarum. Solet enim in talibus alternari Cic. = *genera cau-*
sarum Cett. — [*ut, si cupiat*] — om. *ut* a. N. — [*magno*
autem oratori etiam illo] — *magno etiam or. illo* N.

§. 10. [*Sed si*] — *Sed si qui* vel *Sed qui* Ern. susp. Pri-
 orem *Sed si qui* recepit Sch. in Ed. mai. Sed ubivis h. l.
 subiectum est: „falsi illi Attici nostrates.” — [*decuisse*] —
debuisset L. susp. non recepta. — *docuisse* Viteb. — *potuisse* N.
 — [*ad unum*] — *ad nimum* N.

§. 11. [*Quare quoniam*] — om. *quoniam* N. — [*increbuit*]
 Sic A. Ab. V. S. 1. cfr. Heindorf ad *Horatii Sat.* 2, 5, 93.

satis enim iis¹ res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas aut adhibiti derideantur: nam si riderentur², esset id ipsum Atticorum. Sed qui dici a nobis Attico more nolunt, ipsi autem se non oratores esse profitentur; si teretes aures habent intelligensque iudicium, tamquam ad picturam probandam adhibentur etiam inscii faciendi cum aliqua sollertia indicandi: sin¹² autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio neque eos quidquam excelsum magnificumque delectat; dicant se quiddam subtile³ et politum velle, grande⁴ ornatumque contemnere: id vero desinant dicere, qui subtiliter dicant,

1) his 2) arriderentur 3) subtile quiddam 4) grave

== *increbruit* a. L. Sch. 2. — *increbuerit* N. — [*enim iis*] Sic a. — *e. his* Cett. (— *enim hic Viper.*) — [*riderentur*] Sic a., idemque sibi vult Vit. *ridetur* (addito *etiam*, ut in toto h. l. est corruptissimus.) Iam haec est salsissima dilogia, quum significet et: „si facetiis suis risus auditorum excitarent” et: „si eos ipsos loquentes lenius saltem irrideret auditores, ipsi ita se consolari possent, ut dicerent arrideri sibi, non se derideri; illud autem ipsum esse Atticorum.” — *arriderentur* L. Rursus coni. Ern. 1. 2. Peius etiam: — *arrideantur* A. Ab. C. V. S. Grut. (— *adhibeantur* N.) Sed primum hoc *si arriderentur* est contra omnem Tullii consuetudinem, unde Manut. volebat: *si iis arrideatur (arrideretur)*; unumque habet exemplum, atque id ipsum dubium in Valerii Catonis *Diris* v. 108. *vos nunc arridet ocellis*, ubi Iuntina *vobis arridet ocellis*. Deinde ipsa sententia sale caret; sic enim languidam h. l. continet laudem generis vere Attici, nullam Pseudoatticorum irrisionem. — [*nolunt*] — *volunt* a. — [*se non oratores esse profit.*] Sic a. A. Seqq. — *se orat. non esse prof.* Vit. — *or. se esse non prof.* N. — *or. se non esse prof.* Asc. — *del. esse vel leg.*: — *se non or. esse confitentur* Ern. suspic. — [*habent*] — *haberent* Victorius solus, qui praeterea in hoc libello nusquam habet suas et proprias lectiones. Merus videtur error typogr.: ceteroquin hoc requireret *adhiberentur*. Sed nihil mutandum est. — [*adhibentur*] ∞ *adhibeantur* de Manutii et Ern. susp. Sch. 2. Sed, quum h. l. grata quadam negligentia imago cum re ipsa misceatur, *ἀνακόλουθον* hoc indicativi rectius se habet; nisi tamen fuit: ∞ *adhibebuntur*. Sane propter sequens *dicant* minime hoc quoque loco recipiendus erat coniunctivus. Immo unice rectum est vel praesens indicativi, vel, quo inclinat animus, futurum, saepissime corruptum; nulla est enim oppositio inter verba ipsa *adhibentur* sive *adhibebuntur*, et *dicant*, sed inter totas propositiones.

§. 12. [*quiddam subtile*] Sic a. Vit. N. = *subtile quiddam* Cett. — [*grande*] Sic a. Viteb. — *grave* Cett. — [*dicant*] Sic

eos solos Attice dicere, id est, quasi sicce et integre. Et ample¹ et ornate et copiose cum eadem integritate Atticorum est. Quid? dubium est, utrum orationem nostram tolerabilem tantum, an etiam admirabilem esse cupiamus? Non enim iam quaerimus, quid sit Attice, 13 sed quid sit optime dicere. Ex quo intelligitur, quoniam Graecorum oratorum praestantissimi sint² ii, qui fuerunt Athenis, eorum autem princeps facile Demosthenes, hunc si qui³ imitetur, eum et Attice dicturum et optime: ut, quoniam Attici nobis propositi sunt ad imitandum, bene dicere, id sit Attice dicere.

5 Sed quum in eo magnus error esset, quale esset id dicendi genus: putavi mihi suscipiendum laborem, utilem 14 studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque⁴ contrarias, Aeschini et Demostheni⁵:

1) At ample 2) sunt 3) quis 4) inter se 5) Aeschinis Demosthenisque

a. Vit. Ern. 1. 2. — *dicunt* Priores. — [*quasi s. et integre. Et ample*] Sic a. Viteb. U. N. Iu. A. Asc. Ab. V. S; sed prava distinctione. Sententia haec est: „Sed non solum subtiliter, verum etiam ample et ornate et copiose cet. dicere Atticorum est.” — *quasi sicce et integre. At ample* C1d. Lamb. Man. Ern. 1. Neap. Sch. 2. — *q. s. et integre. At si ample* L. Oliv. — *Attice dicere. Idcirco si sicce et integre et ample* Fred. Morellus. — *q. sicce. At integre et ample* Grut. — [*est. Quid?*] — *est, cui* L. — [*tantum*] — om. Viper. — [*iam quaerimus*] = *quaer. iam* N. — om. *iam* Viteb.

§. 13. [*sint ii*] Sic a. Quod ad constructionem attinet partic. *quoniam* cum coni. in oratione obliqua cfr. *de Orat.* 1, §. 218. *quoniam* — non *debeat*. — *sint. s. hi* (sic: *.s.*, id est *scilicet*.) Nor. — *sunt hi* Asc. — *sunt ii* A. Seqq. — [*fuerunt*] — *fuerint* a. — [*si qui*] Sic a. = *si quis* Cett. — [*et Attice*] — om. *et Viper.* — [*ut quoniam*] — *utrusquo* (sic) cum lin. supra lit. o. a. — *et Attice dicet et optime. Verum quoniam* Vit. — *ut is quoniam* N. ∞ *ut. s. quoniam* (id est: *ut scilicet q.*) Asc. In lect. a. fortasse latet: *ut rursus, quoniam*. — [*Sed quum cet.*] — *Sed non in eo m. e. inest et quale.* Viteb. Volebat *inesset*; quod tamen huic l. non convenit. — [*quidem ipsi*] = *ipsi quidem* N. — om. *ipsi* Viper.

§. 14. [*Converti cet.*] Haec *Converti* — *appendere* habet Hieronymus *ad Pammachium* Tom. 4. P. 2. p. 250. Ed. Bened. nulla varietate inter hanc et Erasmianam. — [*inter seque*] Hieron. et Cd. a. Duplici igitur auctoritate firmatur haec lectio elegantissima, significans: et (quod maius est) etiam inter se contrarias. — *inter se omissio que* Cett. — [*Aeschini*

nec converti ut interpres, sed ut orator, sententiis iisdem et earum formis tamquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omne¹ verborum vimque servavi. Non enim ea me annumerare lectori putavi oportere, sed tamquam appendere. Hic labor meus hoc 15 assequetur, ut nostri homines, quid ab illis exigant, qui se Atticos volunt, et ad quam eos quasi formulam dicendi revocent, intelligant. Sed exoritur² Thucydides. Eius enim quidam eloquentiam admirantur. Id quidem recte: sed nihil ad eum oratorem, quem quaerimus. Aliud est enim explicare res gestas narrando, aliud argumentando criminari crimenve dissolvere: aliud narratione tenere auditorem, aliud concitare. At loquitur pulchre. Num me- 16 lius, quam Plato? Necesse est tamen³ oratori, quem quaerimus, controversias explicare forenses dicendi genere apto ad docendum, ad delectandum, ad permovendum. Quare si quis erit, qui [se] Thucydidio genere 6

1) omnium 2) exorietur 3) tamen est

et Demostheni] Sic scripsi. — *Aeschini. Demostheni. nec* (sic) a. Saepe autem in Cdd. inter duo nomina propria omittitur et. = *Aeschini et Demosthenis* N. = *Aeschinis et Demosthenis* Vit. Hier. Asc. — *Aeschinis Demosthenisque* A. Ab. Seqq. — [sententiis iisdem] = *iisdem sent.* N. — [tamquam figuris, verbis] — *tam figuris quam verbis* Hier. — [pro verbo] — del. pro L. Habent iam Hier. et Cdd. noti. — [genus omne] i. e. universum, totum. Sic optime Hier., prob. etiam Gutmanno meo, egregio Taciti interprete. — *genus omnium v.* Cett. — [non enim ea] — *non tamen ea* N. (= *me enim. ea* Hier.)

§. 15. [*labor meus*] = *meus labor* N. — [*assequetur*] — *assequitur* a. N. (non Asc.) — *assequatur* Hervag. — [*qui se Atticos*] ∞ *qui se esse Atticos* L. — [*exoritur*] Sic N. Man.; ut in similibus Cic. locis est praesens. — *exorietur* a. Cett. Fortasse: *Sed ecce exoritur.* — [*admirantur*] — *admiratur* a. — [*sed nihil*] = *sed nil* N. — [*est enim*] = *enim est* N. — om. est Viteb. — [*dissolvere*] — *solvere* N. — [*narratione*] Sic A. Ab. Seqq. ∞ *narrando* Vit. — *narrantem* a. N.; quod h. l. nimis ambiguum est. — [*concitare*] Sic Ab. Seqq. — *conci- tantem* a. Viteb. — *concionantem* N.

§. 16. [*Num melius*] — *Non melius* N. (non Asc.) — [*est tamen*] Sic a. Viteb. N. = *tamen est* Cett. — [*explicare*] Sic (Viteb.) A. Seqq. — *explicantem* a. — *explicanti* N. — [*ad docendum cet.*] — *ad docendum, delectandum, permovendum* Viteb. — [*qui se Thuc. cet.*] Secutus sum auctoritatem optimi

causas in foro dicturum esse profiteatur¹, is abhorrebit² etiam a suspicione eius, quod³ versatur in re civili et forensi: qui Thucydidem laudabit⁴, adscribat suae nostram
 17 sententiam⁵. Quin ipsum Isocratem, quem divinus auctor Plato suum fere aequalem admirabiliter in Phaedro laudari fecit ab⁶ Socrate quemque omnes docti summum oratorem esse dixerunt, tamen hunc in numerum⁷ non

1) qui Th. g. c. in f. d. se esse profiteatur. 2) abhorreat 3) quae 4) laudavit 5) suae nostram adscribat sententiam. 6) a 7) numero

Cd. a. et Viteb., ita tamen ut pronomen *se* dubium esse significarem. cfr. Hand ad *Wopkens* pag. 12. Recte fortasse id omittunt Iu. A. Ab. C. Hervag. Vict. Man. S. Ante v. *esse* idem posuerunt Lamb. Grut. 1. 2. Norimb. autem et Asc., id est, antiquior editio Sec. XV., sic: — *se dicturum profiteatur* om. v. *esse*. Pro *Thucydidio*: — *Thucydidis* N. — [*abhorrebit*] Sic a. (Antiquissima nunc saltem auctoritas.) Item Viteb. N. Rursus Sch. 2. coniectura. — *abhorreat* A. Seqq. ante Sch. — [*etiam a suspicione*] — *etiam sumptione* omisso a N. itemque Asc.; unde dubium fit, quod dicit Ern.: Ed. Med.: *a sumptione et suspicione*. — om. *etiam* Viteb. — [*quod versatur*] Scil. genus; ut de *Invent.* 1, §. 96. *hoc genus in deliberationibus maxime versabitur*. Sic scil. de optima Ern. susp. Sch. 2. — *quae vers.* Cett. Sed de *causa* id vix potest dici. Miro consilio Nobbe *quae* [] inclusit, nihil substituens. — [*in re civili*] — *in civili iure* N. Asc. Ern. affert ex Mediol.: *in iure civili*: de qua lectione nunc dubitare licet. — [*qui Thucydidem*] — *Inthycydidem* (sic) a. In quo latet fortasse: ∞ *sin Thucydidem*. — *et qui Thuc.* Viteb. — [*laudabit*] Gulielmii, non Lambini, ut ait Schuetzius, haec est rectissima suspicio. Receperunt Wetzel et Schuetz.; idemque nunc feci, quum id requirere videantur praecedentia *si quis erit* cet. — *laudavit* Celt. omnes, solita confusione. Nam aoristus *laudavit* pro *laudare solet*, nunc minus placet. — [*adscribat suae nostram sententiam*] Sic Iu. A. Ab. Seqq. ante Ern., qui ordo nunc firmatur ab antiquiss. a. = *suae nostram adscribat sententiam* Mediol. Ascens. (item Nor., sed om. *adscribat*) Ernest. 1. 2. (— *ascribat sue*. [spatium vacuum] *nostram sententiam* Viteb.)

§. 17. [*auctor*] — *orator* Vit. — om. N. — [*ab*] Sic a. = a Cett. — [*omnes docti summum*] — *omnes doctissimum* cet. a. — *isocratem quem doctissimum* Vit. (— *omnes dicebant esse doctissimum oratorem* N. prorsus corrupte.) — [*tamen*] — om. Viper. — *tum* Ox. U. — [*hunc in numerum non repono*] Secutus sum auctoritatem Cdd. Sangallensis a. et Ox. U. — *hunc in numero non r.* Viteb., ut videtur. Edd. meae omnes praeter Lamb.; qua in lect. duo sunt reprehendenda; primum idque maximum, quod *hunc* positum est pro *eum* contra rectum usum Cic., quatenus de eo ex optimis quibusque Cdd. singulis locis constat. Nam, si vulgatam retineas, *hunc* manifesto

repono. Non enim in acie versatur et ferro, sed¹ quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem (ut cum maximis

1) *Abest sed*

refertur ad *ipsum Isocratem*; sed vitiose in eiusmodi *ἐπαναγορᾷ*. Deinde quod absolute dicitur *in numero non repono*; quamquam id, posthabitis Terentii et Lucretii locis minus apte a Gulielmio allatis, defendi potest ex l. *de Invent. 1*, §. 97. *hanc partem in numero reponi*; quae vulgata est lectio, quum optimi Cdd., Turicensis, duo Sangallenses, Oudendorpii omnes aliique, atque ipse Lamb. eo loco habeant *numerum*. Iam accedit *de Invent. 1*, §. 39. *et iam in fabularum numero reponantur*, ubi rursus boni Cdd. habent *numerum* idque approbarunt et Lamb. et Oudend. Tertius est locus *de Nat. Deor. 3. Cap. 19*, ubi Cdd. plerique *numerum* prae se ferunt, etiam tres Leidd. vetustissimi Oudendorpii. Similis est varietas et lectionis et opinionum in Livii 29, 19, 7. et 31, 13, 1., ubi controversia est de *v. in thesauros*, alii *in thesauris reponere*. Accusativum post I. Fr. Gronovium utrobique praetulerunt Drakenb. et Kreyssig. Aliter res cecidit in Tullio. Nam quum Davisius, non satis considerate, ut egomet fateor, sed sua, non rei ipsius culpa, probasset accusativum, castigatus est a Wopkenso Handii p. 301., cui recentiores, etiam Moserus sunt obsecuti. Ego ipse aliquando quum animadvertissem in optimo Cd. Turicensi *de Invent. 1*, §. 33. vitiose sane esse *ponas in eandem partitionem*, quumque nunc constet Cd. Sangall. utrumque *de Invent. 1*, §. 39. habere *numero*, dubius etiam nunc haereo, ita tamen ut faciam cum Lindemanno, qui ad eum l. haec annotavit: „In his praeter meliores Cdd. nemo arbiter erit, quamquam usitatioem ablativum esse negari nequeat.” Festinantius Hand ad Wopkens p. 302.: „De constructionibus verborum *ponere* et *reponere* apud Cic. nunc non dubitatur.” Hoc igitur loco Cdd. unice notorum testimonium audiendum erat, adiutum a pronomine *hunc*, quod ab omnibus etiam Edd. praeter L. firmatur. Quod si ablativum *numero* praeferas, necessariò, nisi omnia me fallunt, cum Lamb. 1566. (non Gulielmio, ut aiunt Ern. et Sch.) scrib. erit: *hoc in numero*; felicior enim fuit prior haec illius coniectura eâ, quae proposita est in marg. 1584.: — *hunc hoc in numero*. Iam si rem ipsam per se spectes, equidem cum Gronovio minime dubito de veritate formulae *in thesauros, in numerum reponere*; significat enim *reponere in numero, in thesauris* aliquid aliunde veluti motum, eo videlicet consilio, ibi ut maneat. — [*versatur et ferro*] — *v. et foro* Viteb. — *vers. cum ferro* de Purgoldi susp. Sch. in Ed. mai. — *versatur ferro* Idem con. in Ed. min. Ern. excidisse putabat *pugnat*. — *v. et ferro* del. censebat Wetzel. — [*sed quasi*] Sic Nor. Man. L. Neap. — *sed et quasi* U. — *et quasi* a. Viteb. — om. particulam *sed* A. Ab. V. S. Grut. 1. 2., quia *et* esse vitiosum videbant. Nec tamen h. l. probari potest eiusmodi *ἀσύνδετον*. — [*eludit*] (Sic a. Viteb.) —

minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur. Aeschines, tamquam Aeserninus, ut ait Lucilius, non

erudit N. — erudita Asc. — ludit Sch. coni. 2. Sed eludere h. l. optima est metaphora a gladiatorum artificiis in batuendo desumpta. — [Aeschines cet.] Lucilii versus quibus h. l. utitur Cic., exstant apud Nonium in v. componere p. 257. et spurcum p. 393. Aeserninu' fuit Flaccorum munere quidam || Samnis, spurcus homo, vita illa dignu' locoque: || Cum Pacideiano componitur, optimu' multo || Post homines natos gladiator qui fuit unus. Iam inde ab A. Ab. (excepto Sch. 2.) sic editur: Aeschines tamquam Aeserninus, ut ait Lucilius;

*— non spurcus homo, sed doctus et acer,
Cum Pacideiano hic componitur, optimu' longe
Post homines natos —*

Quae ratio fortasse profecta est a P. Crinito *de hon. disc. L. 19. C. 9. p. 292. Ed. Bas. 1532.*: »Quo loco de Aeschine, oratore Attico et Aesernino Romano habetur mentio, verba quaedam corrupta alicubi sunt et obscure involuta. Quod ut facilius existinari atque iudicari possit, ascripsimus, veluti etiamnum leguntur in omnibus fere exemplaribus: — *Aeschines tamquam Aeserninus non spurcus homo sed acer et doctus, quomodo a Pacidiano hoc componitur optimus longe post homines natos.* (Haec scil. est lectio Nor. Asc.) Hactenus Cicero; in quibus tamen verbis nullus prope sensus elicitur, nulla carminis Luciliani effigies apparet. Nos autem non indignum prorsus operae pretium fore arbitramur, si et Cic. verba exponemus et ipsum Lucilii carmen restituamus. Eleganter enim Cic. inter nobilissimos gladiatores, hoc est, inter eos qui in foro velut in acie et arena certantes dimicent, Aeschinem connumeravit collata cum Aesernino similitudine ex Luciliana satira. Facile autem Cic. verba intellexeris, si Lucilii versus ascribamus, sicuti adhuc integri servantur in commentariis Nonianis ad filium:

*Aeserninus fuit flacco ore aequaeque sannis (sic)
Spurcus homo, vita fuit illa dignus locoque
Cum doctus tum acer componier optimus multo
Post homines natos gladiator qui fuit unus.*

Hæc his plane constat, quo pacto Cic. locus et interpretandus sit et emendandus." Hactenus Crinitus; emendationem ipsam lectori perficiendam relinquens. Iam vides ab eo Lucilianis versiculis inculcata esse v. *Cum doctus tum acer*, quorum nullum vestigium exstat in Nonio Aldi et Merceri. — Iam in vulgata lectione complura insunt vitia manifesta. Falso enim et contra morem Tullii in afferendis poetarum locis, ipsis Lucilii verbis alia Ciceronis ipsius, ad metrum tamen conformata intruduntur: Aeserninus enim, qui Lucilio *spurcus homo* est, non *spurcus* est Ciceroni; inseritur etiam *sed doctus et acer*, idque contra auctoritatem Cd. Sangallensis, Nor. Asc.; qui habent: *sed acer et doctus*, et Viteb., qui corrupte:

spurcus homo, sed acer et doctus, cum *Pacideiano* hic componitur - - *optimu' longe Post homines natos*¹ —

1) ut ait Lucilius:

— non spurcus homo, sed doctus et acer
Cum Pacidiano hic componitur, optimu' longe
Post homines natos —

sed arte doctus, e quo ordine statim deprehenditur solutam hanc esse ipsius Cic. orationem, non ligatam Lucilii. Rursus intruditur hic post v. *Pacideiano*; et v. *optimu' longe* in hac conformatione idem est, qui non spurcus homo, sed doctus et acer, Aeschines igitur et Aeserninus, prorsus contra mentem et Lucilii et Ciceronis, quibus Pacideianus et Demosthenes *optimu' longe* est post homines natos. Nam etiam si interpretando vulgatam lectionem detorqueas *optimu' longe* ad v. *Pacideiano*, ineptam tamen esse collocationem fatearis necesse est. Vitium inesse suspicatus quidem est Ernestius, sed parum prospere ei cessit emendandi conatus: haec scil. annotat: *Nihil enim illo oratore*] An ergo solo Aeschine? Immo hoc potius de Demosthene dixerit. Nempe *par gladiatorum*, quod inducit Cicero, est *Aeschines et Demosthenes*. — Excidisse videtur nomen Demosthenis: *Aeschines - - - natos, et Demosthenes*. Sed Demosthenes indicatur nomine *Pacidiani*. Videtur leg. *illo pari*." — „aut potius *illo pari oratorum*” addit Wetzcl. — Aliam rationem ingressus est Sch. partim in Ed. minore, ubi edidit *Aeschines enim cum Demosthene tamquam Aeserninus* cet. In mai. autem haec annotat: „Haec verba (vulgatae) sic potius constituenda videntur: *Aeschines tamquam Aeserninus non, ut ait Lucilius spurcus homo, sed doctus et acer* Cum Pacidiano hic cet. Ac statim: *optimu' longe Post homines natos gladiator qui fuit unus* — Vulgo ultimus hic versiculus dimidius tantum scribitur *post homines natos* omissis sequentibus *gladiator qui fuit unus*. Verum ita constructionis lege *optimus* ad Aeschinem referretur contra mentem Ciceronis, qui palmam summae perfectionis Demostheni, non Aeschini tribuit. Itaque statim subdit: *Nihil enim illo oratore* (scil. Demosthene) *arbitror c. p. d.* Vitium sensit Ernestius, sed aliam h. l. medelam circumspexit, qua iam nihil egeamus. Nostram rationem praecivit Ianus Parrhasius Ep. LX.” Scil. in Gruteri *Lampade* Vol. 1. p. 813. „Aesernini mentio fit a Cic. *de opt. gen. or.* per haec: — *A me, quo maximis minima* (sic om. ut: an hoc e Cd.? Certe a. corrupte sic: *ut quo maxumis*;) *conferam gl. p. n. i., Aeschines tamquam Aeserninus, non, ut ait Lucilius, spurcus homo, sed acer et doctus, cum Pacidiano, hoc est, Demosthene componitur: Optimus longe post homines natos gladiator qui fuit unus*. Ubi M. Tullius ait, ita a se Aeschinem Demostheni comparatum, quemadmodum *Samnis Aeserninus* componitur cum *Pacidiano*, optimo gladiatorum. Neque vero duo illa verba *acer et doctus* a Lucilio sumpta sunt, sed addita a Cicerone per colasin, ne nimis

Nihil enim illo oratore arbitrator cogitari posse divinius.
18 Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponun-

contemptim fastidioseque de Aeschine loqueretur, ut sit sensus: „Aeschines Aesernini personam sustinet, Demosthenes Pacidiani; ita tamen ut Aeschines ne sit, ut de Aesernino canit Lucilius, spurcus homo, sed acer et doctus.” — Egregia sane et unice recta interpretatio; sed id male nos habet, quod ignoramus, utrum Parrhasius memoriter dumtaxat locum sic attulerit, an in Codice aliquo, utique interpolato, reperit ista *hoc est Demosthene et gladiator qui fuit unus*, an ipse sic consulto locum constituerit, an denique tantummodo explicationis causa ea inseruerit. Hoc saltem recte, quod ordinem retinuit v. *sed acer et doctus*. — Iam Beierus in Schedis nunc meis haec habet: „*hoc est cum Demosthene*] Sic pro volg. *hic* scripsimus cum Parrhasio l. l. et Cic. verba non — — — *sed doctus et acer* a Lucilii verbis distinximus. Schuetzius post *Aeschinis* nomen inseruit enim *cum Demosthene*.” Alias (inquit; haud dubie pro *alioqui*. BEIER.) ita sonarent verba ac si Demosthenes cum Pacidiano compararetur (Haec scil. habet in Ed. min.) Sed nonne propter hanc ipsam comparisonem addidit postremi versiculi verba *gladiator qui fuit unus* vulgo omissa? Fortasse tamen Cic. poetae verba immutavit hoc modo: *optimo longe post homines natos*. „Hactenus amicus meus. Is igitur, ut video etiam ex eius exemplari Ernestiano hoc uno loco in nostro libello correcto, sic erat editurus: *Aeschines tamquam Aeserninus ut ait Lucilius, non spurcus homo —*

sed doctus et acer

Cum Pacideiano *hic* (vel: *hoc est cum Demosthene*) componitur *optimu'* (vel: *optimo*) longe

Post homines natos [gladiator qui fuit unus.]

Nihil enim eet. — Verum ut fatear, et Parrhasii transpositio non ut ait Lucilius, spurcus homo et Beieri emendatio *optimo* admodum placent. In *optimu'* vel *optimus* tamen conspirant omnes, nisi quod sola Hervag. habet *optimum*, male explicata Crat. scriptura: *optimu'*. Retineri tamen potest *optimu' longe*, ita, ut hoc unum membrum in versus modum scribatur, cetera non. Est autem solita Cic. reticentia in versiculis tunc temporis cuivis notissimis: omnes enim lectores tacite quum supplerent *gladiator qui fuit unus*, Ciceroni verendum non erat, ne inepte ad Aeserninum s. Aeschinem referrent v. *optimus*. Nec vero addi debent ista *gladiator qui fuit unus*; quae nimis putida essent h. l. post ipsius Cic. verba *gladiatorum par nobilissimum*. Minime tamen praetereundum v. *longe* ipsius Cic. potius esse quam Lucilii, e quo Nonius utrobique affert *nullo*. Quod si est, veri similior etiam fit Beieri *optimo*. Denique de scriptura *Pacideiano* notandum est, sic habere Crat. Herv. Nonium Merceri, Wolfium *Tuscul.* 4, 21. et quod maius est Cd. Medicum, Oxon. Q. ψ. Vict.

tur. Unum hoc: „Verum melius Graeci”: a quo quaeratur, ecquid possint ipsi melius Latine? Alterum: „Quid istas potius legam quam Graecas?” Iidem Andriam et Synephebos, nec minus Terentium et Caecilium quam Menandrum legunt; nec Andromacham aut Antio-pam aut Epigonos Latinos reiiciunt¹: sed tamen . . .!

1) recipiant

Man. in *Epp. ad Q. Fr.* 3, 4, 2. — *Pacidiano* a. N. Asc. Iu. Ab. Man. Ern. 1. 2. Nonius Aldi. — *Placideiano* Lamb. Douza. Lalle. Neap. ex Horatii *Serm.* 2, 7, 97. in plerisque Edd. — *Pacuviano* Viteb. Ceterum cfr. de toto h. l. etiam Gerh. Vossium *de rhetoricae natura ac constitutione* Opp. Tom. 3. p. 337.

§. 18. [*reprehensorum opponuntur*] ∞ *reprehensionum opp.* a. Viteb. — *reprehensionum apponuntur* N. — [*Verum*] — *verbum* a. Vit. N. — [*ecquid*] — *et quid* a. Vit. N. Viper. — [*ipsi*] — *illi* a. (— *possit ipse* Manut. apud Oliv.) — [*melius Latine*] — *melius quam Latine* N. — [*Iidem*] — *Id est* a. — *At iidem* Ern. susp. — [*Menandrum legunt*] — *M. legant* N. — [*reiiciunt*] Sic Sch. in Ed. mai. de Ernest. susp. — *recipiunt* a. Viteb. Med. N. Asc. — *recipiant* A. Ab. Seqq. etiam 2. Ceterum Lamb., quem secuti sunt Brutus, Oliv. Lall. Sch. 2., coniectura locum sic constituit: — *quam Graecas? Nec Andromacham igitur* (hoc v. de suo addidit) *aut Antio-pam aut Epigonos Latinos recipiant. Sed tamen Ennium et Pacuvium et Atium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt. Iidem Andriam et Synephebos, nec minus Terentium et Caecilium quam Menandrum legunt. Quod igitur cet.* Et quod mirum est nulla varietas affertur e Cd. Oxon. U., ne omissio quidem part. *igitur*. Sed minime propterea probabile sit ab eo firmari lect. Lambinianam. Verum omnes istiusmodi transpositiones perquam lubricae sunt et incertae; atque haec praeterea intolerabilis propter clausulas nimis aequales, quae sese excipiunt: *Sed tamen — legunt. Iidem — legunt.* Contra negari non potest vulgatam quoque, praesertim nisi emendes cum Ern. *reiiciunt*, pro *recipiunt* Cdd. vel Lambini *recipiant*, valde ineptam esse. Similiter in oratione D. Claudii ex archetypo Lugdunensi in Brotierii Ed. nunc correctum est *REICIENDOS* pro *RECIPIENDOS*. Nec sine causa Wetzelius interrogavit: „At quid facies particulis *sed tamen?* pro quibus exspectabas *quid? quod.*” — Hinc equidem del. censeo verba a me []. — Scilicet *sed tamen* est aposiopesis illa ironica, quae saepissime foedarum interpolationum causa exstitit. cfr. *de Offic.* 3, §. 118. alibi etiam parum agnita ab editoribus. cfr. *ad Famil.* 15, 17, 1. *ad Famil.* 16. Ep. 22 et 23. Hic cogitatione suppleas licet: „Sed tamen quantum intercedit discrimen inter pulcherrimas illas tragoedias Graecas et earum imitationes Latinas! longe maius certe, quam inter Demosthe-

[Ennium et Pacuvium et Accium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt.]¹ Quod igitur est eorum in orationibus e Graeco conversis fastidium, nullum quum sit in versibus?

7 Sed aggrediamur iam, quod suscepimus, si prius ex-
19 posuerimus, quae causa in iudicium deducta sit. Quum esset lex Athenis, NE QVIS POPVLI SCITVM FACERET, VT QVISQVAM CORONA DONARETVR IN MAGISTRATV PRIVS, QVAM RATIONES RETVLISSET: et altera lex, EOS, QVI A POPVLO DONARENTVR, IN CONCIONE DONARI DEBERE: QVI A SENATV, IN SENATV: Demosthenes² curator muris reficien- dis fuit eosque refecit pecunia sua: de hoc igitur Ctesi- phon scitum fecit, nullis ab illo³ rationibus relatis, ut corona aurea donaretur eaque donatio fieret in theatro, populo convocato; qui locus non est concionis legitimae:

1) Haec sine []. 2) quia in senatu: Demosthenes 3) ab ipso

nem measque orationes: „Putide autem supplevit iam anti- quitus magister aliquis: *Sed tamen Ennium et Pacuvium et Accium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt.* Putide, inquam; quis enim ista ferat post superiora illa nec minus -- legunt? Ceterum Sch. in Ed. mai. sic dedit: *nec Andromacham aut Antiopam aut Epigonos reiiciunt; sed tamen Ennium et Pacuvium et Accium, Latinos potius, quam Euripidem et Sophoclem legunt.* — (— *potius Euripidem om. quam a.*) Ad sententiam ipsam confer simillimum locum de Finn. 1, §. 4. — [e Graeco] Sic L. Grut. 1. 2. — a Graeco a. Edd. meae ante Lamb. — Graeco om. praepos. Viteb., qui sic habet: *est in eorum oratorum orationibus Graeco.* — [aggrediamur] ∞ aggrediemur N. — [exposuerimus] — *exposuerim* Viteb. N. — [in iudicium deducta sit] = *sit ded. in iud. N.* — *in iud. deducta est* Viteb.

§. 19. [Quum esset] — Quoniam esset N. (non Asc.) — [scitum faceret] = *fac. scitum* N. — [rationes] — orationem N. — *rationem* Asc. — [retulisset] ∞ *detulisset* Vict. S. sed mox iidem cum cett. *relatis.* — [qui a populo donarentur] — *qui donarentur populo om. a N.* — [qui a senatu, in senatu] Sic Muretus, Petrus Faber, Fr. Morellius, Oliv. Lall. Sch. 2. — *quia in senatu Dem. a.* Viteb. N. Iu. A. Ab. C. V. S. M. L. 1. Neap. — *quia Dem. om. v. in senatu.* Ox. U., ut videtur. Mediol. Asc. (— *quia in sua tribu Dem. Lamb. susp.*) — [eosque] — *deosque a.* — [refecit pec. sua] = *sua ref. pec.* N. (— *erexit pro refecit* Viteb.) — [ab illo] Sic a. N. — *ab eo* Vit. — *ab ipso* A. Cett. — [fieret] Sic, ut videtur, Vit. A. Seqq. — *fucri* a. — *fuit* N. — [legitimae] — *legitimus*

atque ita praedicaretur, EVM DONARI VIRTUTIS ERGO BENE-
 VOLENTIAEQVE, QVAM IS¹ ERGA POPVLVM ATHENIENSEM
 HABERET. Hunc igitur Ctesiphontem in iudicium adduxit 20
 Aeschines, quod contra leges scripsisset, ut et rationibus
 non relatis corona donaretur et ut in theatro, et quod
 de virtute eius et benevolentia falsa scripsisset; quoniam
 Demosthenes nec vir bonus esset nec bene meritus de ci-
 vitate. Causa ipsa abhorret illa quidem a formula con-
 suetudinis nostrae: sed est magna. Habet enim et legum
 interpretationem satis acutam in utramque partem et me-
 ritorum in rem publicam contentionem sane gravem.
 Itaque causa fuit² Aeschini, quum³ ipse a Demosthene 21
 esset capitis accusatus, quod legationem e mentitus esset,
 ut ulciscendi inimici causa nomine Ctesiphontis iudicium
 fieret de factis famaue Demosthenis. Non enim tam
 multa dixit de rationibus non relatis, quam de eo, quod
 civis improbus ut optimus laudatus esset. Hanc multam 22
 Aeschines a Ctesiphonte petivit⁴ quadriennio ante Philippi
 Macedonis mortem: sed iudicium factum est aliquot annis
 post, Alexandro iam Asiam tenente: ad quod iudicium
 concursus dicitur e tota Graecia factus esse. Quid enim
 tam aut⁵ visendum aut audiendum fuit, quam summorum

1) *Abest is* 3) *Abest fuit* 3) *quoniam* 4) *petiit* 5) *aut tam*

Viteb., lectio memorabilis, nec tamen vera. — [*ergo*] — om.
 Vit. — *gratia* N. — [*quam is erga*] Sic a. N. ex sermone
 formularum. — om. *is* Viteb. A. Ab. Seqq.

§. 20. [*adduxit*] — *adducit* N. — [*ut et rat.*] — *et ut rat.*
 Viteb. L. in marg. 1584., non 1566. — [*scripsisset; quoniam*]
 — *scripsisset et cum* a. Hinc fort. leg.: *scripsisset; quum.* —
 [*a formula*] Sic L. Seqq. — om. *a* a. et Edd. meae ante L.
 (— *causa ipsa abhorret ab illa quidem formula* Asc.)

§. 21. [*Itaque causa*] ∞ *Eaque causa* Brutus coni. — [*causa*
fuit] Sic a. Viteb. Omnes meae Edd. praeter L. Grut. 1. 2.
 — *Causa autem fuit accusandi Ctesiphontis Aeschini* L. — om.
fuit Grut. 1. 2. err. typogr. — [*quum ipse a D.*] Sic a. —
quod a D. N. Asc. — *quoniam ipse a D.* Ab. Seqq. — [*ementi-*
tus] — *mentitus* N. — [*dixit*] — om. a.

§. 22. [*multam*] Sic a. Plerique *multam*. — [*petiit*] Sic a.
 Viteb. = *petiit* Cett. — [*Asiam tenente*] = *tenente Asiam* (N.)
 Asc. — [*factus esse*] = *esse factus* N. — [*tam aut*] Sic a. —
aut tam Cett. (— *quod enim aut vis.* Viteb.) — [*aut aud.*] —

oratorum in gravissima causa accurata et inimicitiis in-
 23 censa contentio? Quorum ego orationes si, ut spero,
 ita expressero, virtutibus utens illorum omnibus, id est,
 sententiis et earum figuris et rerum ordine, verba per-
 sequens eatenus, ut ea non abhorreant a more nostro:
 (quae si e Graecis omnia conversa non erunt, tamen ut
 generis eiusdem sint elaboravimus:) erit regula, ad quam
 eorum dirigantur orationes, qui Attice volent dicere.
 Sed de nobis satis. Aliquando enim Aeschinem ipsum
 Latine dicentem audiamus.

aut tam aud. L. — [*quam summorum*] — *quam duorum summo-*
rum Viteb. — [*incensa*] — *intensa* N. — *accensa* Viper.

§. 23. Affert haec Hieronymus ad Pammachium l. 1. —
 [Quorum ego orat.] — Quorum orat. om. ego Viteb. — Eorum
 ergo orationes ut spero N. (— ergo etiam a.) — [si ut] —
 sicut Hieron. Cd. a. — [illorum omnibus] — om. omnibus N.
 — [ut ea non] om. ea N. — [si e Graecis omnia conv.] — si
 Graecis omnia omnia conv. Cd. a. In quo si quid latet, hoc erit: si
 e Graecis omnibus vel omnino omnia conv. Sed fortasse merus
 est error librarii. — si egregie omnia conv. N. — [eiusdem
 sint] = sint eiusdem N. — [elaboravimus] Sic A. Ab. Seqq.
 quam lect. firmat Hieron. ∞ elaborabimus a. Viteb. Mediol.
 N. Asc., ut volebat Gulielm. — [volent] Sic a. Viteb. 1. 2. —
 volunt Ceteri. — [Lat. dic. audiamus] = aud. Latine dicentem N.

G. Seebode's *neues Archiv für Philologie und Pädagogik*. 1829. N. 37. pag. 148.

[Var. Lectt. e Cod. *Cicer. de opt. gen. dic. Viteb. enot.*]
 Ed. *Schuetz. Opp. Rhet. Cap. 1.* genera duo dicuntur — Sed id secus est — melici ac dithyrambici quod magis est tractat. a latinis. Suumque ius est diversum a reliq. Itaque in tra-goed. — tragicum in ceteris — ita enumerat genera — grandis . . gravis . . tenuis . . subtilis . . brevis — medio putet hominis deiecit aliquid de re ipsa par. — quid optimum — quid est. Itaque diceret ennum — et celium fort. — Unum autem genus — terrent. ab Attio — in eodem genere n. s. — optimus enim est — et docere debet. — unum extat: prox. quidem ei — *Cap. 2.* prosequamur — ut lautissima elig. — sicut verec. — dixi esse l. — docendi acutae delectandi q. arg. commovendi gr. — verborum constructura q. — lenitatem et habet suam composit. hanc ad comprobandum et adcommodatum ordinem — in quorum summa e. perfect. orat. In quorum media m. In quorum m. — appellabuntur — app. et in tali nec — differunt — qui demosth. sim. nolit esse — homero nol. — aut etiam si est — alius accusatorem se q. oratorem velit — tollerabile — qui omnes — idem quidem optimus — — *Cap. 3.* Haec autem dixi — si genus id — apud aliquos esse — in gloria si q. abs. — aut non aut sub-insulsum in verbis si non aptum si durum: si longe p. — attice numer. — sani et sicci dumtax. habentur. Sed ita palestrice sp. in sexto ut licet non olymp. c. petant qui etiam omni vitio non s. c. — sanguin. petant — et si eos im. — quam incorr. — q. est tam proprium att. quasi eorum quorum vit. — modo etiam id ipsum — E. enim tristis locis grand. — privatus ille pl. aetates ipsas et alias — clausulas inscripsit — consulto minutarum caus. gen. limaverat. — — *Cap. 4.* Quod ita faciet — habet sane or. s. de moribus — dem. certe suavissime dic. — forte non poss. Sed si cod. — exercitum in foro et omnib. — collocata d. — docuisse — dicemus — non regi naturam m. quam etiam quoniam nonnull. s. i. incipit p. se ipsa dicere part. etiam est nostrorum dic. altius intelligamus. Scite enim h. — adhibeantur aut adh. — Nam si ridentur etiam esset — Sed quoniam iudicia nobis att. n. volunt: ipsi — non esse orat. — profit. si (*lacuna*) intelligesque solertia iudicandi sui autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio. Nam eos quemcunque excelsum magnificum delect. — quiddam subtile — grande ornatumque contemnerem. id vero i. [*id est*] dicere — et ample — quod eadem integritas — dubium ut in — cupimus. Non enim quaer. — optimum dic. —

intelligitur graec. or. — hi qui f. — imitetur et attice dicet et optime. Verum quoniam — n. praepositi — — *Cap. 5.* Sed non in eo m. e. inest et quale — putavit nunc suscipere . . . laborem et studiosis quid ipsi n. — et attice duorum — et demosthenis — verba pro verbo — undique servavi — in ea me antevenire putavi sed tamq. append. — volunt quam eos q̄ formula dic. — aliud enim expl. — narrando ten. — concitatē alloqui pulchre — necesse est tam. — genus apto ad doc. delect. permov. — — *Cap. 6.* q. se tycytidio gn' c. — d. esse profit. — abhorr. a suspic. e. q̄. vers. — for. et qui th. laudavit ascribat sue . . . (*lacuna*) nostr. sent. quoniam ipsum — divin. orator — fec. et isocratem q. doctissimum orat. — verss. et foro et quasi rud. cor. elud. or. — ut quo . . . (*lac.*) conferat gladiatorum . . . (*lac.*) nobilissimus ind. eschines eximius ut ait l. — sed arte doctus. quō pacuviano hic compon. optimus longe — natos. nihil enim i. or. — reprehensionum — verbum melius: graecia conquaeratur et quid possit — in andria et synephebis — epigones recipiunt — et actium potius quam — est in eorum oratorum orationibus graeco — — *Cap. 7.* exposuerim — deducta est quō est lex. — Quia in senatu demost. — eosque erexit — Cthesiphon nullis ab eo rat. — legiptimus atque — virtutis benivolent. — et ut ration. — donar. ut in th. — benivol. palam (in marg. *vel „plura”*) scrips. — vir bonus nec b. m. de virtute. C. — illa quidem consuetud. n. — in utraque parte — causa fuit eschini — a demost. enim cap. — legationes m. ess. ulcisc. — ethesifontis — esset ac multa esch. ethesifontem petivit — morte — alexandrum asiam iam tenentem — concursum d. — factum esse — quod enim aut viscendum — quam duorum summorum — quorum orationes — et earum ordine — elaborabimus.

Glossae Theotiscaae Seculi XI. e Codice Einsiedlensi

Sallustii antiquissimo N. 303. desumptae.

— venando] — *iagende* — salute] *eruuolda* — causa] — *sculdi* — aruspices] — *lugenare* — inducias] — *dagodinge* — incendia] — *brunsti* — facinora] — *sculdi* — gratiam] — *huldi* — si deprehensi forent] *seb si aeruarent uarent* — condemnatos] — *eruarenun* — assentiebantur] — *midialon* — vectigalibus] — *zollun* — magnificum] — *uiuohere* — increpantes] — *scheldande* — fornicibus] — *suibogun* — acutas sudes] — *geherstida steccun* — sparos] — *sper* — appellat] — *benamon* — virtutis] — *deganheide* — versari] — *uuandalon* — ferire] — *anestehchon* — aggreditur] — *nidersluoc* — disiecerat] — *niðarstach* — vultu] — *rodeda* — lactam aut incruentam victoriam] His superscriptum: *sianamonserensigo* — volventes] — *uuendonde* — queritur] — *clagot* — rerum publicarum] — *urano* — otio] — *nuozo* — atrox] — *grim* — post magnitu-

dinem] — *siththero héri* — dedit] — *zegibo* — domi] — *heime*
 — equitare] — *ridan* — iaculari] — *schiezan* — ferox] —
ghrimme — despiciens] — *ferscimfende* — fatigatus] — *gemu-*
git — transductus est] — *gischaldon uuarth* — claves adul-
 terinas] — *afdersluzzila* — scrutari] — *ersuchdon* — clausa]
 — *sloz* — tugurio] — *hutto* — profugit] — *endran* — sena-
 tus] — *daz herduom* — domi militiaeque] — *heime undenhere*
 — nepotem] — *neuen* — consedit] — *erbeizda* — paciscatur]
 — *gadinga* — deditione] — *gedinga* — pudet] — *scamot* —
 audacissimos] — *chuoneston* — dedecus] — *unbera* — dediti-
 cius est] — *ergeban ist* — impunitas] — *unengoltim* — pecu-
 latus] — *scazdiuba* — manifestus tanti sceleris] — *eruarener*
 — comitia] — *herdiandago dingen* — lixae] — *uuazzer dere-*
gila; paullo post iterum: *uuazzer dregila*. — mutare] — *uueh-*
selan — transversis] — *tuerehun* — vallo] — *heggo* — fossa]
 — *grabun* — (vitam) peterent] — *gedineden*. — com meatum]
 — *geuazi* — funditorum] — *slengelaro* — sagittariorum] —
schuzzono — invadere] — *anaschreccan* — manipulos] — *uane-*
ren — hortatus] — *gruozende* — transversis principiis] —
tuarehen deggen — alae equitum] — *uanen* — invadit] *ana-*
scracda — ludificati] — *bedrogana* — insolentia] — *ungeuoni*
 — signa] — *uanun* — vesper] — *duncal* — consedis] —
erbeizan — explorare] — *spiehan*.

INDEX ANNOTATIONUM.

	pag.		pag.
A.		<i>Anapaesti et anapaesta</i>	144
<i>Accidere</i> primo significatu	412	<i>Angi de aliqua re</i>	206
<i>Accii fabulae</i>	117	<i>Angit et tangit</i> confusa	356
<i>Accius et Attius</i>	29	<i>Angor animo et animi</i>	205
<i>Accusationis septem</i> (al. quin- que) libri	71	<i>Animo eodem, sententia eadem</i> esse, non in animo cel.	94
<i>Acer et acerbus</i> iunguntur	244	<i>Anne post utrum</i>	138. 153
<i>Ac tamen et attamen</i>	6	<i>Annumerare</i> : huius v. constru- ctio	238
<i>Actuosus et iactuosus</i>	88	<i>Anquirere</i>	155
<i>Adhibere in consilia</i>	416	<i>Appuleii prooemium Metamor- phoseon miros in versus re- dactum in Cd. Sangallensi</i>	XLVII
<i>Adigere arbitrum</i>	399	<i>Aquilius et Aquillius</i>	273. 392
<i>Adipata dictio</i>	21	<i>Arbitrum adigere</i>	399
<i>Adiuncta et coniuncta</i> confusa	378. 406	<i>Arcessere et accersere</i>	397
<i>Adiuvantia et adiumenta</i> con- fusa	410	<i>Ardere et calere</i>	307
<i>Admiratio et admurmuratio</i>	334	<i>Argutus sententiis</i>	35
<i>Admiratus et demiratus</i>	372	<i>Aries subiicitur</i>	415
<i>Admurmuratio et admiratio</i>	334	<i>Aristotelia et Artstotelica</i>	372
<i>Adversaria evertere</i>	86	<i>Arridere</i>	447
<i>Aërius et aëreus</i>	424	<i>Artes, τέχναι ῥητορικαί.</i>	223. 394
<i>Aestimator et existimator</i>	100. 314	<i>Artium omnium maxima quae- nam?</i>	272
<i>Affectiones animi perturban- tur</i> (?)	436	<i>Asconii Codex primarius deper- ditus</i>	XII
<i>Afsuit, absuit</i>	120	<i>Asia arva</i>	126
<i>Aggressus et ingressus</i>	370	<i>Assiduus</i>	377
<i>Agitur et ambigitur</i>	420	<i>Assumere et sumere</i>	407
<i>Agnoscere et cognoscere</i>	144	<i>Atque et atqui</i>	236
<i>Ahala et Ala</i>	112	<i>Atque et et</i> confusa	41. 327
<i>Alia omnia</i>	384	<i>Atque etiam</i>	433
<i>Alioqui v. non Tullianum</i>	40	<i>Atque et atqui</i> confusa	328
<i>Aliquantum et aliquantulum</i>	98	<i>Atqui et At quod</i> confusa	419
<i>Aliquis et quidam</i> confusa	393	<i>Atrocior, acerbior, acrior</i> con- fusa	244
<i>Aliquis pro alius quis</i>	332	<i>Attamen et ac tamen</i>	6
<i>Allevare, levare, et elevare</i>	207	<i>Audire; ii, qui audiunt, audi- ant, audient</i>	146
<i>Alleviare v. barbarum</i>	207	<i>Audivimus et audimus</i>	335
<i>Alluantur et abluantur</i> confusa	74	<i>Augurale et augurium ius</i>	322
<i>Alludere et eludere</i> confusa	393	<i>Ausim et ausus sim</i>	210
<i>Altius et apertius</i> confusa	48	<i>Aut et an</i> confusa	434
<i>Ambigitur et agitur</i>	420		
<i>An et aut</i> confusa	434		
<i>An: usus huius partic.</i>	246		

	<i>pag.</i>		<i>pag.</i>
<i>Aut pendens</i>	226	<i>Codices Sangallenses oppidani</i>	XLVIII
<i>Aut ut et ut aut</i>	108	<i>Coaequales v. barbarum</i>	356
<i>Autem aut</i>	85	<i>Coagmentare</i>	55
<i>Autem et vero confunduntur</i>	6	<i>Cogitare et excogitare confusa</i>	340
<i>Autem subsequente vero</i>	22	<i>Cogitatus et excogitatus confusa</i>	11
B.			
<i>Bipertitus</i>	423. 426	<i>Cognoscere et agnoscere</i>	144
<i>Bonstetten (Albertus de)</i>	CXII	<i>Collatus</i>	141
<i>Breviter commutatus</i>	94	<i>Collectiones et coniectiones</i>	341
<i>Bruges et Phryges</i>	123	<i>Commiseratio et miseratio</i>	90
<i>Burrus et Pyrrhus</i>	123	<i>Communitas et communio confusa</i>	390
C.			
<i>Caecata et citata confusa</i>	321	<i>Complures et quam plures</i>	75
<i>Calculans</i>	291	<i>Compressio et comprehensio</i>	215
<i>Calere et ardere</i>	307	<i>Concidere</i>	107
<i>Canticum</i>	44	<i>Condictio et conditio</i>	426
<i>Capita posita (exposita)</i>	277	<i>Confarreatio</i>	379
<i>Captus Tarenti non: Tarento</i>	237	<i>Confirmatus et firmatus confusa</i>	431
<i>Catalogi Codicum Sangallensium antiquissimi</i>	xvi	<i>Confusus quid significet?</i>	251
<i>Catalogus Cdd. Augiensium antiquissimus</i>	xx	<i>Coniuncta et adiuncta confusa</i>	378. 406
<i>Catalogus Cdd. Constantiensium antiquissimus</i>	xix	<i>Coniungere vocales</i>	110
<i>Cato orator</i>	233	<i>Conquestio et questio</i>	95
<i>Catonis et Laelii Codex Lassbergianus</i>	xv	<i>Consectatio et consecutio</i>	127
<i>Causa: cur saepius exciderit hoc voc.?</i>	371	<i>Consectatus et consecutus</i>	32
<i>Cavere et scribere</i>	373	<i>Consimilis et similis: ac similia</i>	172
<i>Cedere et excedere e vita</i>	204	<i>Consistere</i>	68
<i>Censoriae tabulae</i>	115	<i>Constantinopolitanae Novi Testamenti recensio</i>	xxv
<i>Censoris et censoria oratio confusa</i>	276.	<i>Constitisse et contigisse confusa</i>	356
<i>Certe et certo</i>	410. 411	<i>Constricta, constructa, conscripta, circumscripta confusa</i>	217
<i>Certe in fine enunciati</i>	207	<i>Constructio verborum</i>	32
<i>Cetera et et cetera</i>	388. 392	<i>Consuetudo (loquendi)</i>	319
<i>Ceterarum rerum causa</i>	212	<i>Contigisse et constitisse confusa</i>	356
<i>Ceterarum rerum omnium</i>	384	<i>Contra ac</i>	97
<i>Ceteroqui saepissime corruptum</i>	59	<i>Convertere et converti</i>	268
<i>Ceus et Chius confusa</i>	215	<i>Cordax</i>	146
<i>Choreus et trochaeus</i>	145. 159	<i>Cuiacii emendationes declamatt. Quintil.</i>	ci
<i>Cinnus</i>	18	<i>Cur duplex</i>	103
<i>Circulans et calculans</i>	291	D.	
<i>Clamator et declamator</i>	285	<i>Damni iniuria non: damni iniuriae</i>	264
<i>Clari et clarissimi viri</i>	221	<i>Danielis (Petri) Curæ secundae in Querolun</i>	LXVII
<i>Clarissimi homines)(viri</i>	101	<i>Daretis recensio Sangallensis a vulgata admodum diversa</i>	xli
<i>Clarus et Clarius poeta</i>	287	<i>Dativi Graeci pro ablativis Latinis</i>	36
<i>Claudere et claudicare</i>	130. 298		
<i>Codices Sangallenses</i>	xxi. seqq.		

	<i>pag.</i>		<i>pag.</i>
<i>Defensio</i>	276	<i>Efficere et perficere</i>	420
<i>Deserverat et deserbuerat</i>	348	<i>Elevare, levare et allevare</i>	207
<i>Desrudare et defraudare</i>	161	<i>Eligere</i>	72
<i>Delenitor et delinitor</i>	312	<i>Eloqui et loqui</i>	315. 418
<i>Deminuere et diminuere</i>	380	<i>Eludere</i>	451
<i>Demiror prave nonnunquam a</i> <i>Lambino mirandi verbo sub-</i> <i>stitutum</i>	372	<i>Eludere et alludere confusa</i>	393
<i>Demostheni genitiv. antiq. 444.</i>	448	<i>Emetiri et remetiri</i>	209
<i>Demulcere v. vix Tullianum</i>	326	<i>Enim, autem, etiam: in ha-</i> <i>rum ac similibus particularum</i> <i>positione Cdd. sequendi</i>	1
<i>Deperdebat et dependebat</i>	331	<i>Enim tertio loco</i>	284
<i>Depictus</i>	33	<i>Enitere et nitere</i>	298
<i>Detrahere de — ex aliquo</i>	308	<i>Ennii Andromacha</i>	65
<i>Devincire et delenire</i>	326	<i>Ennii Cassandra</i>	114
<i>Dicere et edicere</i>	96	<i>Ennii Hecuba 114. (cfr. Prae-</i> <i>fat. ad Oratorem.)</i>	
<i>Dieere et loqui</i>	78	<i>Ennii versus</i>	228. 236
<i>Dicimus et didicimus</i>	252	<i>Enumeratio oratoria</i>	349
<i>Dictio et actio</i>	317	<i>Epidicticum genus</i>	36
<i>Dictis factis minimis maximis</i>	52	<i>Equidem et quidem confusa</i>	444
<i>Dictyis Codd. aliquot</i>	xl	<i>Equus non (novus?) facit</i>	289
<i>Dignata et signata confusa</i>	47	<i>Erecti et intuentes quomodo</i> <i>differant?</i>	291
<i>Dilatatus et collatus confusa</i>	142	<i>Ergo et igitur confusa</i>	39
<i>Dilucide explicatus</i>	87	<i>Escendere et ascendere</i>	88
<i>Dies gen. femin.</i>	245	<i>Est, ut cet.</i>	150
<i>Dimensus et demensus</i>	32	<i>Et omissum inter duo nomina</i> <i>propria</i>	250. 449
<i>Dimetiri syllabas</i>	106	<i>Et saepissime inculcatur a libra-</i> <i>riis</i>	233
<i>Discendi et dicendi confusa</i>	309	<i>Et pro etiam</i>	234
<i>Dispondeus et spondeus con-</i> <i>fusa</i>	164	<i>Et iam et etiam confusa</i>	249
<i>Dissidisset et dissedisset</i>	301	<i>Et quidem</i>	129
<i>Dithyrambicum genus</i>	440	<i>Et vero</i>	241
<i>Dolere morte (al. mortem) ali-</i> <i>cuius</i>	203	<i>Etenim et et enim</i>	213
<i>Dolor et calor confusa</i>	247	<i>Etiam, enim, autem, vero</i> <i>confunduntur</i>	6. 280. 403
<i>Domo et modo confusa</i>	141	<i>Etsi et si confusa</i>	291
<i>Duco esse</i>	339	<i>Evangeliarium Graecolatium</i> <i>Sangallense</i>	xxvi
<i>Duellus</i>	112	<i>Exagitare</i>	13
<i>Dum cum praesenti indic.</i>	329	<i>Exarescere et evanescere</i>	241
<i>Dumtaxat</i>	445	<i>Excedere a, e vita</i>	204
<i>Duo et dua</i>	117	<i>Excogitare et cogitare confusa</i>	340
		<i>Existimator et aestimator</i>	100. 314
E.		<i>Exclamare et reclamare</i>	132
<i>E contrario</i>	404	<i>Experiri</i>	3
<i>E, ex</i>	323	<i>Exposita et posita confusa</i>	277
<i>Eckehardi Waltharius</i>	xiv	<i>Expositus ad aliquid</i>	387
<i>Ecquisnam</i>	427	<i>Exstat nomen eius</i>	25
<i>Edicere et dicere</i>	96	<i>Extimescere et pertimescere</i> <i>confusa</i>	92
<i>Edictum praetoris et, quod ni-</i> <i>hil est: edictum populi Ro-</i> <i>mani confusa</i>	404	<i>Exustus sati (al. situ — siti)</i> <i>flos</i>	209
<i>Edisserere et disserere</i>	270		
<i>Efferre et efficere fruges</i>	210		

	pag.		pag.
F.			
<i>Fabrām</i>	416	<i>Hesiodius, Epicurius cet.</i>	209
<i>Facilitas et facultas confusa</i>	19	<i>Historia Graeca</i>	239
<i>Factus aliunde</i>	57	<i>Hoc decere, τοῦτο τὸ πρόχειν</i>	53
<i>Farreus</i>	379	<i>Horatii interpres ineditus Sangallensis</i>	LIII
<i>Fere et verae confusa</i>	232	I.	
<i>Fere postpositum</i>	260	<i>Iactuosus</i>	88
<i>Ferit et facit confusa</i>	165	<i>Iam post quoniam, etiam</i>	335
<i>Ferre in laudibus alicuius</i>	134	<i>Idem scribebatur pro iidem</i>	331
<i>Ferta arva Asia</i>	126	<i>Id est non semper gloss. indicium</i>	259. 281. 301
<i>Fiducia</i>	399	<i>Idque et id quod confusa</i>	87
<i>Filum et stilus confusa</i>	251	<i>Igitur et ergo confusa</i>	39
<i>Firmatus et confirmatus confusa</i>	431	<i>Ille in Thyeste cet.</i>	140
<i>Fit et sit confusa</i>	256	<i>Ille quidem et quidem ille</i>	37
<i>Flumen orationis</i>	353	<i>Impensius adversari haud Tullianum</i>	132
<i>Flumine et fulmine confusa</i>	18	<i>Imprimere: huius v. constructio</i>	389
<i>Forensis et extraneus</i>	108	<i>Impudentia et imprudentia</i>	175
<i>Forma et genus confusa</i>	398	<i>In initio</i>	290
<i>Forsitan cum coniunctivo</i>	226	<i>In male saepe omissum</i>	54
<i>Fortis orator</i>	245	<i>Incendens et incedens confusa</i>	22
<i>Fregellani</i>	279	<i>Inchoare et incohare</i>	27
<i>Fregit et fecit confusa</i>	254	<i>Incise et incisim</i>	164
<i>Freni et frena</i>	395	<i>Includere</i>	304
<i>Fuisset pro futurus fuisset</i>	330	<i>Increbuit et increbruit</i>	20. 446
<i>Fulgere et fulgurare</i>	24	<i>Indoctus et inclitus confusa</i>	122
<i>Fundere et effundere senarium</i>	162	<i>Insensius et impensius</i>	132
G.			
<i>Gargonius et Gorgonius et in Praef. ad Oratorem.</i>	284	<i>Inflexus et flexus</i>	43
<i>Genera et germina</i>	297	<i>Ingenium, studia</i>	27
<i>Genera prima i. e. primaria</i>	388	<i>Ingressus et aggressus</i>	370
<i>Genus et forma confusa</i>	398	<i>Inquam, inquit saepe a librariis transponitur</i>	260. ante v. inquam saepe bis ponendum verbum praecedens, ad quod illud refertur.
<i>Germanici Caesaris Codex Basileensis</i>	CIII		261
<i>Germanici Caesaris Scholiasta</i>	LX	<i>Inquietabat et inquietabat</i>	405
	cfr. LXIII	<i>Instar</i>	162
<i>Gerundiorum et participiorum forma in undi cet.</i>	2	<i>Instructa oratio</i>	17
<i>Gnarus et narus</i>	120. 304	<i>Intelligentia</i>	389
<i>Grande et grave confusa</i>	447	<i>Intensus forma vix Tulliana</i>	87
<i>Gravior et grandior confusa</i>	335	<i>Interductus et interpunctus</i>	167
<i>Gravitas et granditas confusa</i>	16. 219. 300. 322.	<i>Interpolatores interdum etiam delent scriptoris verba</i>	75
H.			
<i>Habitare in bonis suis</i>	39	<i>Involutae rei notitia</i>	80
<i>Haec et talia, haec et alia</i>	133	<i>Ioannei Evangelii variae lectiones Sangallenses</i>	xxxii
<i>Haud scio an nunquam, non unquam</i>	8	<i>Irridebat et irretiebat</i>	307
		<i>Is: ea Canachi barbare dictum</i>	235
		<i>Is: — eae sunt, quae pro: id est, eae, quae</i>	379
		<i>Is saepe excidit in his ex iis ipsis ac similibus</i>	93

	pag.		pag.
O.			
<i>Obedire multorum tempori</i>	310	<i>Pericopa Ioannea de adultera</i>	
<i>Obrussa quomodo corruptum?</i>	318	omissa in Cd. Sangallensi	xxxv
<i>Observatis et conservatis confusa</i>	84	<i>Peritissimus et perfectissimus</i>	
<i>Omnia summa</i>	255	confusa	443
<i>Omnum millium barbarum</i>	288	<i>Permanens vox</i>	268
<i>Opera divina</i>	423	<i>Persecutio voc. vix Tullianum</i>	100
<i>Oratio deorum</i>	423	<i>Perturbantur (?) animi affectiones</i>	436
<i>Oratio et ratio confusa</i>	375	<i>Pervagatus et pervulgatus</i>	106
<i>Oratoris et oratoriis confusa</i>	11	<i>Phalereus</i>	219
<i>Orcivii et Orcinii</i>	123	<i>Pictius, perfectius, politius</i>	
<i>Ornatu - - tamquam veste detracto</i> (al. detracta)	320	confusa	336
<i>Ornatus et ornamentum confusa</i>	93	<i>Plene et plane confusa</i>	116
<i>Ornatus scenae</i>	326	<i>Poëmaticis et poëmatibus</i>	51
P.			
<i>Pacto: eodem pacto et eodem modo confusa</i>	427	<i>Pomeridianus et posmeridianus</i>	119
<i>Paean et paeon</i>	143	<i>Ponere in numerum</i>	450
<i>Palaestritae et palaestrice confusa</i>	445	<i>Ponticus Heraclides</i>	219
<i>Palamedes</i>	422	<i>Posidonius</i>	424
<i>Palicani gentis Lolliae</i>	302	<i>Possedit et possidet</i>	408
<i>Palm' et crinibus</i> 112. (vide Praefat. ad Oratorem.)		<i>Potuiro et potero</i>	212
<i>Particulae adversativae saepe intruduntur a librariis</i> 303.	374	<i>Praedominari v. barbarum</i>	160
<i>Particulae mitigandi, paene, fere, prope</i> cet. saepe a librariis omittuntur	225. 325	<i>Praepositionum inversio</i>	38
<i>Partus atque fontes</i>	224	<i>Praepositionum repetitio</i>	9. 35
<i>Parvi et pueri confusi</i>	422	<i>Praescriptiones et persecutiones confusae</i>	100
<i>Passae et fassae confusa</i>	68	<i>Praesens rarius a librariis in futurum mutatur quam contra</i>	89
<i>Paulus Institutorum libro secundo</i>	381	<i>Praesentibus et praestantibus confusa</i>	8
<i>Pavor et pavos</i>	115	<i>Primas tribuere: huic formulae additur gloss. partes</i>	15
<i>Paxillus et pauxillus confusa</i>	113	<i>Primus pro primario</i>	388
<i>Pellere animos</i> 14. (cfr. Caellianae §. 36.)		<i>Priscianus</i> 3, 6. p. 132. Krehl.	113
<i>Pepulisti et detulisti</i>	338	<i>Pro et proh</i>	114
<i>Peraculus et perastutus</i>	302	<i>Probare</i>	105
<i>Perfecti forma in ere pro erunt non Tulliana</i>	13. 379	<i>Proclm</i>	116
<i>Perfectissimus: forma Ciceroni haud abiudicanda</i>	2. 443	<i>Proletariam</i>	116
<i>Perficere et efficere</i>	420	<i>Pronomen relativum duplex</i>	
<i>Perfringere et perstringere confusa</i>	220	<i>ἀσύνδετον</i>	31
		<i>Pronominis relativi attractio</i>	29
		<i>Pronominum omissio</i>	20
		<i>Propositus ad aliquid</i>	387
		<i>Propter et prope</i>	213
		<i>Proximus superior</i>	158
		<i>Pseudoplauti Querolus</i>	LXVII
		Q.	
		<i>Quaeso et quasi confusa</i>	333
		<i>Quaestionem afferre</i>	48
		<i>Quamquam cum indicativo</i>	395
		<i>Quam plures et complures</i>	75
		<i>Quando et quoniam confusa</i>	387

	pag.		pag.
<i>Quando pro quoniam</i>	292	<i>Restinguere et restringere con-</i>	
<i>Quasi qui et quasi si qui</i>	394	<i>fusa</i>	429
<i>Quasi, velut, tamquam saepe</i>		<i>Retinnit et recinit confusa</i>	280
<i>omissa</i>	98	<i>Rhetores</i>	51
<i>Que - - et</i>	374	<i>Ridere et arrideri confusa</i>	447
<i>Querolus Pseudoplauti</i>	LXVII		
<i>Questio, voc. vix Latinum</i>	95. 268	S.	
<i>Quicunque constr. cum indicativo</i>	426	<i>Scaena cet.</i>	62
<i>Quidem: huius partic. positio</i>	216	<i>Scaevola et Scaevula</i>	108
<i>Quidem ille et ille quidem</i>	37. 54	<i>Scientia et copia confunditur</i>	
<i>Quidem quarto loco positum</i>	44	<i>cum scientiae copia</i>	4
<i>Quin</i>	106	<i>Sciscitari et scitari confusa</i>	41
<i>Quintiliani declamationes emen-</i>		<i>Scribendis et scriptis confusa</i>	294
<i>datae a Ranconeto</i>	xcv	<i>Scribere ad aliquem</i>	168
<i>Quintilianus Declam. 314, pag.</i>	223	<i>Scribere et cavere</i>	373
<i>Quintius et Quinctius</i>	301	<i>Scriptiones</i>	30
<i>Quoad et quod confusa</i>	253. 386	<i>Scriptor ad Herennium 2, 23, 36.</i>	xxii
<i>Quodammodo et commode</i>	271	<i>Sed tamen in aposiopesi</i>	454
<i>Quod eius melius aequius</i>	416	<i>Senecae Ludus de morte Claudii</i>	
<i>Quod idem et quod item</i>	337	<i>Caesaris collatus cum Cd. San-</i>	
<i>Quoi et quo</i>	217	<i>gallensi et passim emendatus</i>	xli
<i>Quoi: ex hac forma ortum quo,</i>		<i>Servi et servuli confusi</i>	381
<i>ad quod</i>	2	<i>Servii Codex Sangallensis</i>	xlx
<i>Quoniam iam, etiam iam</i>	335	<i>Sesqui</i>	143
<i>Quoniam quidem et quando-</i>		<i>Severus</i>	25
<i>quidem</i>	221	<i>Si, sic, sed, scilicet confusa</i>	308
<i>Quotidiano</i>	83	<i>Sic et sicut confusa</i>	259
<i>Quotidianus sermo</i>	75	<i>Sic tamquam, sic quasi</i>	236
<i>Quum et quomodo confusa</i>	445	<i>Siccitas et sanitas confusa</i>	225
<i>Quum - - tum = tum - - tum</i>	81	<i>Sicut - - sic: sic - - sicut</i>	280
		<i>Sicut et si ut confusa</i>	59
R.		<i>Sicut et sic ut</i>	172
<i>Ranconeti emendationes decla-</i>		<i>Sicut opinor vix Tullianum</i>	281
<i>mationum Quintilian. xcv. seqq.</i>		<i>Signare nomina haud Tullianum</i>	47
<i>Ratio et actio confusa</i>	37	<i>Silere quid significet?</i>	313
<i>Ratio et via</i>	371	<i>Similis cum genit. et dativo</i>	140
<i>Reapse</i>	15	<i>Siquidem apud Cic. non post-</i>	
<i>Recinit et retinnit confusa</i>	280	<i>ponitur</i>	259
<i>Recte et tecte</i>	167	<i>Sit et fit confusa</i>	256
<i>Reicere et recipere confusa</i>	454	<i>Sitire de agris</i>	58
<i>Relicto et delicto confusa</i>	315	<i>Sitve et sitque</i>	138
<i>Reliquarum rerum cet.</i>	31	<i>Stadium et studium confusa</i>	305. 344
<i>Removere ab aliquo non: remo-</i>		<i>Staienus non: Stalenus</i>	310
<i>vere aliquo</i>	4	<i>Stantes iudices nulli</i>	334
<i>Reponere in numerum</i>	450	<i>Stilus et flum confusa</i>	251
<i>Reputati ex Italismo confusum</i>		<i>Stilitibus, non: litibus</i>	116
<i>cum putati</i>	43	<i>Stilitium iudex</i>	334
<i>Reque publica</i>	425	<i>Stolidus i. q. brutus</i>	410
<i>Res se sic = sic se habet</i>	174	<i>Structa oratio</i>	17
<i>Residerat et reciderat</i>	348	<i>Structura et constructura</i>	442
<i>Respondere ex altera parte,</i>		<i>Subiicere sub aliquid</i>	410
<i>ἀντίστροφον εἶναι</i>	78	<i>Substet et subest</i>	389
		<i>Sumere aliquid ab aliquo</i>	207

<i>Summissus orator</i>	pag. 63	<i>Usus auctoritas</i>	pag. 385
<i>Sunt qui putent</i> (al. <i>putant</i>)	95	<i>Ut et et confusa</i>	234
<i>Superabnegativa propositio</i>	407	<i>Ut et ne confusa</i>	168. 244
<i>Superior Lycurgus</i>	221	<i>Ut et uti</i>	274
<i>Sursum versum</i>	94	<i>Ut aut et aut ut</i>	108
<i>Suum cuiusque</i>	440	<i>Ut est, ut fecit ac similia</i>	104
<i>Syrus et Syrius</i>	347	<i>Ut postpositum: vix ut, facile</i> <i>ut, nihil ut</i>	371
T.		<i>Uti et abuti</i>	380
<i>Tabulae censoriae</i>	115	<i>Utra voles</i>	173
<i>Tam est artifex</i>	124	V.	
<i>Tamen et tantum confusa</i>	343	<i>Varronis theologia</i>	423
<i>Tangit et angit confusa</i>	355	<i>Velina num tribus nomen?</i>	283
<i>Tantum abest, ne haud Latinum</i>	167	<i>Velut et vel confusa</i>	403
<i>Tantummodo et tantum confusa</i>	96	<i>Venalicii et venaliciarii</i>	170
<i>Tecte et recte</i>	167	<i>Vendibilis orator</i>	281
<i>Temere et fere confusa</i>	425	<i>Verbis et rebus confusa</i>	243
<i>Temperata et terminata confusa</i>	148	<i>Vero initio propositionis</i>	339
<i>Tempori, temporibus obedire,</i> <i>servire</i>	310	<i>Verrinarum Codex Regius et</i> <i>Leidensis</i>	cii
<i>Terror, δεινότης</i>	323	<i>Verrinarum Codex Sangallensis</i>	xxiv
<i>Theodorus et Thucydides con-</i> <i>fusi</i>	34	<i>Verrinarum collatio Bernensis</i>	vi
<i>Tibicinium et tibicen confusa</i>	149	<i>Verrinarum septem</i> (al. <i>quin-</i> <i>que</i>) <i>libri</i>	71
<i>Tori</i>	19	<i>Versicolor</i>	33
<i>Tracta et tractata oratio</i>	164	<i>Versiones Latinae Novi Testa-</i> <i>menti scholasticae</i>	xxxii
<i>Trahi et tradi</i>	78	<i>Vertebatur et versabatur confusa</i>	269
<i>Tralatus cet.</i>	64	<i>Verunadiectiv. et verum partic.</i> <i>confusa ab interpretibus</i>	311
<i>Transcurrere suum cursum</i>	329	<i>Vicinus et: ut cinnus confusa</i>	18
<i>Transitio ad plebem non: a</i> <i>plebe</i>	231	<i>Viderat et noverat confusa</i>	297
<i>Triumphos</i> (sic)	122	<i>Vincire et iungere verba</i>	34. 43
<i>Triumviratus et tribunatus</i>	258	<i>Vindicta</i>	376
<i>Trochaeus et choreus</i>	145	<i>Virgiliani</i>	lxiv
<i>Truculentus et luculentus</i>	263	<i>Virgilio Fragmenta Sangallensia</i> <i>antiquissima</i>	lxiv
<i>Tu unquam</i>	115	<i>Virgilius, Vergilius, Virgi-</i> <i>nus</i>	283
<i>Tunc et tum</i>	247. 432	<i>Vita atque victus</i>	248
<i>Tuto et tute</i>	167	<i>Vocales coniungere</i>	110
U.		<i>Vocum et vocalium confusa</i>	111
<i>Ullus et nullus confusa</i>	340	<i>Voluntas et voluptas confusa</i>	49
<i>Ulpianus in suis institutis</i>	379	<i>Vox permanens cum verbis</i>	268
<i>Uctior et lautior confusa</i>	239		
<i>Urbanissime et verbis confusa</i>	215		

A D D E.

Orator. §. 224, Cd. Einsied. Rufini de comp. et metris orat.
N. 358. Sec. XI. habet: *in alienis insanisti: firmans Beieri*
coni. et amoto molesto v. insanus.

OPERA PHILOLOGICA

CURA

IO. CASP. ORELLII.

- M. TULLII CICERONIS OPERA QUAE SUPERSUNT OMNIA *ac deperditorum fragmenta recognovit et singulis libris ad optimam quamque recensionem castigatis* cum varietate Lambiniana MDLXVI, Graevio-Garatoniana, Ernestiana, Beckiana, Schuetziana, ac praestantissimarum cuiusque libri editionum integra, reliquae vero accurato delectu brevique adnotatione critica edid. Io. CASP. ORELLIUS. iv Volum. in 7 partibus. Lexicon 8^o. Turici. 1828-30. 13 Rthlr. 8 gr. = 20 fl. Charta script. 20 Rthlr. = 30 fl.
- M. TULLII CICERONIS ORATIONES PHILIPPICAE IN M. ANTONIUM accurate emendatae e cod. Vaticano cum integra varietate edd. Mureti, Faërne, Lambini, Graevii, Ernestii, Schuetzii et Wernsdorfii reliquaque selecta edid. Io. CASP. ORELLIUS. Accedunt epistolae post Caesaris interitum scriptae cum variis lectionibus. Lex. 8^o. Turici. 1 Rthlr. 8. gr. = 2 fl.
- M. TULLII CICERONIS ACADEMICORUM LIBRI DUO et DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM - LIBRI QUINQUE, cum integra varietate Victoriana, Lambiniana, Davisiana, Lallemandiana, Ernestiana, Bremiana, Goerenziana et Schuetziana reliquaeque accurato delectu edid. Io. CASP. ORELLIUS. Accedunt Aurelii Augustini adversus Academicos libri tres. Petri Valentiae Academica. Durandi curae posteriores ineditae. Morelii adnotationes criticae in libros de Finibus. Lexicon 8^o. Turici. 1 Rthlr 16 gr. = 2 fl. 30 kr.
- M. TULLII CICERONIS TUSCULANARUM DISPUTATIONUM LIBRI QUINQUE, ad fidem potissimum cod. Regii denuo collati, Gryphiani et Bernensis cum integra varietate Victoriana, Manutiana, Lambiniana, Davisiana, Lalle-

mandiana, Ernestiana, Wolfiana et Schuetziana reliqua-
que accurato delectu recognovit Io. CASP. ORELIUS. Acce-
dunt Paradoxa. Francisci Fabricii adnotationes. Richardi
Bentleii emendationes curis secundis auctae. Io. Iac. Reiske
libellus variantium lectionum. Io. Iac. Hottingeri spicile-
gium. Fr. Aug. Wolfii scholarum excerpta cum additamen-
tis editoris et selecta varietate codd. Duisburg. Gud. sec. Reh-
digeriani. Vind. utriusque. Lex. 8^o. Turici. 2 Rthlr. = 3 fl.

INSCRIPTIONUM LATINARUM SELECTARUM AMPLIS-
SIMA COLLECTIO *ad illustrandam Romanae antiquitatis*
disciplinam accommodata ac magnarum collectionum supple-
menta complura emendationesque exhibens. Cum ineditis
Io. Casp. Hagenbuchii suisque adnotationibus edidit Io. CASP.
ORELIUS. Insunt lapides Helvetiae omnes; accedunt prae-
ter Foggini Kalendaria antiqua, Hagenbuchii, Maffei, Er-
nestii, Reiskii, Seguerii, Steinbrüchelii epistolae aliquot
epigraphicae nunc primum editae. II VOL. Lexic. 8^o.
Turici. 8 Rthlr. = 12 fl. Charta script. 10 Rthlr. = 15 fl.

ISOCRATIS ORATIO DE PERMUTATIONE ex Codd. Msstis.
suppleta ab Andrea Mustoxyde rec. et var. lect. adi. Io. CASP.
ORELIUS. 8^o. 3 Rthlr. 8 gr. = 5 fl. Charta script. 4 R. = 6 fl.

Ferner sind in unserm Verlage erschienen:

ALEXANDRI APHRODISIENSIS, Hermiae filii, Plotini,
Bard. Syri, et G. Gem. Plethonis, de Fato quae super-
sunt graece; ed. J. Conr. Orellius: insertae sunt animad-
vers. J. Casp. Orellii. med. 8^o. 1824. Chart. ord.
2 Rthlr. = 3 fl. — Charta script. 3 Rthlr. = 4 fl. 30 kr.
Charta velin. britt. 3 Rthlr. 16 gr. = 5 fl. 30 kr.

BALDE, Jac., Carmina selecta, ed. et notis illustr. J. Conr.
Orellius. med. 8^o. 1805. 2 Rthlr. = 3 fl.

ELEMENTA grammaticae latinae exemplis et praeceptis tra-
denda tironibus. Edit. 5a. 8^o. 1825. 20 gr. = 1 fl. 15 kr.

PLUTARCHI Consolatio ad Apollonium. Recognov. et com-
mentariis illustravit L. Usterius. Accedit varietas lectio-
nis et J. Casp. Orellii spicilegium criticum. med. 8^o. 1830.
1 Rthlr. = 1 fl. 30 kr.

SALLUSTII, C. C., Philosophi libellus de Diis et Mundo graece
et latine emendat. edid. J. Conr. Orellius. med. 8^o. 1821.
1 Rthlr. 8 gr. = 2 fl.

USTERII, L., Commentatio critica, in qua Joannis evangelium genuinum esse, ex comparatis IV. evangeliorum de coena ultima et de passione J. Chr. narration. ostenditur. med. 8^o. 20 gr. = 4 fl. 15 kr.

Orelli, Conrad von, alt-französische Grammatik, worin die Conjugation vorzugsweise berücksichtigt ist. Nebst einem Anhang von alten *Fabliaux et Contes*; welche Schiller's Gang nach dem Eisenhammer, Wieland's Wasserkufe, Bürger's Lied von Treue, Langbein's Kirschbaum entsprechen, und einigen Bruchstücken aus dem *Roman du Rénart*. gr. 8^o. 1830. 1 Rthlr. 16 gr. = 2 fl. 30 kr.


Platon's Gorgias; ein Gespräch von der Redekunst, aus dem Griechischen, von J. G. Schulthefs. 8^o 1775. 8 gr. = 30 kr.


-- — Gastmahl, oder von der Liebe; übersetzt von G. Schulthefs, mit F. A. Wolfs Einleitung. Zweyte vermehrte und durch J. Caspar von Orelli berichtigte Auflage. 12^o. 1828. 12 gr. = 45 kr.

Plutarch's auserlesene moralische Schriften; aus dem Griechischen, von F. Nüscheler. 4 Bände. gr. 8^o. 1768—1774. 2 Rthlr. 4 gr. = 3 fl. 15 kr.

Tacitus, C. C., Geschichtbücher, übersetzt von H. Gutmann. Mit philologischen und historischen Anmerkungen. gr. 8^o. 1824. 1 Rthlr. 12 gr. = 2 fl. 15 kr.

Usteri, L., Entwicklung des Paulinischen Lehrbegriffes, mit Hinsicht auf die übrigen Schriften des neuen Testaments. Dritte vermehrte und verbesserte Auflage. gr. 8^o. 1830. 1 Rthlr. 4 gr. = 1 fl. 45 kr.






Deacidified using the Bookkeeper process
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: August 2006

Preservation Technologies
A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION

111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111



LIBRARY OF CONGRESS



0 003 074 001 4

